25-4
N. 30

30 I 87
148

a Al molt magnific
e mes Xtno,

primo un parel de guanti
ste dotsedot senes de cent
grem de caen
ste de lanpugnes
de oly
ste de vi
thesens
andio
foemina
aeno
musae musae
musae

Summa

Blondi Foliuensis viri praeclari Romae Instauratae. Primi libri Index.

i Urbis situs.
ii Nominis causa.
iii Ambitus mensura.
iiii De portarū vocabulis in genere.
v Verbi portarum singularum etymologia.
vi Qualiter tres portae vrbis primo a Romulo aedificatae sunt
vii De porta pplī quae flumētana.
viii De porta Pinciana. cū collatina
ix De porta Salaria quae collina.
x De porta sanctae Agnetis quae Viminalis. vel de quinq; portis simul.
xi Quando et a quo pons Miluius aedificatus extiterit.
xii De porta sancti Laurentii quae Exquilina.
xiii De portā maiore quae Nouia.
xiiii De portā sancti Joannis quae Celimontana.
xv De porta metbodi quae gabiusa
xvi De porta latina.
xvii De porta Appia olim Capena.
xviii De porta sancti Pauli quae Trigemina.
xix Arcus veteres a Romulo positi
xx De porta Carmentali.
xxi Arcus Horatii coclitis.
xxii Trāstyberina regio quae Janiculum.
xxiii Pons Sublicius qñ et a quo.
xxiiii Tres portae Janiculi in genere.
xxv de porta Portuensi.
xvi De porta sancti Pancratii quae Aurelia.
xxii de porta subtus Janum quae fontanilis.
xxvii de aedificiis Janiculi in genere.
xxix Ratio constructiōis pontis Sublicii.
xxx de Thermis Seueriānis et Aurelianis.
xxxi Janiculum aliquando fuisse vrbē
xxxii Arcium regū
xxxiii Africa et Asia
xxxiiii Animalia ferocia
xxxv
xxxvi
xxxvii
xxxviii
xxxix
xl
xli
xlii
xliii
xliiii
xliiii
xlv
xlvi
xlvii
xlviii
xlix
l
li
lii
liii
liiii
lv
lvi

Ravennatium.

de classibus apud Misenum et apud Ravennam.
Calistus papa in via aurelia.
Felix primus papa ecclesiaz sui nominis in aurelia.
Adeodatus primus ecclesiam ad pontem meruli.
Hadrianus primus formas sublatinam et ionam restituit.
Leo quartus duas turres ad nualia.
Quid Vaticanus.
Vaticanum regionem Leo quartꝰ papa muros auxit. et Leonina ciuitatem appellauit.
Sex portae ciuitatis Leoninae i genere et statim particulariter.
Porta triumphalis ubi fuit. et simul territorium triumphale. ac pons triumphalis.
Hospitale sancti spiritus in saxea
Quod fuit mons q̄ in vaticano.
Naumachia ubi fuerit.
Locꝰ martyrii beati Petri apostoli.
Circus Neronis ubi.
Quando sepulchrum Hadriani et nunc castrum sancti Angeli et pons illi subiectus.
de Neronis hortis.
de ecclesia sancti Petri.
Symachus papa primus primo fecit palatium sancti Petri.
Honorius primus papa ecclesiaz sancti Petri tegulis aeneis cooperuit.
dōnus primus papa paradisum marmore strauit.
Nicolaus quartꝰ de Vrsinis palatium auxit.
Bonifacius nonus ornauit.
Leo quartus ciuitatem Leoninam corsis repleuit.
Eugenius quartus Venetus ecclesiam sancti Petri supellectile donauit.

lvii Idem sacrastiam tectumq; ecclesiae innouauit.
lviii Idem portas aereas.
lix Idem aerarii officinam.
lx Idem arcā palatii et vias vrbis strauit.
lxi De obelisco vaticani.
lxii De obeliscis omnibus.
lxiii De obeliscorum figuris et hieraglyphicis.
lxiiii De Obelisco qui iacet in hortis Circi.
lxv De montibus vrbis in genere
lxvi De capitolio.
lxvii De auentino.
lxviii De pallatino.
lxix De celio.
lxx De exquiliis.
lxxi De quirinali et viminali.
lxxii De vrbe prima a Romulo aedificata.
lxxiii Quid habuit habeatq; nunc Capitolium.
lxxiiii De sacris locis capitolii.
lxxv Quid Auentinus habuit et nūc habeat.
lxxvi Quid pallatinus habuit et nunc habeat.
lxxvii Quid celius mons habuit et nūc habeat.
lxxviii De ecclesiis quas nunc habet celius.
lxxix De forma antoniana.
lxxx Hadrianus primus papa Claudiam formam.
lxxxi Hospitale saluatoris.
lxxxii Ecclesia sanctorum quattuor coronatorum.
lxxxiii hospitale magnum lateranense.
lxxxiiii De ecclesia lateranensi.
lxxxv Eugenius quartus pallatium lateranense instaurauit.
lxxxvi Idem monasterium reedificauit sumptuosissimum.
lxxxvii Amphitheatrū Statilii tauri.
lxxxviii Ecclesia sanctae crucis.
lxxxix Chartusienses.
xc Quid in exquiliis fuerit. fitq; ad praesens.
xci Quirinalis et viminalis colles q̄ habuerint.
xcii Quid Suburra.
xciii Montes quare secerni non possunt.
xciiii Quid ager Tarquinii.
xcv Vrbs pensilis.
xcvi Quae i exquiliis quirinali viminali carinis suburra.
xcvii Comediorum domus.
xcviii Statuae iacentes in montibus.
xcix Caballi Praxitilis et Phidiae.
c horti Maecenatiani.
ci habitauit Virgilius in exquiliis
cii malae fortunae phanum vicus sceleratus.
ciii Qui ex romanis boni coloni.
ciiii de thermis dioclesiani.

Libri secundi Index.

i de thermis in genere.
ii Erant in thermis balnea.
iii Erant natatoria et nemora.
iiii Thermis aliqui bene vsi sunt.
v Thermarum amplitudo vsus a principio.
vi Thermae quādo primum populi vsibus permissae.
vii Alexandrinae thermae ubi fuerunt.
viii Antonianae thermae ubi fuerunt.
ix Agrippinae thermae ubi fuerūt
x Neronianae thermae ubi fuerunt.

A. 6. 2844
UNIVERSIDAD Y PROVINCIAL BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

xi Titi et Vespasiani thermae.
xii Domitiani thermae. ⁊ alia eius opera.
xiii Naumachia domiciani ubi fuit.
xiiii Arcus triumphalis domitiani nunc tripbali.
xv Pallatium sancti Laurentii in Lucina.
xvi Saeuerianae thermae ubi fuerunt.
xvii Gordianae thermae ad sanctum Eusebium.
xviii Aurelianae thermae ubi fuerunt.
xix Constantinianae thermae ubi fuerunt.
xx Nouatianae thermae ubi fuerunt.
xxi Ecclesia sanctae Pudentianae a quo constructa.
xxii Olympiadis thermae ubi cernuntur.
xxiii Trophea Caii Marii ubi ⁊ quid fuerint.
xxiiii Basilica Caii ⁊ Lucii a caesare facta nunc thermae Baluciae.
xxv Macellum ubi et quid fuit.
xxvi Arcus sancti Titi.
xxvii Quid fuerit in viminali colle.
xxviii Horti Salustiani.
xxix Quid fuerit in quirinali colle.
xxx De Carinis. Suburra. Taberniola via sacra simul in genere.
xxxi Via sacra ubi fuit.
xxxii Curia vetus ubi dicebatur.
xxxiii Item via sacra ubi fuit.
xxxiiii In Carinis quid.
xxxv ecclesia sancti Petri ad vinculа.
xxxvi Ecclesia sanctae Luciae in Orphea.
xxxvii Ecclesia sancti Martini in montibus.
xxxviii Suburra ubi fuit.
xxxix Ecclesia sanctae Agatbae in Suburra.
xl De bis quae ad religionem spectauere in genere.
xli Quid ara.
xlii Quid templum.
xliii Iouis Statoris templum.
xliiii Porta pallatii ubi fuit.
xlv Lacus Curtii. siue Curtius ubi et quid.
xlvi De Jani templo.
xlvii Numisma Jani.
xlviii Latium ubi fuit a principio.
xlix Forum Boarium ubi erat.
l Forum piscarium ubi.
li Velabri nominis ratio.
lii Clivus capitolinus.
liii Argiletum quid.
liiii ecclesia sancti Georgii ad velabrum.
lv Item de foro Boario.
lvi Templum Vestiae.
lvii Asylum ubi fuit.
lviii Pars rupis Tarpeiae corruit nuper.
lix Templum Asyli quid fuerit.
lx Curia vetus ad quid in genere.
lxi De bis quae ad rem publicam spectauerunt.
lxii de Rostris. Comitio. Graecostasi. ⁊ Senaculo.
lxiii Rostra quid. ⁊ vbi.
lxiiii Graecostasis ubi. ⁊ quid.
lxv Senaculum vbi.
lxvi Aedes concordiae vbi.
lxvii Comitium ubi fuit.
lxviii Ad quid Comitium institutum.
lxix Comitia etiam in campo Martio solita baberi.
lxx Locus ppius campi martii pro comitiis.
lxxi De monte citatorum nunc acceptorum.
lxxii Campus martius quid.
lxxiii Ubi aqua virginea.
lxxiiii De mausoleo augusti nunc augusta.
lxxv De obeliscis duobus in campo martio.
lxxvi De columna coclide Antonini
lxxvii Italos ad comitia venisse plurimos.
lxxviii De insula quam in vrbe facit Tyberis.
lxxix Gelasius papa secundus ecclesiam sancti Bartholomei in insula ordinauit.
lxxx Pontem insulae Valentinianus.
lxxxi Pontem ipsum Eugenius quartus tiburtino lapide strauit.
lxxxii De aerario ubi.
lxxxiii Aerarium ad quid.
lxxxiiii Primi aeris cusi nota Janus bifrons.
lxxxv Primi argenti signati nota bigae ⁊ quadrigae.
lxxxvi Argentum non aurum in tributis imperauerunt romani.
lxxxvii Judiciorum loca ubi.
lxxxviii Castra Ravennatium. Misenatium. Peregrina.
lxxxix Castra praetoria ubi ⁊ ad quid.
lxxxx Aedes castrorum quid.
lxxxxi De portu romano.
lxxxxii De pontibus in genere.
lxxxxiii De arcubus in genere.
lxxxxiiii De aquae ductibus in genere.
lxxxxv Aqua martia.
lxxxxvi Aqua virginea.
lxxxxvii Aqua claudia.
lxxxxviii De causis ruinae aquae ductorum.
lxxxxix Gothos non diruisse aquae ductus.
c De aquilogo inueniendis aquis deputato.
ci Vetustatem non fuisse omnino causam ruinae aquae ductorum.
cii De locis spectaculorum in genere.
ciii Theati origo.
ciiii Quid fuit scena.
cv Quid orchestra.
cvi Quid theatrum temporariu.
cvii Theatra duo versatilia.
cviii De theatro Pompei.
cix Atrium Pompei.
cx Theatri ⁊ scenae locus.
cxi Ecclesia sancti Laurentii in damaso.
cxii Atrium Pompei vbi sacrum nunc dicitur.

cxiii Theatri vsus quis fuerit.
cxiiii De spectaculorum origine.
cxv De histrionibus.
cxvi De Rossio amerino.
cxvii De Esopo.
cxviii Scenae vsus quis fuit.
cxix Pantominii ad quid.
cxx Tragoediae recitatio.
cxxi Comoediae recitatio.
cxxii Pantominii in scena actus.
cxxiii Mimi quid.
cxxiiii Scenae aedificii magna mutatio

Index libri tertii.

i Quid sit amphitheatrum.
ii De amphitheatro quod nūc Colosseum.
iii Therme. T. Vespasiani.
iiii De templo pacis.
v Colosseum fuisse barenam.
vi Epistola per quā sacra amphitheatri conceduntur romanis.
vii Amphitheatrum Titi ubi certe fuerit.
viii Quae munera ederentur in amphitheatro.
ix Epistola ostendens Amphitheatri crudelitates.
x Mittebantur captiui ad pugnandum cū feris in amphitheatro
xi Ludi gladiatorii origo.
xii Caius Caesar minuit gladiatorū numerum.
xiii Naumachia in āphiteatro aedita
xiiii Barena ad quid.
xv Expensae barenae fiebant a patriciis collatis in capita nūmis.
xvi De Circis.
xvii De Circo Neronis.
xviii De Circo maximo.
xix Quid fori erant.
xx Ad quid Circus fuit institutus.
xxi Unde Circus est dictus.
xxii de carceris loco & parte Circi.
xxiii de ludis Circi.
xxiiii de ludo troiano.
xxv In Circo carceres aureati patribus constituti.
xxvi Quid sit nunc Circus maxim⁹.
xxvii Quid fuit prope Circum maximum.
xxviii de columna in quam mittebāt tela iturī ad bella.
xxix Templum Herculis quod nec muscae nec canes intrabant.
xxx de Circo flamminio.
xxxi de pratis flamminiis.
xxxii de aede Apollinis.
xxxiii de Equuria.
xxxiiii Ab Augusti mausoleo currebāt in nunc Agonem.
xxxv Eccl'ia sanctae Mariae in equuria.
xxxvi Origo vocabuli viae flaminiae
xxxvii Flaminiae prouintiae origo vocabuli.
xxxviii de mutatione nominis Circi flaminii nunc agonem.
xxxix Agonis ludi ab apollinatib⁹ traducti.
xl Sancti apollinaris ecclesia.
xli de minutionibus et dispersis in genere.
xlii de Neronis domo.
xliii Edes fortūae ex lapide trāslucēte
xliiii domus Neronis ubi fuit
xlv Titus in stagnis Neronis amphitheatrum.
xlvi de Coloso a quo nūc Coloseus.
xlvii Caput aeneum quod nunc est ad Lateranum.
xlviii de foro Traiani.
xlix de equo Traiani aeneo.
l de coclide colūna Traiani.
li Ecclesia sancti Blasii.
lii Tres turres militiarum.
liii de foro Neruae quod transitoriū fuit dictum.
liiii Ecclesia sancti hadriani in trib⁹ foris.
lv Ecclesia sanctae martinellae.
lvi Statua marforī appellata quid
lvii de septironio.
lviii Sancta lucia in septa solis.
lix Arcus triumphalis Seueri.
lx de arcu Constantini.
lxi de domo. C. Caesaris.
lxii de Pantheone.
lxiii Pantheonis mutatio in sanctae Mariae rotundae.
lxiiii Eugenius quart⁹ Pantheon instauravit & cartis plūbeis coperuit.
lxv Idē columnas dicti Pantheonis detexit.
lxvi Idem eiusdem Pantheonis aream lapide strauit.
lxvii Vicus iugarius ubi fuit.
lxviii Equimeliū q̄d et ubi fuerit.
lxix Salinae ubi fuerunt.
lxx de carceris vi uerbi.
lxxi Latumias fuisse ubi nūc ecclesia sci Nicolai in carcere tuliano.
lxxii Atrium regium ubi nunc dom⁹ Sabellorum.
lxxiii Ubi fuit summa vellia.
lxxiiii Quid fuerit Testaceus mons.
lxxv de figulis et plasticis.
lxxvi de ludis tauriis.
lxxvii de locis quorum non habent certa testimonia.
lxxviii de ecclesia sancti Marci.
lxxix de basilica. xii. apostolorum.
lxxx de ecclesia sancti Marcelli.
lxxxi Tituli Sn. Pompei in delubro Mineruae.
lxxxii Praefacio triūphi Sn. pompei.
lxxxiii Quaerela ignorationis multorū locorum.
lxxxiiii Comparatio qualis vetustae et nouae Romae.
lxxxv Habet praesens Roma aliquod ingens imperium.
lxxxvi Nō armis et sanguine coacti. sed religione subiiciuntur populi.
lxxxvii dictator perpetuus est pontifex.
lxxxviii Senatores sunt cardinales.
lxxxix Asiam. Aphricā. Europāq; romana curia habebit subiectam
xc Tributa pendet pene omnis europa.
xci Quae sunt solida praesentis & status fundamentā.
xcii Qui Romam non adierit nihil vidit.
xciii Limina apostolorum.
xciiii de Veronica.
xcv domine quo vadis.
xcvi Cimiterium Calixti.
xcvii Sancta sanctorum.
xcviii Capita apostolor⁹ petri & pauli.
xcix Incūabula & circūcisio saluatoris
c Lactis virginei vasculum.
ci Primum altare quod habuit religio christiana.
cii Cathena beati Petri apostoli.
ciii Sancti ioānis baptiste caput.
ciiii Annulus sponsalitiorum beatae virginis Agnetis.
cv Craticula sancti Laurentii.
cvi Stephani pthomartyris & sancti Laurentii sepulchrum.
cvii Fontes ad effusum beati Pauli sanguinem.
cviii Sanctae mariae maioris ecclesia veneranda.
cix Sancti Hieronymi corpus.
cx Sancta in transtyberina regione ubi fons olei erupit.
cxi Conciliati ab Eugenio quarto Romanae ecclesiae.
cxii Asiam romani venerunt.
cxiii Nulla orbis ciuitas pluribus q̄ Roma frequentatur.
cxiiii Quot milia singulis ānis romā adeunt sanctuaria in eadem visendi gratia.
cxv Uiget adhuc Romanae maiestatis gloria.

Hieronymus Broianicus Veronensis

Qui romam: latium: Venetos lustravit: abunde
Abrasus: tutus pergit in ora virum.
Blondus forliuio genitus. Qui flavius inde
Dictus: Cæsaribus connumerandus adest.
Si latium Mario debet: nel roma camillo
Fautori marco Si veneticq; suo
Debita persoluāt reparanti Mœnia: gesta:
Et Loca. q̄ Blondi fama perennis erit.

Joan. Ant. Panthe⁹ veronēsis Paulo Raimundio Ariminēsi. S. D.

Cum assidua ⁊ laboriosa lectionum solicitudo me occupatissimū detine ret qualis olim in Caucasea rupe prometheum continua pectoris lanci natione deuinctū retinuit: accesserant ad iñe impssortiae artis piti uiri cu pietes Blondi forliuiensis Romā instauratā ac Italiā illustratā copiosa uoluminū abundātia in lucē emittere: petieruntq; ut codicē diligēter ac curate recognoscerē qd ue de eius lectiōis utilitate apud boies futura mea esset opio: recognoscēdū suscepi: scriptoris laboies meo iudicio me rito laudaui. Quippe is fuit q̄ suo aeuo litteras carie sqlidas ac puluere delitescētes cū caeteris coaetaneis suis ad supas auras deducere conat⁹ ē Ualuit vir ille ingenio: doctrīa: oiuq; rep tū nouap tū antiqp diligenti pscrutatiōe ac multop auctop studiosa lucubratiōe qō facile ex ei⁹ librop uaria ⁊ iucūda ⁊ nostris tpibus necessaria lectiōe etiā me tacēte dignosci pōt. Interea dignissim⁹ ptor tuus: nūc etiā me⁹ Antoni⁹ veneri⁹ mutua carminū de uxoris obitu collaudatiōe pellectus me inē raros familiares ascisceret sua inata bonitate nō renuit: cui⁹ cōsuetudine cū sacpius uterer eiusq; multap q̄s uidit q̄sq; exptus ē fep expientiā inīloq̄ndū admirarer demū incidit ſmo de Blondi Roma ⁊ Italia q̄ in pētia impmebanē: p ptor būanissim⁹ aliū Blondi laborē de reb⁹ uidelz uenetop gestis pollicit⁹ est ꝓmissumq; impmēdū facili largitate cōcessit: cui⁹ liberalitatē nō mi nus ac in reb⁹ oībus singularē ⁊ eximiā ỳtutē admiratus sū: nec imerito cū ab eo pīe natus sit q̄ q̄p gliosus senator ⁊ aristocratiae uenetae obseruā tissimus fuerit nō mihi cōmemorandū ē cum illū iam nūc iuniores ueneti optimates extollūt ⁊ i oi actiōe cōmemorāt atq; collaudāt. Sz boc a me ptereundū esse nō duxi. Belphinū Venerū in re. pu. uenera eū fuisse q̄lē in romana. Q. Metellū macedonicū legim⁹: quē rogo extinctū q̄rtuor filii unus ptor tres cōsulares duo triūphales unus cēsorius detulerūt. qs neget Belphini ⁊ Metelli eandē eē gloriā: q̄ q̄rtuor natos impmis sena torios alios saepi⁹ ptorios alios imperatorios ⁊ triūphales ⁊ oib⁹ fortis do miq; mgiatibus pfūctos rēliq̄t: int quos licet me tacere cogat Anto. ē quē nūc Verona aeqssimū ptorē colit obseruat atq; uenerat. q̄ totiēs lega tus totiēs ptor oēs rei. p. dignitates ⁊ honores magna cū laude sit conse cutus. neq; hoc imerito cū elephas elephantē leo leonē damma dammā Jouis ales aq̄lā Achilles Pyrrhū genera t: nō vrsus lepore nō ceruus talpā nō draco squilā nō pauo buboně nō Aiax Thersitē. Sic a dignis simo parēte dignissimus filius nō degenerauit. Vides igitur suauiss. mi Paule nō pene minus nūo ptori debere q̄ Blondo cuius liberalitate ef fectū ē ut qō singulariter abstrusum apud illū fuerat nunc palā euagatur quod senatui veneto ⁊ dignitati ⁊ ornamento semper erit. Vale.

Pauli Ramnusii Ariminensis.

Quisquis ad Aeneae profugi noua moenia tendes
Ut celeri videas parta tropbaea manu
Siste gradum paruo spectabis grandia sumptu
Quod quaeris dabit haec pagina parua tibi
Sic tecto residens lector mihi crede uidebis
Italiae cineres romulcumq; decus.

fo. 1.

PROEMIVM

Blondi Flauii Forliuensis. in Romam instauratam.
Praefatio ad Eugenium quartum pontificem maximum Romanor.



Rbis Romae rerū dominae ruinarum potius q̄ aedificiorum quae nunc cernun tur noticiam pro viribus innouare Eu geni pontifex sanctiss. multa suadēt mihi Sed illud maxime impellit q̄ tanta fuit praeteritorum diu sacculorum hominū studior humanitatis ignoratio: ut quom pauca singulis in urbis ipsius aedificio rum partibus quae olim fuerint: non ab imperita solum multitudine: sed ab his etiam qui doctrina cultiores sunt sciant tum multa ac pene omnia falsis ⁊ barbaris appellationibus inquinata uel potius infamata cernamus. Unde breui futurum apparet ut Roma inge niorum parens. uirtutum alumna. celebritatis specimen. laudis ⁊ gloriae columen. ac omnium quae uniuersus orbis ubiq; habet bonarum rerum se minarium in suis obscurata structuris. maiorem celebritatis ⁊ famae factu ram faciat: q̄ in rebus pridem factam ac potentia uideamus. Confirmauit etiam nostrum describendi propositum tuus in ipsam pontificatus tui sedē redditus adeo illius conseruationi utilis atq; necessarius: ut constet eam se nio calamitatibusq; confectam: si altero abfuisses decennio pene funditus perituram. Nec enim sola comitantis curiae praesentia quod semper ciui tatis opulentiae plurimum profuit, romanos foues. Sed collapsa deforma taq; aedificia. multis in locis maximo instaurasti reficisq; impendio. Decor certe ⁊ magnanimo principe dignissimum facinus: ⁊ quod omnes florente olim Roma tactas moles: factasq; aedificiorum structuras laude ⁊ gloria tanto superet: quanto nostra huius saeculi tenuitas immani illorum affluen tiae opum cedit. Quando itaq; ego omnia quae mihi adsunt tuae sanctita ti debeo: cur ⁊ non ipse contendam: ut sic tu Romam per ingenioli mei lit terarum monumenta, sicuti cementariorum: fabrorumq; lignariorū opera pergis instaurare. Accedit enim nostrae huic urbis instaurationi quae digni tatis tuae sanctimoniam in primis deceat: ⁊ tuam gloriam maxime cumulē pontificum romanorum qui te praecesserint innouata operum commemo ratio: dum urbis partes ad ueterem nouamq; nominationem describēs: ba silicas quoq; templa ⁊ sacra quas uocamus ecclesias loca per quos ponti fices ⁊ alios christianos uel fundatae primo uel auctae uel fuerint instaura tae ostendam. Et quando in describenda urbis operum magnificentia mul tos romanos praestantes certe uiros: se d idolatras, gentilesq; merito laude non fraudabō: est animus nostrorum quoq; martyrum gloriam ubi quidaq; scilicet patiendo uicerint: ⁊ libidini insaniaeq; tyrannorum succumbendo tri umphauerint indicare. Aggrediar itaq; assumptum mihi tuam in gloriam munus futurum consilius: ut posteri aliquando diiudicent utrum ne refar

i
Vrbis situs.
ii
Nominis causa.

iii
Ambitus mensura.

cita ⁊ magna ex parte innouata basilicae principis apostolorum ⁊ lateranen sis palatii tecta. uel additae ex aere aedi celeberrimae sancti Petri maiores ualuae: aut palatii moeniumq; uaticani suburbiorū restitutio: ⁊ stratae ur bis uiae, utrūue unḡ tanto facta impēdio opera uel rudi stilo potuerim imi tari: ⁊ calce latericio materia lapide aut aere an litteris facta solidior diutur nior ue maneat instauratio. Sed iam immenso operi manum apponamus

Roma Instaurata.

Omam in latio ad Tiberim amnem sitam ⁊ qn rodecimo ab infero mari pessimum miliario maio res scripsere. Nomen eius a Romulo condito re. M. Varro ⁊ Titus Liuius patauinus. Sa lustiusq; affirmant, ⁊ Romulum a ficulnea arbo re: sub qua eum ⁊ fratrem Remum alluuio Ty beris destituerit: scribit in fastis Ouidi⁹ his car minibus. Arbor erat: remanent uestigia quaeq; uocatur romula uel ficus romula ficus erat. Ambitū eius urbis quom Arcadii ⁊ Honorii impe ratorum temporibus a Visigothis anno tunc mille trigesimo tertio fuit capta: maiorem fuisse eo q̄ nunc cernitur: multi uolunt. Et nos quidē scimus moenia urbis saepe a barbaris alicubi aper ta: saepeq; a maioribus instaurata. Sed orbem ipsum inter instaurandum strictiorem factum: nec legimus nec hoc tempore ab aliquo ruiuarum si gno nisi parua parte post longam inuestigationem potuimus intelligere. Quāḡ enim muri partem collapsi ⁊ corrosi sint: partim ruinam multis in locis minentur: in ipso tamen permanet prisco uestigio ueteris fundame ti, fuitq; ambitus Plinii temporibus: sicut ipse ex Augusti traditionibus scribit millia passus uiginti. Et Flauium Vopiscum scribere uidemus Aurelium imperatorem qui prope annos ducentos ante Visigothorum irruptionem fuit ambitum romae ad quinquaginta millia passus ampliasse Huius autem ingentis differentiae quam Plinii Veronensis: Flauiiq; uo posci ui urbis amplitudine assertiones uidemus habere causam nostro iudi cio certam. ⁊ quae omnes tollat ambiguitates. quin nullate⁹ bi duo scri ptores discordent. In iuris ciuilis digestorum libris reperimus. Marcel lus nāq; de uerborum significatione. Vrbs inquit est roma quae muro cin geretur ut Alphenus ait. Roma est etiam quantum continentia aedificia essent, nam romam non murorum existimari ex consuetudine quotidia na posse intelligi. quom diceremus romam nos ire. ⁊ si habitaremus extra urbem. Et Paulus eodem titulo urbis appellatio muris romae aut conti nentibus aedificiis finitur. quod latius patet aedificia romae fieri etiam ea uidentur quae in continentibus romae aedificiis fiant. Et Terentius Cle mens. Vrbis in continentibus qui non sunt romae nati intelliguntur. Pli nium itaq; dum uiginti milia passuum scribit urbis murorum ambitum et Vopiscum dum quinquaginta romae ⁊ aedium continentium amplitudi nem iuxta legum diffinitiones considerasse crediderim. ⁊ quidē Plinii uer ba sunt de urbe quom Vopiscus de roma dicat. Nostri autem temporis

circuitus urbis cui illarum respondeat amplitudini: nec scimus: nec ea ra tione iudicamus scire posse q̄ nostra aetatis nostrae metiendi ratio a prisco rum dimensione multum uariat. Quandoquidem Marcus antonius in itinerario infinitorum pene locorum ab urbe Roma distantiam multis pas suum milibus designat pluribus q̄ nunc homines nostri faciant. quae qui dem mensurationis disparitas non ex antonii magis q̄ ex aliorum scriptis facile intelligitur. Sed si ad nostrae aetatis consuetudinem metiri uolemus uix passuum milia quattuordecim omnis Romae⁊ Janiculi siue transtybe rinae regionis ⁊ uaticani ambitus implebit.

iiii
Portarū uocabula in ge nere.

Ortas urbis Plinius triginta apertas ⁊ septem clausas tunc fuisse scribit. Earum omnium nomina nec ipse ponit nec nos satis inueni re potuimus. quāḡ omnia inuestigare nominis uetusti portarum l oca binc superfluum esse scimus. quod apud Liuium ⁊ alios scriptores aliqua inue niuntur nomina portarum quae olim dum aucta fuit urbs Roma in me dio ciuitatis remanentes. ⁊ formam portae ⁊ usum simul amisere. et qui dē nomina quae apud priscos fuerunt haec inuenimus. Flumentana. Col latina. Collina. Quirinalis. exquilina. uiminalis. Neuia. Querculana si ue Querqueculana. Sabiusa. Lauerualis. ruduscalana. rutumena. Sagi malis. Latina. appia. Capena. trigemina. aurelia. Fontinalis. Carmenta lis quae Scelerata. Pandana uel libera. Mugonia quae ⁊ trigillia Ca tularia. triumphalisq;. Quarum pleraq; etymologiam uocabulorum banc Festus Pompeius fuisse scribit. Flumentana appellata q̄ tybe rim eam quandoq; inundasse affirmant. Collatina a collatia oppido prope Romam in quod aliarum ciuitatum apes fuerunt collatae. Collina aego nensis appellabatur: erat in monte quirinali qui aegonos appellabat quae prius Quirinalis dicta fuit: q̄ ea in collem Quirinalem itur: siue q̄ pro xime eam quirini sacellum. Querqueculana q̄ quercum intra muros iu xta se habeat. Lauerniones fures antiqui dicebant: q̄ sub tutela Deae la uernae essent in quouis loco obscuro abditoq;. binc ⁊ lauernalis porta. Ru duscalana appellata quasi rudis et impolita sit relicta. Rutumena a nomi ne cuiusdam aurigae sic appellata. Fontinalia fontius sacra. unde et romae fontinalis porta. Catularia porta romae dicta quia haud lōge ab ea ad placandum Caniculae sidus inimicum frugibus russae canes immolaban tur. ut fruges maturescentes ad maturitatem perducerentur. viminalis porta ⁊ collis appellatur. quia ibi viminus sylua fuisse dicitur. quāḡ Mar cus uarro de lingua latina collem ipsum a templo dei ulmini in illo siti ap pellatum scribit. Quantum uero attinet ad portam Capenam Solinus dicit Italum regem de insula Siciliae cuz Syracusanis ad Jannum per uenisse: ac eius consilio auxilioq; ciuitatem iuxta albulam condidisse. La penam nomine a qua postmodum portae Capenae nomen fuit. Jam uero tres quas ultro posuimus loco Carmentalem. Pandanam quae ⁊ li bera. Mugoniam quae et trigillia. Prima habuit urbs a romulo aedifica ta. quāquā uarro Pandanam ostendit Saturniae urbis et non romae fu isse. aliae autem duae roma postmodum aucta fine forma et usu portae no men aliquādiu retinuerunt. Dicitq; Festus Carmentalem portam uoca

v
Vbi portaꝝ etymologia.
Flumentana
Collatina
collina aegonensis.

Quirinalis.
Querqueculana.
Lauerniones.
Lauernalis
ruduscalana rutumena
Fontinalia.
Catularia

Viminalis.

Capena.

vi
Tres portae urbis a ro mulo aedificatae.

Pandana.

Scelerata carmentalis.

tam sceleratam q̄ per eam sex ꝛ trecenti Fabii cum clientibus quinq̄ mil
bus egressi aduersus etbruscos ad amnem cremeram: omnes interfecti sūt
Et Ouidius in fastis. Carmentis portae dextro est uia Ianno. Ire per
banc noli dſquis es: omen hz. Illa fama refert fabios pria exisse trecētos
Porta uacat culpa: sed tamen omen habet. Et Virgilius in octauo. Et
Carmentalem romano nomine portam. Attulimus a uetustissimis petita
trium ꝛ uiginti portarum nomina. ꝛ nostra aetate Roma omnis tresdecim
tantummodo habet: nisi forte suburbii uaticani quam ciuitatem Leoni
nam fuisse ostendemus. portas quoq̄ uelimus addere quas omnium ue
tustissimas. noua quoq̄ habere nomina suo docebimus loco. Satis ergo
at q̄ operosissimum fuerit romanae urbis ꝛ Ianiculi portas quae aetate
nostra cernuntur. uetustatae appellationis nominibus applicare.

vii
De porta ppſi quae Flu
mentana.

Incipiendum est autem a Flamineae uiae porta quae sinistrae Tybe
ris ripae apposita aliquando Flamminea ꝛ nouissime porta populi est di
cta. Eam uero esse quam prisci Flumentanam dixere. ꝛ Festus Pompeꝰ
diffinit: ipsa indicat positio q̄ nulla inter omnes urbis portas ita Tyberi
est apposita ut eam aliquando is fluuius potuerit influere. cuius meminit
Titus Liuius in sexto ab urbe condita in haec uerba. Ita praedicta die in
Petilinum lucum extra portam flumentanam unde conspectus in Capi
tolium non est concilium populi indictum. ꝛ in bello Macedonico: Circa
portam flumentanam collapsa quaedam. Item eodem in bello Liuius eā
de caelo tantam fuisse narrat.

viii
De porta Pinciana quae
Collatina.

Secunda illi et proximo in colle posita multos ante annos Pinciana
est dicta a palatio sibi propinquo: cuius demolita mārmora rex Ostrogo
thorum primus Theodoricus sicut Cassiodori epistola ostendit Rauen
nam portari curauit. Ea priscis temporibus dicta est Collatina. Oppi
dum enim a quo est dicta fuisse e regione illius ostendit Liuius in primo ab
urbe condita. Collatia et quicquid circa illam agri erat Sabinis adem
ptum. Seruat quoq̄ aetas nostra morem appellandi in collatia quicquid
a regione eius portae habet ager romanus

ix
De porta Salaria quae
Collina.

Tertiam quae nunc Salariam fuisse Quirinalem postea Collinam di
cimus. ꝛ quidem quantum attinet ad Quirinalem festus Pompeius di
cit. Quirinalis dicta q̄ ea in collem quirinalem itur. siue q̄ proxime eam
quirini Sacellum. Et Ouidius in fastis de quirino: Hunc igitur uete
res donarunt aede Sabini Inq̄ Quirinali constituere iugo. Quirinalis
autem uiae porta dicta est Salaria: quam Festus sic appellatam affirmat
q̄ Sabini sal a mari deferebant. Quod autem postea a Quirinali mutatū
sit nomen in Collinam indicat Marcus Varro cum dicit Quirinalem
collem aliquos existimare dictum a quirino alios a quiritibus. qui cum
T. Tacio curribus uenerunt q̄ ibi habuere castra. ꝛ plura sint in eo nomi
na collium. Nam collis tricepscis ubi quirini aedes: collis salutaris qui
quinticepscis collis pollinaris qui est ad aedem salutis et collis mutialis
ad aedem dei diffidii. ab qua collium varietate quam quirinalis habuerit
collis dicta est porta collina. ꝛ Liuius id manifestum facit in libro ab urbe
condita quadragesimo. qui ꝛ de bello Macedonico ultimus appellatur.
Aquarum quoq̄ inundatio in regione uersa. Nam ita undauit Tiberis ut

Salaria porta.

ludi Appollinares circo inundatos extra portam Collinam ad aedem eri
cinae Veneris portati sunt. Caeterum ludorum ipso die subita serenitate
orta pompa duci coepta ad portam Collinam reuocata. ductaque in cir
cum est cum decessisse inde aquam nunciatum est: laeticiam quoque popu
lo ꝛ ludis celebritatem addidit sedes sua solenni spectaculo reddita. Circū
autem Flamminium in quo celebrantur ludi Apollinares constat nobis.
ꝛ infra in spectaculorum aedificiis ostendemus fuisse locum cui nunc Ago
ni tritum est uocabulum. Et templum Veneris Ericinae extra portam
Collinam finisse ex fastis ouidii bis uersibus ostenditur. Templa frequen
tari Collinae proxima portae Nunc decet a siculo nomina rege tenet. Et
infra. Atque siracusias aretusas abstulit armis Claudius ꝛ bello te quoq̄
cepit erix. Sicque ex loci propinquitate coniicimus ludos qui tunc Circo
Flamminio nunc agone ob aquarum Tiberis inundationem non poterāt
celebrari cum ad Collinam nunc Salariam portam parati essent. postea
aquis decedentibus ad circum fuisse reductos.

x
De porta sanctae Agne
tis quae viminalis uel de
quinq̄ portis sinnul.

Quartam portam nunc sanctae Agnetis aut Numentanam aut Bo
minae. Est enim aetate nostra trinomina prisco more viminalem. et quin
tam nunc sancti Laurentii: olim exquilinam. Sextam quae maior dici
tur Neuiam. Septimam quae pridem asinariam nunc sancti Joannis a
priscis fuisse Celimontanam. Et octaua quae abdito in angulo clausa cer
nitur et Metrodii porta dicitur Sabinsam fuisse a maioribus appellatam
cum caeteris in locis cum magna ex parte unico in Liuii loco ostendere
confidimus. quo in loco Collina etiam quae fuerit certius ostendetur.
Nanque secundo ab urbe condita. Liuius. Porsennae obsidionem quia
Romam pressit describens ita dicit. Porsenna primo conatu repulsus cō
siliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersis praesidio in Janiculo lo
cato ipse in plano ripisque Tiberis castra posuit nauibus undique accitis
et ad custodiam nequid frumenti Romam subuehi sinerent. et ut preda
tum milites transfiumen per occasiones aliis atque locis traiicerent: bre
uique adeo infestum omne agrum romanum reddidit. ut non caetera so
lum ex agris. sed pecus quoque omne in urbem compellereur. nec quis
quam extra portas propellere auderet. Hoc tantum licentiae etruscis
non metu magis q̄ concilio concessum. Nanque ualerius consul intentus
in occasionem multos simul et effusos improuisos adoriendi in paruis re
bus negligens ultor grauem se ad maiora uindicem seruabat. Itaque ut
eliceret praedatores edicit suis. Postero die frequentes porta exquilina
quae auersissima ab hoste erat repellerent pecus: scituros id hostes ratus
q̄ in obsidione et fame seruitia infida transfugerent. et sciuere perfugae in
dicio. multoque plures ut in spem uniuersae praedae flumen traiiciunt Pu
bli. Ualerius. Marcū berminium cum modicis copiis ad secundum lapi
dem uia Sabinia occultum considere iubet: Spurium Largum cum ex
pedita iuuentute ad portam Collinam stare donec hostis praereat. Be
inde se obiicere ne sit ad flumen reditus. Consul alter. T. Lucretius por
ta Nenia cum aliquot manipulis mlitum egressus: ipse ualerius Celi
montana cohortes delectans educit: hique primi apparuere hosti. Hermi
nius ubi tumultum sensit concurrit ex insidiis: uersique in Lucretium

etruſcis terga cedit: dextra laeuaque binc a port a Collina. illinc ab Neuia redditus clamor ita caeſi in medio praedatores. neque ad pugnam uiribus pares ꝛ ad fugam. Septis omnibus uiis finiſque ille tam effuſe uagandi etruſcis fuit. Oſtenſuri quo applicemus modo ſupradictis priſcis nouas portarum nominationes: primum illis quos ſcimus contentioſe dicturos non Salariam ſed Flamminiam fuiſſe illam ad quam Spurius Largus ne boſti ad flumen pateret reditus ſe oppoſuerit reſpondemus. Pontem Miluium per id temporis non fuiſſe. Quod et ſi Liuius ſatis indicat: nos alia ratione certum babemus q̄ Ammianus Marcellinus in rerum geſtarum libro uigeſimo ſexto illum dicit ab Aemylio Scauro fuiſſe aedificatum. et Scaurum multa poſt ſaecula fuiſſe conſtat: qui Cneo Pompeio adoleſcente ſenex erat. Cum itaque ad portam ab boſte auerſiſſimam quae fuit Exquilina nunc ſancti Laurentii. aut Tiburtina eſſent expoſita in praedam pecora. non credimus traieciſſe etbruſcos ea rectitudine Tyberis quae a porta nūc populi uſque ad locum Miluii pontis intercedit. cum ſint omnes aſcenſus in montem et topho Scabri et altitudine armatis inſuperabiles Sed ut propinquiore a nauibus curſu ferrerentur in pecora ad eum pene Tyberis locum quo Anio ipſum influit fuiſſe delatos. Et ſic extra portam tunc Collinam nunc Salariam opportune locati ſunt. qui etbruſcos a reditu ad naues fluuiumque arcerent. Alia autem ratione libet oſtendere Collinam portam eſſe non poſſe illam quae aut Flaminia pridem aut nunc Populi eſt dicta. Liuius in libro tertio. ubi plebis ſeceſſionem narrat in qua Tribunii primum in Auentino creati ſunt haec habet uerba. Neque in Sabinis quieuit exercitus. Ibi quoque auctore Julio Numitorio quae ſeceſſio facta ab Decemuiris. Et infra. Et ipſe priuſquam iretur ad urbem pari poteſtate eundem numerum ab ſuis crrandum curat: porta Collina urbem intrauere: qui itaque a Sabinis uenit exercitus fruſtra ad portam Flamminiam flexiſſet cum rectior expeditiorque eſſet in urbem qua rediit Sallaria tunc Collatina. Similiter Cornelius Tacitus ingreſſum Vitelii imperatoris militum in urbem deſcribens dicit. Tertium agmen per Sallariam Collinae portae appropinquabat Indicat etiam Liuius aduentum Hannibalis ad Anienem deſcribens ſexto punici belli ſecundi libro. Collinam Exquilinamque ſatis proximas fuiſſe. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta capena cum exercitu Romam ingreſſus media urbe per carinas exquilias que contendit. Inde egreſſus inter Exquilinam collinamque portam poſuit caſtra. Et paulo infra. Inter haec Hannibal ad anienem fluuium tria milia paſſuum ab urbe caſtra admouit. Itaque romanorum caſtra Hannibali ad anienem ſedenti oppoſita. ſi ad Collinam exquilinamque portas poſita erant. nullo alio loco q̄ ad Salariam nunc et ad ſancti Laurentii portas eſſe potuerunt.

xii
De porta ſancti laurētii quae exquilina.

Ex praedictis igitur conſtare creditur cum tertia eſſet collina quartā fuiſſe Viminalem. et quintam Exquilinam nunc ſancti Laurentii. quam aliquando Taurinam a capite tauri. quod illi inſculptum eſt legimus appellatam fuiſſe. Eius uero quam priſcis temporibus Viminalem fuiſſe

affirmamus. cur Liuius ſuperiori in etruſcorum inuaſione non fecerit mētionem: nihil eſt aliud q̄ reſpondeamus. q̄ ita a caſu et conſulum Romanorum conſilio factum eſſe ut aliis portis fuerit ſatis. aut ſtruere inſidias. aut pecora in praedam exponere. aut turmas praeſidiaque immittere. Sed cum viminalem deſcribemus collem illum fuiſſe qui banc eiuſdem nominis portam habuerit oſtendemus.

xiii
De porta maiore quae nouia. xiiii
De porta ſancti ioannis quae Celimontana.

Nouiam uero fuiſſe ſextam quae nunc maior dicitur.

Et pariter ſeptimam quae nunc Aſinaria ſeu ſancti Joannis Celimōtana: qui ſupradicta Liuii uerba attente conſiderabit certum intelliget. q̄q̄ locus ipſe edocet caelium montem a quo celimontana eſt dicta: nullā quae riuo non dirimatur aliam habuiſſe.

xv
De porta Methodi que Babiuſa

Octaua quae Babiuſa fuit quam abdito in angulo ad nouum eugenianum Lateranenſe monaſterium clauſam dicimus: nihil eſt rationis aut coniecturae quod afferamus aliud q̄ q̄ recta ducere in Babios oppidum cui aetate noſtra demolito Gallicano multis ſaeculis fuerat appellatio Liuius in bello Macedonico Babiuſam portam fuiſſe tactam de caelo commemorat.

xvi
De porta latina

Latina et immutatum retinet uocabulum. quod tamen apud priſcos non inuenimus. aut aliud habuit ex ſupradictorum uigintitrium nominibus quod nondum potuimus intelligere. eam autem Latinam ab annis mille uocatam fuiſſe multorum teſtimonio probare poſſemus.

xvii
De porta Appia quae olim Capena

Portam autem quae dicitur Appia nunc olim fuiſſe Capenam Julius Frontinus de aquae ductibus oſtendit his uerbis. Anio nonus Marco Valerio Publio Decio Murena anno uigeſimo poſt initium Sannitici belli inducta eſt Appio Claudio Cenſore: qui etiam uiam Appiam a porta Capena uſque ad urbem Capuam muniendam curauit. Juuenalis aquinas Satyricus uale dicturus amico Lumas proficiſcenti: illum ſcribit cum rheda quae compoſitam domum totam proferebat ſubſtitiſſe ad ueteres arcus madidamq; Capenam.

xviii
Arcus ueteres a Romulo poſiti.

Arcus uero ueteres quos Romulus Latericios poſuit. et florentes poſtea opibus romani nunquam paſſi ſunt in marmoreos mutari. ne conditoris urbis ſuae memoria deperiret: aetate noſtra collapſos fuiſſe ubi nunc ſunt eccleſiae ſanctae Mariae de gratia et ſanctae Mariae de inferno. et eam uiam ituro cum Rheda ad portam Appiam eſſe expeditiſſimam uidemus. Nec immerito appellat eam portam humidam Juuenalis. q̄ inter caeteras depreſſo ſit in loco aquis in Tyberim labentibus abundante Liuius in bello Macedonico Cenſores uiam ſternendam a porta Capena ad Martis aedem locauerunt. Item idem Liuius in ſecundo bello punico. Vitebantur ab omnibus externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa: legationes omnium Ciciliae ciuitatum ad eum ueniebant. Et infra libro nono. Aedem uirtutis eo anno ad portam Capenam Marcellus dedicauit. Ea uero omnia templa eas aedes uidemus in uetuſta urbis Romae deſcriptione. cuius auctorem librariorum incuria ſupreſſum nos in Caſſinenſis monaſterii bibliotheca legimus fuiſſe Sextum Ruffum conſularem uirum poſitas eſſe in prima

regione porta Capena. Et Solinum supradiximus uelle eam portam sic dictam a ciuitate capena quae ab Italo fuit aedificata.

xix
De Trigemina porta.

Ultima restat intra Tyberim Trigemina quam aliquando hostiensem q hostiam uersus. aliquando sancti Pauli q ad celeberrimam eius basili cam ducat uidemus appellatam. Trigemina autem cur sit prius dicta nundum reperi. Liuius in bello Macedonico. Aediles eo anno porti cum vnam extra portam Trigeminam emporio ad Tyberim addito se cerunt. Et infra de mulcta damnatoq aliã porticum extra portã Trige minam inter lignarios fecerunt. lignarios autem qui ad Tyberim essent commode apud eam quae nunc est sancti Pauli uel hostiensis dicitur por tam fuisse locatos uerisimile iudicamus. Et Liuius libro quarto Trige minam extra portam boue aurato Minutius Bonatus. Nec stare po test quod uolunt aliqui eam portam a Trigeminis fratribus Horatiis qui Curiacios ante albam ceciderint dictam: q bi fratres qua exiuerint porta mentio nulla fit a Liuio qui eos forte in castris fuisse dicit. et tertiũ qui fuerit superstes porta Capena rediisse. Idem Liuius est auctor. Trigeminam item portam fuisse eam quae nunc sancti Pauli dicitur ostendit iulius Frontinus dum aquae Appiae finem describit his uerbis Buctus eius habet longitudinem usque ad Salinas qui locus est ad por tam Trigeminam. Salmas autem sub Auentino ad tyberim fuisse osten demus.

xx
De porta Carmentali.

Est alia intra Tiberim porta: cuius apud priscos frequens est memo ria Carmentalis dicta quae nedum nostra sed nec titi Liuii aetate ullum portae usum habuisse ostendemus. Fuit uero ad cliuum qui ducebat per Subliciumpontem in Janiculum. Is locus uidetur esse ultra ecclesiam sanctae Mariae de schola graeca. siue ut appellant in Cosmedim ad pri mas Auentini radices: quas is mons uergit ad pontes ubi nunc uetustis simos arcus marmoreos ut in calcem decoquerentur dolentes uidimus a fundamentis excidi. Quos arcus fama fuit et quibusdam indicantibus litteris apparebat.

xxi
arcus horatii Coclidis.

Horatii Coclidis honori fuisse a maioribus excitatos indicat eam por tam Liuius in secundi punici belli libro quarto. Foedum incendium inter Salinas et portam Carmentalem cum equimelio iugarioque uico in tem plo for. unae ac matris Matutae extra portam late uagatum. Salmas uero in Tiberis ripa quae in ponte nunc sanctae Mariae ad Auentinuz pertinet. et equimelium sub ipsa rupe tarpeia. Jugariumque uicum sub Capitolio supra forum Boarium fuisse etiam alio ostendemus in loco Quare ignis qui sub Capitolio et urbe tarpeia per ripam tiberis debac chatus fuisset cum extra portam uagatus a Liuio dicitur. non extra ur bis Romae moenia quae multum inde distabant. Sed extra Carmenta lem portam ad Auentinum usque medium ubi Matutae matris aedes erat oppositа tiberi aedificia conflagrauit. Pandanam portam infra ubi de capitolio dici tur ostendit Varro fuisse sub tarpeia rupe.

xxii
transtiberina regio quae Janiculum.

Ed iam Tyberim transeamus. Eam urbis Romae partem uulg?

pridem transtyberinam appellat regionem quam ab ipso initio et longo post tempore maiores Janniculum dixere. Fallit uero plerosque etiam aetatis nostrae doctissimos edicioris ea in regione loci prima appellatio q ipso in collis cacumine ubi nunc sacrae inhabitant uirgines Jani templum fuerit. de quo Virgilius in octauo. Hanc Janus pater hanc Saturnus condidit urbem Janiculum huic illi fuerat Saturnia nomen. Et Ouidius in fastis. Arx mea collis erat quem cultrix nomine nostri Nuncupat haec aetas Janiculumque uocat. Liuius autem primo ab urbe condita in anci Marci rebus gestis sic habet.

xxiiii
Pons Sublicius quãdo et a quo.

Janiculum quoque adiectum non inopia loci: sed ne quando ea arua hostium essent: id non muro solum. sed etiam ob commoditatem itineris ponte Sublicio tum primum in tyberi facto iungi urbi placuit. Si igi tur moenia ad pontem pertinuerunt non solus collis multum ab ipso di stans fluuio quod aliqui uolunt ab anco. Sed tota Janiculi nunc transty berina regio est munita. Liuius in secundo libro. Cum captum repentino impetu ianiculum atq inde citatos decurrere hostes. Et paulo infra. am plius hostem in palatio capitolioque q in ianiculo fore.

xxiiii
tres portae ianiculi in ge nere.

Ea regio tres habet portas. quarum quae ad occidentem solem Ty beri est propinqua. nunc dicta Portuensis olim quae fuerit ignoramus. Alia quae edito in loco nunc sancti Pancratii prius Aurelia. Tertia in Vaticanum dimittentes. et nunc subtus Janum dicta. a priscis Fontina lis appellata.

xxv
De porta portuensi.

Et primam quidem postquam Claudius imperator Romanum fe cit portum q in illum dimittat fuisse ab eo factum portuensem appellatã constat.

xxvi
De porta sancti pãcratii.

Aurelia porta utrum a uia an ab ea uia nomen habeat incertum habe mus. Praesens uero nomen a proximo sancti Pancratii ecclesia habet.

xxvii
De porta subtus Janum quae fontanilis.

Fontanilem ex Festo Pompeio ostendimus q deabus fontium fuerit sacrata dictam. extant autem magnae molis muri scatentium adhuc fonti um receptacula sub mõte qui aureus dicitur ipsi portae proximo. et haud longe ad Vaticani moenia pertinente. Liuius in bello Macedonico. Aediles alteram porticum ad portam fontanilem ad Martis aram qua in campos iter esset perduxere. Vici autem subtus Janum eam portam q Janiculo uel monti uel regioni subiaceat minus q caeterae nostrae aeta tis corruptela tolleret est absurdum. Quod uero haec sola possit esse fon tanilis inde incertum habemus. quia nulla est porta alia qua in campos Vaticani iter esse posset. praesertim cum nullum tunc temporis alium ad tiberim pontem q Sublicium roma haberet.

xxviii
De aedificiis Janiculi in genere.

Esset mihi nunc ad Vaticani suburbia transeundum sed postquam Ja niculi siue transtiberinae regionis is est situs ut a caeteris partibus urbis flumine muroque dirimatur opera illius siue a principibus siue a pontifi cibus aut populo facta quae olim habuerit et quae nunc cernuntur aut in dicari possint explicabo.

xxix
Ratio constructionis pontis Sublicii.

Et primo de ponte Sublicio habet Plinius ipsum q̄ esset ligneus sine ferreo clauo ita dispositus contignatione ut trabes eximerentur sine fulturis ac reponerentur. quod quidem sic facere religiosum fuerit. Post quam Codite Horatio defendente aegre reuulsus fuit. Eum uero pontem prius ab Anco Marco sicut ex Liuio ostendimus factum. Antonius pius Imperator marmoreum fecit cuius uestigia esse tenem⁹ quae hinc ad primas auentini radices inde ad nostra aetatis nostrae naualia cernuntur.

xxx
De thermis seuerianis ⁊ aurelianis.

Scribit Laelius Sparcianus Seuerum imperatorem ex Aphrica oriundum fecisse Transtyberina in regione sui nominis Thermas. fecit ⁊ alias imperator Aurelianus quae essent hiemales. Sed cum late pateat Transtyberinae regionis appellatio sub qua Campus suburbiumque Vaticani. et ipsius Janiculi munitio comprehenditur utrum ne ipsarum thermarum uestigia sint quae intra Janiculum ad Diui Francisci aedem an illa quae medio in Vaticani campo ubi nunc prata dicimus cernuntur ignoramus. Sed ea perquirere quorum omnis periit noticia superfluum fuerit ad notiora ueniamus.

xxxi
Janiculum aliquando fuisse urbē rauennatium.

Eam urbis Romae Janiculi siue regionis transtyberinae partem a nostris qui martyrum gesta scripserunt aliquando Rauennatium urbem appellari saepe offendimus. Est que eius rei ratio altius repetenda. Octauianus Augustus imperio post Marcum antonium Cleopatramque interfectos quicte potitus: inter multa quae prudentissime prouidit binam instituit classem. Vnam apud Misenum Lucaniae portum. quem Italiae insulas oramque galliarum. maritimam. hispanias. aphricam. mauritimasque et septentrionalis occeani plagam tutaretur. alteram apud Rauennam in loco nunc Cardiano in quo fuit postea Classense oppidum cuius classis partes essent Hadriatici sinus. Illyrici. Dalmatiae. Epiri. Graeciae. Thraciae. Ponti. Meotidae. ⁊ asiae in nostrum mare uergentis. atque aegypti orae necessitatibus subuenire. Tātas uero classes quantas esse oportuit quibus maxima romani imperii tutelae cura esset commissa magno indiguisse exercitu: nullus qui romanas lectitauerit historias ambiget. Cum itaque Romano Senatui Romanisue principibus ea in primis fuerit cura. ut quod multis ostendimus in locis nulla posset romam frequentare multitudo: cui non esset habitandi locus publice assignatus. attributa est rauennatis classis militiae regio transtyberina quae postea exinde urbs rauennatium dicta fuit.

xxxii
Calistus papa in uia aurelia.

Hinc ubi papa Calistus primus ecclesiam sanctae Mariae Transtyberinae quam nunc insignem cernimus aedificauit. Templum rauennatium et tabernam fuisse legimus rauennatium meritoriam eiusdemque in regionis uia celeberrima aurelia miliario tertio. Calistus postea moriens est sepultus nec longe ab eo miliario uidelicet secundo ab urbe.

xxxiii
Felix primus ecclesiā sui nominis.

Felix primus eius nominis pontifex romanus cum basilicā extruxisset in illa cui nomen suum fuit inditum sepultus fuit. Et papa bonorius

primus basilicam sancti Pancratii a qua portae dicimus esse nomen muro urbis ad stadium propinquam a solo aedificauit. quam structura ornamentisque insignem breui nisi succurratur apparet ruituram.

xxxiiii
adeodatus primus ecclesiam ad pontem.

Ecclesia sancti Petri quae uia Portuensi ad pontem meruli dirupta cernitur a deo dati primi pontificis opus fuit. nec fuit illo in operum magnificentia sodicior.

xxxv
hadrianus prim⁹ formas Subbatinam et Jouiam restituit.

Hadrianus primus pontifex romanus qui inter multa suis narranda formas aquarum Sabbatinam Jouiamque magno impendio maioreque populi romani labore restituit. Quarum una fornicibus centum ad principis apostolorum basilicam ipsumque Vaticani suburbium. altera per aureliae portae ⁊ uiae cliuum. partim ad pontem aurelium cui demolito nūc rupto est nomen ut in urbem laberetur. partim ut molis deseruiret sūt perductae. Mirumq; in paulo plus minus ueſexcentis annis q̄ ab inde effluxerunt nulla tanti operis aut in Janiculo aut in Vaticano uestigia appare re. Leonem quartum pon. manet in uaticani suburbio gloria. eius tamen in Janiculo cernuntur opera.

xxxvi
Duae turres ad naualia a Leone. iiii. pon.

Turres duae nunc in naualium faucibus destitutae quas post commissum a saracenis ecclesiae principis apostolorum et ipsius Janiculi incendium eo excitauit in loco ne barbaris ultra per Tiberim sicut tūc acciderat pateret accessus.

xxxvii
Quid uaticanus.

Restat uaticanus de quo festus Pompeius sic scribit. Vatican⁹ collis appellatus est q̄ eo potitus sit populus romanus uatum responso pulsis ethruscis. Sed au. Gellius in noctibus atticis libro decimooctauo de eodem sic dicit. Et agrum Vaticanum ⁊ eiusdem agri deum presidem appellatum accepimus a uaticiniis quae ui atq; instinctu dei eius in eo agro fieri solita essent. Sed praeter hanc causam marcus Varro in libris diuinaq; aliam esse tradidit istius nominis rationem. Nam sicut arius inquit. Deꝰ appellatus araq; ei statuta quae est infima noua uia q̄ eo in loco diuinitus uox edita erat: ita uaticanus deus nominatus penes quē essent uocis humanae initi...quoniam pueri simul atq; parti sunt eam primam uocem edunt quae prima in uaticano syllaba est. Ideircoq; uagire dicuntur exprimente uerbo sonum uocis recentis.

xxxviii
Vaticani regionem Leo quartus papa nunc cinxit ⁊ Leoninam ciuitatē appellauit.

Hanc nunc urbis romae partem primū Leo papa eius nominis quartus muro cinxit. ⁊ ciuitatem Leoninam de suo nomine appellauit. Eius uero muniendae causa quam superiore diximus loco ne sicut paulo ante cōtigerat principis apostolorum basilicam ultra possent capere inquinare diripere saraceni.

xxxix
Sex portae ciuitatis Leoninae in genere. ⁊ statim particulariter.

Habuitq; ea munitio sex portas etiam nunc extantes. quarum prima ianiculum dimittens ab ecclesia cui subiacet sancti spiritus nomen retinet alia edito in colle fita dicit Pertusa. tertiae cui pallatio pōtificis subiectae a uiridario cōtiguo nūc ē nomen. Leo pōtifex sci pegrini ad cui⁹ ecclesiam itur ea uia appellationē dedit. quartā nūc clausaq; q̄ duceret ad scholā lōgobardoꝝ saxonūq; posterulā appellauit. q̄q̄ eodē noie q̄ntā quoq; sepulcbro

Hadriani imperatoris nunc arci sancti Angeli qua in campos itur subie ctam uocauit. Sexta dicitur porta aenea quae in Hadriani pontem ur bemq; perducit.

xli
Porta triumphalis ubi fuit et territorium triumphale ⁊ pons triūphalis.

Libet autem postquam portas urbis quae aetate nostra extant pro posse descripserimus locum indicare uniuș quam omnium celeberrimam Roma habuit ea est Triumphalis per quam et nullam aliam triumphi agebantur. ⁊ ut rem qua si hominum opera quicquid solidi haberent opor tuerit aeterna claritate fulgere tenebris. in quibus omnino perierat certio re abstrahamus modo quid et ubi fuerit primo dicemus. Deinde testimo nia quibus assertio nostra constet afferemus. Pons cuius pillarum fun damenta nunc ad sancti Spiritus hospitale in Tyberi cernuntur. et por ta ad intimam Tyberis ripam cuius fundamentorum moles extat. et uia ab eo ponte ad Caesaris Obeliscum ad aream que basilicae sancti Pe tri subiectam secundum radices montis Vaticani protensa triumphali nomine appellabantur. nec ulterius ꝙ ad beati Petri basilicam ea uia ꝙ coniiccre potuerim protendebatur. quin mihi constat uiam ipsam nullate nus fuisse largiorem: ꝙ quicquid soli praedictam basilicam aut obeliscum et Apollinis templum adiacebat triumphale appellabatur. De porta au tem quod diximus clare et copiose probat Iosephus in libro septimo de captiuitate iudaica. ubi Vespasiani et Titi imperatorum describit trium phum. Dicit enim ipsos imperatores qui non in palatio maiori sed in isi dis templo nocte quieuerant ad octauianas ambulationes transiuisse ubi eos senatus et bonorati equites praestolabantur. Et cum fauor militaris eosdem meritis ornasset laudibus uotis rite celebratis ad portam recessis se. quae ab eo ꝙ per ullam semper triumphorum pompa duceretur nomen accepit. finisque pompae fuit Capitolini Iouis templum. territorii etiam triumphalis non leue testimonium habet uita beati Petri apostolo; prin cipis a beato hieronymo presbytero ut titulus prefert. siue ut aliqui uo lunt a Damasco papa scripta. ubi dicitur beatum Petrum fuisse sepultum in ecclesia sui nominis quae ad templum Apollinis iuxta territorium tri umphale fuerit aedificata. et constantem retinet famam aetas nostra pon tem de quo diximus nobilium fuisse nec illo unquam ruricolas transiuisse habent etiam incidenter monumenta commutationis factae Kalendis mē sis Augusti siue sextilis a memoria uictoriae Octauiani Caesaris Augu sti de Antonio et Cleopatra ad liberationem beati Petri a carcere et ca thenis herodis. unde festum ipsius beati Petri ad uincula celebramus.
Cineres. C. Caesaris Obeliscо insigni positos qui cernitur in territorio triumphali. Isidis uero templum in sex Ruffi descriptione urbis Ro mae coniicimus fuisse Mineruam inter cuius adhuc durat uocabulum: tunc cognomine Calchidicam. et uiam latam et ambulationes octauianas docet Suetonius Tranquillus in haec uerba. Reliquias suas Mauso leo condiderunt. id opus inter Flamminiam uiā ripamq; tiberis sexto con sulatu suo extruxerat: circūiectasque syluas ⁊ ambulationes in usum popu li iam publicarat. paulocq; supra cum locum Suetonius portae trium

mausolaeum.

phalis meminit ubi quosdam Senatores censuisse dicit augusti funus porta triumphali ducendum. Vespasianus itaque et Titus cum ad Isi dem uia lata quieuissent ad Augusti ambulationes ubi nunc augusta dici tur descenderunt. et inde traiecto tyberi per proximum pontem cuius cer nuntur cossarum fundamenta ad uiam portamque triumphalem ubi nunc est sancti spiritus in saxia hospitale recesserunt.

xlii
hospitale sancti Spiritꝰ quare in Saxia.

Sed iam hospitalis in Saxia cognominationis causam reddituri mul tas loco factas mutationes ostendamus. Bello longobardorum quod ducentis et quattuor annis Italiam afflixisse in Romanorum imperii in clinationis historia ostendimus per Carolum magnum francorum regem finito. Hadrianus primus pontifex romanus Saxones primo et breui post longobardos multitudinem haud nequaquam contemnendam ciui te a romanis donari curauit: quibus gentibus romanis cum non esset ui sum satis tutum intra urbis moenia dare sedem: assignauerunt in uatica no tunc immunito. ut cum pons triumphalis tunc etiam dirutus esset uiae illius aedificia a tiberi ad territorium triumphale continuata habita rent. Innuunt haec et non parua ex parte narrant hadriani ipsius et po stea Leonis quarti pontificis romani gesta. quorum hadrianus longobar dos et Saxones federatos subditosque recipi curasse dicitur. Leonis au tem gestorum narratio habet: Illum appellasse portam mediam muro rum a mole hadriani ad pallatium perductorum quae duceret ad uiam Longobardorum et Saxonum nomine Posterulam. hinc factum est ut celeberrimum illud hospitale ab Innocentio tertio aedificatum a uico Sa xonum in quo aedificatum fuit in Saxia appelletur.

xliii
Quid fuit mons qui in Vaticano.

Implicat uero erroribus multos etiam non indoctos fama per mul tos annos multorumque scriptis continuata fuisse in monte qui arduus supradictum hospitale Vaticani suburbio includitur pallatium Neronis quod quidem falsissimum esse non dubitamus: ostendemusque ubi Nero nis pallatium fuerit. cum ad priuata urbis aedificia uentum erit. Corneli us Tacitus apud quem Neronis gesta particulari narratione habentur dicit illum clausisse in ualle uaticani spacium in quo equos regeret. haud promiscuo spectaculo. et paulo infra addit eundem apud nemus quod na uali stagno circumposuit et struxisse conuenticula et cauponas. Fuit ergo in monte illo Vaticani dei templum. quod supra ab Bugellio descriptum ostendimus.

xliiii
naumachiae ubi fuerit

Nauale autem stagnum siue ut graeco uocabulo appellant Naumachi am fuit secus ipsum montem sub aurei montis radicibus qua ad portam Pertusam itur. et ubi nuper hortos excato limo uidimus inchoatos. unde in multis quae legimus apocrisis magna Vaticani pars naumachia appellatur. et in uita beati Petri de qua diximus etiam habetur eccles am sancti Petri extructam fuisse apud naumachiam pariterque hospi tale quod Leo papa tertius aedificauit e regione ecclesiae sancti andree a Simacho primo papa dedicata. et sanctae Petronile qua templū apolli nis in Obeliscum uergit ad naumachiam appellatum est.

xlv
Locus martirii beati Pe tri apostoli.

Sed iam cum sit uentum ad sanctoꝝ opera de beati petri apostolorum

principis loco martyrii et passionis quae nos opinemur in medium prose
ramus. Nam cum ad therebinthum inter duas metas illum fuisse pas
sum constans sit fama: quis sit is locus omnino ignoraturr nec desinat qui
Janiculum falso ea gloria ornare quaeritant. afferemus autem ad tantam
rem nostro iudicio demonstrandam testimonium q̄ eo maiorem habere
debebit auctoritatem quo ab hostibus fidei sumptum omni adulationis
suspitione carebit. Cornelius Tacitus post narratum incendium illud
mirabile quo Neronis temporibus septem diebus Roma arsit: de cau
sis illius incendii multa disputans haec uerba habet. Sed non ope hu
mana: non largitionibus principis aut Deum placamentis decedebat
infamia quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori
Nero subdidit reos ex exquisitissimis poenis affecit quos per flagitia in
uisos uulgus christianos appellabat: auctor eius nominis christus.
Tyberio imperante per procuratorem Pontium pilatum supplicio affe
ctus erat. repressaq̄ in precis exitialis superstitio rursum erumpebat.
non modo per Judaeam originem eius mali. sed per urbem etiam quo
cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. Igitur
primum correpti qui fatebantur deinde indicio eorum multitudo ingens
haud proinde crimine incendii q̄ odio humani generis coniuncti sunt. et
pereuntibus addita ludibria ut ferarum tergis contecti laniatu canum in
terirent. aut crucibus affixi. aut flammae vi. aut ubi defecisset dies in usu
luminis nocturni uterentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat. et
Circense Ludicrum aedebat habitu aurigae permixtus plebi uel circulo
insistens. Unde quāq̄ aduersus fontes et nouissima exempla meritos ani
maduerteretur miseratio oriebatur tanquam non utilitate publica. sed in
saeuitiam unius absumerentur. Ostendimus autem supra Corneliū scri
psisse. Neronem clausisse in ualle uaticana spacium in quo equos regeret
haud promiscuo spacio. et hoc in loco dicit hortos illius suo spectaculo sup
plicii christianorum obtulisse ac circense ludicrum accidisse.

xlvi
Circus Neronis.

Clausum itaque in ualle Vaticana spacium illud non dubitamus esse
cuius nunc multis in partibus demoliti muros et scilium dimidiatos for
nices per vineas quae Apoli Hadriani subiacent cernuntur. Quāq̄ Pli
nius semp ubi de obelisco qui est in uaticano mentionē facit illum designat
in Cai et Neronis circo positum fuisse.

xlvii
Quando sepulcrum Ha
driani nunc castellum san
cti angeli et pons illi subie
ctus.

Et cum neque ipsa Hadriani moles neque cōiunctus pons tunc essent
quae anno ab inde centesimo Hadriani imperatoris opera fuerunt non im
merito ut mihi uideor crediderim circum Cai et Neronis partem subur
bii qui nunc est uaticani occupasse. et hortos a Circi illius clausura ad Ty
berim pertinuisse.

xlviii
De hortis Neronis.

Quibus in hortis eoque in loco ubi nunc est ecclesia sanctae Mariae in
transtyberina cum multi fuissent torti. occisi. laniatique christiani Petrus
fuit cruci affixus Terebinthum uero arborem quae sicut gummi sui nois
exudat. sic ē bōris appetētissima fuisse ad eā tiberis ripā cui dicta ē eccl'ia
sia ꝓpinqua uerisse crediderim. Quae autē hīt aut picturae aut scripture
de duab⁹ metis inter quas martyriū petri dī fuisse cōmissū nostrā cōfirmat

opinionem. Nam licet hadriani moles metarum una tēporibus Petri et
Neronis sicut ostendimus non fuerit. tamen tenemus illos qui longo post
Petri mortem tempore id factum litteris mandare aut pictura idiotis
ostendere uoluerunt. Signum id metarum quo nullum erat certius ac
cepisse. altera autem moles quam marmoribus spoliatam cernim⁹. utr
Neronis tempore fuerit ignoramus.

Sed iam ad alias Vaticani partes redeamus beati Petri Basilicam
Flauii Constantini imperatoris cui magno cognomentum fuit opus esse
multi scripserunt.

Symachus autem a quo diximus ecclesiam sancti Andree dedicatam
fuisse pallatia episcopalia per annos ferme sexcentos ante Leonis quarti
tempora ad dexteram laeuamque ipsius ecclesiae primus extruxit.

Et honorius primus omnem ipsam basilicam tegulis aeneis cuius
magna pars etiam extat cooperuit: quas tegulas ex Romuli templo in
quod partim mutata: partim aedificata est sanctorum Cosmę et Damia
ni ecclesia imperatoris Phocae consensu accepit.

Et Bonus primus pontifex romanus aream dictae Basilicae cui pa
radyso est appellatio marmoribus etiam extantibus strauit. quae marmo
ra famae inhaerentes crustas fuisse credimus metae illius. quam spoliataꝫ
cuius monumentum fuerit diximus ignorare.

Post Leonem quartum Nicolaus quartus ex gente Ursina pontifex
romanus: palatium episcopale beati Petri auxit. quod ad annum ab in
de circiter centesimum Bonifacius nonus non leui impensa orauit.

Sed ad Leonem quartum iterato reuertamur. Is pontifex magnani
mus cinctam ut diximus muro eam a se Leoninam appellatam ciuitatem
Corsis repleuit. qui saracenorum persecutionem fugientes populariter e
migrauerunt: magnamque suscipiens ipsius et basilicae beati Petri cura
multa fecit quae in hoc annorum uix dum sexcentorum quot in haec tem
pora interceſſerunt spacio inueterata iam omnino corruerant breui ad ni
hilum peruentura: nisi tua beatissime pater eugeni opera factum esset ut
illa nunc letemur cernemur innouata.

Ubi enim Leo donis ecclesiam ornauit: tu illam supellectile sacroruꝫ
ministerio pariter donatam tecto insuper maiori ex parte innouato nouisq̄
sacristiae cameris ex aedificatis reddidisti meliorem: sola una re uideris a
leone superatus q̄ ualuas ille argēteas tu aeneas basilicae dediti: nisi par
uideatur magnificentia pro argenteis nullo exquisitiori artificio factis aene
as posuisse inauratas tantisque iusculptas historiis unionis Graecorum
armenioram. aethiopum. iacobinorum et aliorum populorum tua opera
tuaque impensa ecclesiae conciliatorum ut quadruplo aeris auriq̄ im
pendium merces opificis supera uerit. Quid. q̄ ubi leo Campanariam
turrim quae omnium prima in orbe terrarum fuit. tu aerarii officinam et
proxime portam palatii speciosissimam extruxisti. Strata palatii area
et ipsa quae in urbem ducit uia in multas partes postea urbis diuisa tanti
sunt decoris ut alia ab ea quae multis retro saeculis fuit urbs Roma ui
deatur reddita.

xlix
De ecclesia sancti Petri

I
Symachus papa prim⁹
fecit palariū sancti Petri

li
bonorius primus ecclesiā
sancti petri aeneis coope
ruit.

lii
Bonus primus paradisū
marmore strauit.

liii
Nicolaus quartus de ur
sinis palatium auxit.

liiii
Bonifaci⁹. ix. ornauit

lv
Leo. iiii. ciuitatē leoninā
corsis repleuit.

lvi
Eugeni⁹. uii. ecclesiā san
cti petri supellectile dona
uit. lvii
Idem sacrastiam tectūq̄
innouauit lviii
Idem portas aeneas.
edes castrorum quitium.

lix
Idem aerarii officinam.

lx
Idem aream palatii

lxi
De obeliſco vaticani.

Gentilium quae extent alia Vaticanus ager nulla habet opera praeterq̄ Cai Obeliſcum de quo quia vnicus ex maioribus nunc ſtat plura dicere nequaq̄ abſurdum iudicam⁹. eas lapideas moles nullius Romani opera aut cura fuiſſe excisas conſtat. nam ipſos qui Romae integre corrupti aut fuerint aut nunc cernuntur a Thebis aut aliis aegypti urbibus fuiſſe perductos Plinius Veronenſis Ammianuſq̄ Marcellinus oſtendunt. Hunc autem qui in Vaticano viſitur Plinius in trigeſimo ſexto. tertium ex maioribus qui fuerint aduecti ponit libro ſextodecimo ubi de magnitudine arborum tractat haec habet uerba. Abies admirationis praecipuae uiſa eſt in naui quae ex Aegypto Cai principis iuſſu Obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum quattuorq̄ truncos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit: qua naue nihil admirabilius uiſum in mari certum eſt. Centum uiginti modii lentis pro ſuburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte oſtienſis portus latere laeuio. Ibi nanq̄ demerſa eſt a Claudio principe. Arboris eius craſſitudo quattuor hominum nullas complectentium implebat. Ammianus uero Marcellinus rerum geſtarum libro decimoſeptimo. iocundiſſimam habet Obeliſcis narrationem quamlibet eius urbis inſerere.

lxii
De obeliſcis omnibus

Adminiſtrante adhuc Orpheo praefecturam obeliſcus Romae in circo erectus eſt maximo. ſuper quo nunc quia tempeſtiuum eſt pauca diſcurram. Urbem priſcis ſaeculis conditam ambitioſa moenium ſtructura: et portarum centum quondam aditibus celebrem hecatopylon thebas inſtitutore ex facto cognominauerunt: cuius uocabulo prouintia nunc uſq̄ thebas appellabatur. Hanc inter exordia pandentis ſe late Carthaginis improuiſo excurſu duces oppreſſere pocnorum. Poſteaq̄ reparatam Perſarum rex ille Cambyſes quoad uicerat alieni cupidus. et immanis Aegypto praerupta aggreſſus eſt ut opes exinde raperet inuidendaſq̄ ne Deorum quidem donariis parcens. qui dum inter praedatores turbulenter cōcurrit: laxitate praepeditus indumentorum concidit pronus: ac ſuo met pugione quem aptatuz femori dextro geſtabat: ſubito vi ruinae nudato vulneratus pene letaliter interiiſſet. Longe autem poſtea Cornelius Gallus Octauiano res tenente romanas aegypti procurator exhauſit ciuitatem plurimis interceptis. reuerſuſq̄ cum furtorum accerſiretur: et popularae prouintiae metu nobilitatis acriter indignatae cui negocium ſpectandū deferat imperator ſtricto incubuit ferro. Is ſi recte exiſtimo eſt Gallus poeta quem flens quodammodo in poſtrema buccolicorum parte Virgilius carmine leni decantat. In hac urbe inter labra ingentia: diuerſaſq̄ moles ſigmenta aegyptiorum numinum exprimentes obeliſcos vidimus plures: alioſq̄ iacentes et comminutos quos antiqui reges bello domitis gentib⁹ aut proſperitatibus ſummarum rerum elati montium uenis uel apud extremos orbis incolas perſcrutantes excisos erectos diis ſuperis in religionem dicarunt. Eſt autem Obeliſcus aſperrimus lapis in figuram metae cuiuſdam ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam utq̄ radium imitetur gracileſcens paulatim ſpecie quadrata in uerticem productum anguſtum manu leuigatus artifici.

Forma obeliſci.

lxiii
De obeliſcoꝝ figuris.

Formarum autem innumeras notas Hieroglyphices appellatas:

quas ei undiq̄ uidemus inciſas initialis ſapientiae uetus inſigniuit auctoritas. Volucrum enim ferarumq̄ etiam aliena mundi genera multa ſculpentes ad aeui quoq̄ ſequentes aetates imperatorum uulgatius peruenire memoria promiſſa uel ſoluta regum uota mouſtrabant. Non enim ut nunc litterarum numerus praeſtitus et facilis exprimit quicquid humana mēs concipere poteſt. ita priſci quoq̄ ſcriptitarunt aegyptii: ſed ſingulae litterae ſingulis nominibus ſeruiebant. et uerbis non nunq̄ ſignificabantur integros ſenſus: cuius rei ſcientia in his interim duobus habet exemplum. Per uulturem naturae uocabulum pandunt. quia nullos mares poſſe inter has alites inueniri rationes memorant phiſicae: per quem ſpeciem apis mella conficientes indicant regem moderationi cum iocanditate aculeos quoq̄ innaſci debere his ſignis oſtendentes et ſimilia plura. Octauianus Auguſtus cum obeliſcos duos ab Heliopolitana ciuitate tranſtuliſſet aegyptia. quorum unus in circo maximo alter in campo locatus eſt Martio.

Vultures p naturae uocabulo.
Apis pro rege.

lxiiii
De Obeliſco qui iacet in Circi hortis.

Hunc recens aduectum difficultate magnitudinis territus. nec contractare auſus eſt nec mouere. Biſcant qui ignorant ueterem principem tranſtatis aliquibus hunc intactum ideo praeteriiſſe q̄ Deo ſoli ſpeciali munere dedicatus fixuſq̄ intra ambicioſi templi delubra quae contingi non poterant tanq̄ apex omnium eminebat. Verum Conſtantinus id paruiducēs auulſam hanc molem ſedibus ſuis nihilq̄ committere in religionem recte exiſtimans ſi ablatum uno templo miraculum romae ſacraret. idem in templo mundi totius iacere tam diu perpeſſus eſt dum tranſlationi pararētur utenſilia quo connecto per alueum Nili: proiectoq̄ Alexandriae nauis amplitudinis antehac inuſitatae aedificata eſt ſub trecentis remigibus agitanda. quibus ita prouiſis digreſſoq̄ uita principe memorato urgeris effectus intepuit: tandemq̄ ſero impoſitus naui per maria fluentaq̄ Tyberis uelut pauentis ne quid pene ignotus miſerat Nilus: ipſe parum ſub meatus ſui diſcrimine moenibus alumnis inferret: defertur in uicum Alexandri tertio lapide ſeiunctuz. unde cumulis impoſitus tractuſq̄ leniuſ per boſtienſem portam piſcinamq̄ publicam circo illatus eſt maximo. Sola poſt haec reſtabat erectio: quae vix aut ne vix quidem ſperabatur poſſe compleri. erectiſq̄ ita paulum altis trabibus ut machinaz cerneres nemus funes tuntur uaſti funes et longi ad ſpeciem multiplicium liciorum denſitate nimia ſubtexentes: quibus colligatis mons ipſe effigiatus ſculptilibus elementis paulatimq̄ id per arduum mane protentus diu penſilis hominum milibus tanquam molendinarias rogantibus metas cauea locatur in media: cui ſpera ſuperponitur aenea aureis laminibus nitens: qua confeſtim in ignis diuum contacta deoq̄ ſublata facis imitamentum et figura aereuz itidem auro in bracteas uelut abundanti flamma cādentis. Secutaeq̄ aetates alios tranſtulerunt: quorum unus in uaticano alter in hortis Saluſtii: duo in Auguſti monumento erecti ſunt. De litteris autem hieroglyphicis praeter ea quae ſuperius ſcripta ſunt. Marcellinus item libro uigeſimoſecundo ubi de pyramidibus aegypti tractat infraſcripto dicit modo. Sunt et Syringes ſubterranei quidam et flexuoſi ſeceſſus quos ut fertur periti rituum uetuſtorum aduentare diluuiū praeſcii metuēteſq̄ ne cerimoniarum oblitterarētur memoriae penitus operoſis digeſtos fodi

nis per loca diuersa struxerunt. ⁊ excisis parietibus uolucrum ferarumq; genera multa sculpserunt: ⁊ animalium septies innumeras quas hierographicas litteras appellarunt. Et Cornelius Tacitus sic scribit. Primi per figuras animalium aegyptii sensus mentis effingebant: ⁊ antiquissima monumenta memoriae humana impressa saxis cernuntur. Satis uero iam satis extra uetusta urbis Romae moenia uagati sumus. Ad ipsa priscorum monumenta caeteraq; urbis partes redeundum est.

lxv
De montibus.

Montes in urbe septem numerantur. Capitolinus qui ⁊ Tarpeius. Auentinus. Palatinus. Caelius. Exquilinus. Uiminalis. ⁊ Quirinalis. octauoq; loco Janiculensis postea adnumeratus est.

lxvi
De capitolio.

Capitolinus mons sicut Varro de lingua latina scribit dictus est q̄ hic cum fundamenta aedis Jouis foderentur. caput humanum inuentum dicitur. Hic mons postea Tarpeius dictus a uirgine uestali Tarpeia: quae ibi a Sabinis necata armis ⁊ sepulta: cuius nominis monumentum relictum: q̄ etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt ⁊ ab eo late Saturniā terram. ut etiam Ennius appellat: antiquum oppidum in hac fuisse Saturnia scribitur: et etiam uestigia nunc manent tria: q̄ Saturni Pbanum in faucibus: q̄ Saturnia porta quam Liuius scribit ibi. quam nunc pandanam uocant. Virgilius in octauo. Hinc ad Tarpeiam sedem ⁊ Capitolia ducit Aurea nunc: olim syluestribus horrida dumis. Alia de Capitolio etiam nunc notissima afferre priscorum testimonia superfluum iudicamus.

lxvii
De auentino.

De Auentino sic habet Marcus uarro. auentinū aliquot de causis dicunt. Neuius ab auibus q̄ eo se a tyberi ferrent aues. alii ab rege auētino albano q̄ ibi sit sepultus. alii auentinum ab aduentu hominum q̄ commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Ego maxime puto q̄ ab aduentu. Nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus ita ab urbe aduehebantur ratibus.

lxviii
De Pallatino

Pallatini montis causam uocabuli hāc affert Marcus uarro. Quartae regionis palatium q̄ Pallantes cū euandro uenerunt: qui ⁊ Pallatini ab Origenes ex agro Reatino qui appellatur palatium ibi consederunt. Sed hoc alii ab Pallanta uxore Latini putauerunt. Eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam. Itaq; Neuius Ballatium appellat uirgilius in octauo. arcades has oras genus a pallante profectum: Qui regem Euandrū comites qui signa secuti
lxix
De caelio.
De legere locum ⁊ posuere in montibus urbem: Pallantis proaui de nomine pallanteum.

lxx
De exquiliis.

De Caelio mōte sic habetur apud uarronē: Caeli? mons a caelio uibienno Thusco duce nobili qui cum sua manu dicitur Remulo uenisse auxilio contra Latinum regem. Exquilini montis q̄ omniū sit maximus longam ponit. M. uarro nominis expositionem. ⁊ quae multas habeat partes nominum etiam ipsius uarronis aetate obscuratorum nequa q̄ intelligibiles. quae autem ad rem nostram faciant: sunt haec. Secūdae regionis exquiliae alii eas scripserunt ab excubiis regis dictas. alii ab eo q̄ excultae a rege Tullo essent. Et infra exqliae duos mōtes habiti. Seqē rō fit de duob? quos ob quitatē colles nō mōtes appellat in haec ẏba. Triae regiōis colles q̄nq; ab deop pbāis appellati. e q̄ nobiles duo colles uimiał

ab Joue uimineo cuius ubi arcae sunt. Collis quirinalis a Quirini pbano sunt qui a quiritibus qui cum Tatio curribus uenerunt romam q̄ ibi habuerunt castra.

lxxii
De urbe primum a romulo aedificata.

Ontiū nōibus explicatis urbē p̄mā a romulo cōditā ne multis post hāc narratiōib? officiat ei? ignoratio indicem?. Eā Capitolinā siue Tarpeiū ⁊ pallatinū auētinūq; mōtes solū. Cur is q̄s intercedere uidemus cum uallibus comprahendūre hinc constat. q̄ omnes alios quinq; montes ⁊ colles additos Titus Liuius ostendit. Sunt enim illius de Tullii hostilii rebus gestis haec uerba libro primo. Roma interim crescit Albae ruinis duplicatur ciuium numerus. Caelius additur urbi mons. et quo frequentius habitaretur eam sedem Tullius regiae capit ibiq; habitauit. Secundus nouae urbi additus mons fuit Janiculensis. Liuius in Anci Marci gestis rebus. Janiculum quoq; adiectum non inopia loci sed ne quom ea arua hostium essent. Alii tres postea simul a Seruio regi additi. Liuius item primo. Urbs quoq; amplificanda uisa est. Addidit duos colles Quirinalem Uiminalemq; inde deinceps auget exquilias inhabitat: ipse ut loci dignitas fieret habitat: aggere ⁊ fossis ⁊ muro circundat urbem. Sed Cornelius Tacitus aliter de urbis primae ambitu sentire uidetur: cuius sunt haec uerba. A foro Boario ubi aereum taurum aspicimus. quia id genus animalium aratro subditur. sulcus designandi oppidi coeptus ut magnam Herculis aram amplecteretur. inde certis spaciis interiecti lapides per ima montis Pallatini ad aram Consucii mox ad curias ueteres tamen ad sacellum larem forumq; romanum. ⁊ Capitolium non a romulo sed a Tito Tacio additum. Progressuri ad eam inquam tendimus aedificiorum locorumq; urbis descriptionem. qui nunc sint octo montes. quidq; integrum habeāt uel demolitum aut uetustum aut nouum ostendere pergamus. Sic enim fiet ut postea in cluis ⁊ conuallibus ac caeteris urbis partibus quae reliqua sunt facile ostendamus.

lxxiii
Quid habuerit habeat ue Capitolium.

Pudet uero pigetq; a Capitolio incipientem eius deformitatem referre. Is etenim mons quem Deorum domicilium Marcus Cicero cum saepe alias tum maxime in oratione ad Quirites habita pridie q̄ iret in exilium appellat. Et Virgilius. Aureum dicit qualis etiam anno post functos uita Ciceronem ⁊ Virgilium trecentesimo fuerit Ammianus Marcellinus in Constantis filii Flauii Constantini magni gestis rebus ostendit Constans enim ex Constantinopoli in qua natus ⁊ educatus erat. tūc primum romam ueniens ipsa urbe inspecta obstupuit. Suntq; de illo haec ammiani uerba libro decimoterto. Deinde intra septem montium culmina per acclinitates planiciemq; posita urbis membra collustrans ⁊ suburbana. quicquid erat primum eminere inter alia cūcta spectabat. Jouis tarpei delubra quantum terrenis diuina praecellunt. Et infra idem ammian? libro uigesimosecundo describens aegypti mirabilia sic habet. His accendunt altis suffulta fastidiis templa. inter quae eminet Serapeum. quod licet minuatur eclitate uerborum. atriis tamen columnaribus amplissimis. ⁊ spirantibus signorum figmentis ⁊ reliqua operum multitudine ita est exornatum. ut post Capitolium quo se uenerabilis roma in aeternum attollit. nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. Eandem

imitatus sententiam Doctissimus optimusq; uir Cassiodorus in edicto Theodorici primi astrologoꝝ regis ꝓ quod formas aquaꝝ urbis Romae iussit reparari: haec habet uerba. Traiani fori uel sub assiduitate uidere miraculū est capitolia celsa conscendere: hoc est humana ingenia supata uidere Nunc uero praeter latericiam domum a Bonifacio nono ruinis superaedificatam qualem mediocris olim fastidisset romanus ciuis usibus Senatoris ⁊ cauſidicoꝝ deputatam praeter aras celi fratꝝ beati Frācisci ecclesiā in feretrii Iouis templi fundamentis extructam. nihil habet is capitolinus tarpeiusue mons tantis olim aedificiis exornatus. Quae autem Capitolium habuerit loca superfluum scribere iudicamus. Nam cum fuerit rei diuinae in primis deputatus aras. sacella. delubra. aedes. ⁊ templa habuit supra sexaginta: quorum nomina si operi nostro expedire existimaremus ex maiorum scriptis facile fuerit recensere. Et ne uulgi imperitorumq; cōtendentium eam fuisse nobilium imperatorumq; ⁊ senatus habitationem opinioni sine testimonio aduersemur: Valerii maximi libro sexto sumpta afferamus. M. Manlius unde Gallos depulerat inde ipse praecipitatus est: quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus est: cuius iustae ultionis nimirum haec praefatio fuit. Manlius eras cum mihi praecipites agebas Senones. Postq̄ imitari coepisti unus factus es ex senonibus. Huius supplicio aeternae memoriae nota inserta est. Propter enim illud lege sancitum est: ne quis patritius in arce aut capitolio habitaret: quia domum eo loci habuerat ubi nunc aedem monetae videmus. Sed de sacris locis quae is habuerit mons uel pauca dixisse nunc magis apparentis satis erit. Celeberrimū ea in arce Iouis optimi maximiq; templū ad eam situm fuit partem ubi nunc dicitur Saluator in maximis. Et templum Iani custodis capitolinae arcis fuit ubi nunc est facinorosorum custodiae ⁊ carceris locus: quam cancellariam appellant. Fuit etiam celebris famae in capitolio ⁊ ipsi tarpeiae rupi proxima Junonis monetae aedes: de qua Liuius libro septimo sic habet. Dictator aedem Junoni monetae uouit cuius damnatus uoti cum uictor Romam reuertisset dictatura se abdicauit. Senatus duos uiros ad eam aedem pro amplitudine rei publicae faciendam creari iussit. locum in arce destinatus quae area aedium. M. Manlii capitolini fuerat. Aedes autem Manlii fuisse ad saxum rupis tarpeiae supra ostendimus: ⁊ Virgilius indicat. In summo custos tarpeiae Manlius arcis. Magna est etiam cluii capitolini per quem publicus eēt in arcem ascensus nostrorum hominum inquisitio. Is uero ubi fuerit docet Liuius in sexto belli macedonici. Consules transfugas numidarum qui tum in auentino ad mille et ducenti erant media urbe transire exquilia iusserunt: nullos aptiores intra conualles tectaq; boitorum ⁊ sepulchra ⁊ cauas undiq; uias ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce capitolii qui cluo publico in equis decurrentes quidam uidissent: captū auentinum inclamauerunt. Itaq; hinc constare dicimus cluium capitolinum publicum fuisse ad eam arcis partem quae uersa in auentinum nunc ecclesiam sancti Georgii ad uellum aureum e regione respicit.

lxxiiii
De sacris locis Capitolii.

Iouis op. max. q̄ tēplū.

Iani templum.

Junonis monetae aedes

lxxv
De Auentino.

De Auentino pauciora ⁊ incertiora dicere possumus: multa is mons habuit aedificia quoruꝝ notiora fuerunt quae Liuius in libro primo dicit primam in Auentino

herculi ab Euandro positam. Et Junonis templum quod iuxta Liuium libro secundo belli punici secundi. Camillus Deae illius simulacro quia interrogata uellet ne romam ire uelle respondit a Veis romam perducto dedicauit. Aedesq; ab eodem Camillo post actum triumphum Matutae matri dedicata fuerunt in eodem in monte templa Dianae ⁊ Mineruae. Item Lucinae de quo Ouidius in fastis. Luna reget menses: huius quoq; tempora mensis Sciuit Auentino luna colenda iugo. Fuit ⁊ fons de quo bibebant Faunus ⁊ Picus satyri. ⁊ Numma Popilius uinum posuit satyrosq; inebriauit. Unde Ouidius. Lucus auentino suberat niger ilicis umbra: Quo posses uiso dicere numen inest. In medio gramen muscoꝝ adoperta uirenti Manabat saxo uena perennis aquae. Fuit ⁊ maioris famae spelunca Laci quae nūc uisitur supra ecclesiam sanctae Mariae in schola graeca qua auentinus spectat in montem Pallatinum. De qua re sic habet Virgilius in octauo. Hic spelunca fuit uasto summota recessu Semihominis Caci. ⁊ infra: Alcides aderat taurosq; hac uiator agebat Ingentes uallemque boues amnemque tenebant. At furiis Laci mens effera. ⁊ infra: Reddidit ima boum uocem uastoque sub antro Mugiit et Laci spem custodita fefellit. ⁊ infra: At specus ⁊ Caci detecta apparuit ingēs regia. Ouidius in fastis: Cacus auentinae timor atq; infamia syluae Fuit etiam in auentino sicut Plinius in naturalis historiae decimosexto scribit Laurentium sylua Joui sacrata in qua Valentinianus secūdus Cōstantini comitis ⁊ Gallae Placidiae filius fuit interfectus. Fuit quoque aedes libertatis quam Gracchus sicut habet Liuius de secundo bello punico ex mulcratitia pecunia faciendam curauit. horum omnium multoꝝq; aedificiorum et locorum a maioribus scripto celebratorum que facillimum fuit commemorare: nullum penitus extat uestigium. sed quod maiori nobis est miraculo Aquarum Claudiae ⁊ Martiae ductus qui stupendo opere in illum montem fuerant perducti parua ac nulla penē in parte cernuntur. Julius Frontinus libro secundo de aquae ductibus haec habet uerba Et sedula deinde partitione distributa regionibus quibus singulae seruiebant aquae plures darentur tanq̄ Celio ⁊ auentino in quos sola claudia per arcus neronianos ducebatur. quo fiebat: ut quotiens defectio aliqua interuenisset celeberrimi colles sitirent: quibus nunc plures aquae ⁊ in primis martia reddita ampliore opere usq; in auentinum perducitur. De eadem aquae Claudiae forma Cassiodorus ubi Theodoricus iubet collabentes aquae ductus instaurari scribit. Quis posset sermonibus idoneis talia explicare. claudiam aquam per tantam fastigii molem sic in auentini caput esse perductam. ut cum ibi ex alto lapsa ceciderit cacumen illud excelsum quasi unam uallē rigare uideatur. Habet uero nūc is mons monasterium sanctae Sabinae quod Sixti tertii pape temporibus quidam Petr? episcopus ab illyrico ueniens propria impensa aedificari curauit. habet et aliud sancti Bonifacii monasterium quae duo monasteria sunt aedificioruꝝ sumptuositate ornamentisq; etiam nostra aetate conspicua. Reliq? mons aut ruinis aut uineis est praeter ⁊ sancti Alexii xenobium quod inibi uetustissimum conspicitur contectus est.

Junonis templum.

matuta mater.

Dianae. mineruae ⁊ Lucinae templa.

Fons Fauni et Pici.

Caci spelunca.

Laurentum sylua.

aedes libertatis.

Claudiae ⁊ martiae ductꝰ aquarum.

monasteriū. s. Sabinae.

monasteriū. s. Bonifacii.

S. Alexii xenobium.

lxxvii
Quid Pallatinus hūit.

Multo autem pauciora habet integra Pallatinus mons q̄ Capito

Sancti nicolai ecclesia.

linus aut auentinus. Nam̃ praeter sancti Nicolai ecclesiam a Calisto papa aedificatam quae etiam male integra cernitur: nullum is celeberrimus mons habet aedificium. Qualis autem et quanta olim fuerit ea aedificiorum moles indicant ruinae inter caeteras urbis conspiciendae. Hūc montem incoluisse et postea communiisse Euandrum testis est Liuius in primo. Sed cum reges primo deinde consules et postea imperatores maiori ex parte eam habuerunt certam sedem: quis tanta aedificia auxerit nullus scribit. quod quidem nulla alia ratione factum crediderim: q̄ q̄ unusq̄sq̄ nulla insigni constructione facta particulas addidit: quas scriptores ut parum dignas mandare litteris omiserunt. Habet autem Liuius libro tertio. Aedes Uani ducis quondam in pallatio fuisse quae Uani prata dirupto aedificio publicatoq̄ appellata fuerint. Et in bello macedonico Marcus Junius Brutus aedem magnae matris deum in pallatino dedicauit. ⁊ ludos ob eam dedicationem factos megalensia appellatos. Suetonius autem Caesarem templum Apollinis in pallatio extruxisse. Et Liuius in octauo de bello secundo punico Matrem magnam deum a graecia auectam in aedem uictoriae quae est in pallatino perduxere. Et Heli⁹ Lampridius scribit Uarium heliogabalum imperatorem consecrasse in pallatino monte ibiq̄ templum fecisse. Ipsum uero montem qui sicut supra ex Uarrone ostendimus triplicem habuit nominis causam Ballatium nunc posse appellari uidemus: q̄ ubicūq̄ uon impediunt magnae molis ruinae aut ubi uincta excelsis in fornicibus pensilia non occuparint totus ager pascuus non ouibus magis q̄ caballis bubalis ⁊ capris est factus. Qua ex re aliquando in uarias cogitationes uenimus quid de caetera liceat Roma suspicari cum tres illos montes qui primi ⁊ soli in prima urbe ab Romulo compraehensi fuerint. Nunc si absint ruinae uidemus pene ad eam deductos aedificiorum nuditatem: qua Roma nondum condita habuerunt.

aedes Uani ducis.

aedes magnae matris.
magalesia ludi.
apollinis templum
aedes victoriae.

Locus Palladii.

Fuit autem in ea parte pallatii quam septentriones uersus in triumphalē Flauii Constantini imperatoris arcum uergentem uidemus locus Palladii cuius insignes extant ruinae binas habentes pene integras ex marmore portas facile supantes aedificii pulchritudine caeteras omnes quae uetusti ac noui operis Roma nunc habet: Eoq̄ in murorum ambitu quae nunc uulgo pallarum corrupte pro Palladium appellant: ecclesiam concluditur sancti Andreae de pallara: in qua quidem parua sed ornata sepulcrum est Joannis papae eius nominis octaui. Caeteras Palladii partes alto circundatos muro uinea implet praedium summi uiri Dominici Capranicensis tituli sanctae crucis sanctae romanae ecclesiae presbyteri cardinalis. quem litteris ornatissimū: prudentia ⁊ consilio altitudo haud q̄q̄ minus q̄ cardinalatus dignitas celebrem reddunt. Id Palladii uerbum quid sibi uellit exponendum uidetur. Palladem poetae dicunt Jouis fuisse filiam sine matre: ita ut cum uideret Juppiter uxorem Junonem esse sterilem percusso sibi capite Palladem armatam emiserit. Unde Lucan⁹ libro nono. hanc ⁊ Pallas amat patrioq̄ uertice nata est. Et Ouidius fastorum tertio. An quia de capitis fertur sine marre paterni Uertice cum clypeo prosiluisse suo. hanc eandem Licero de natura deorum libro inuentricem ac principem belli fuisse dixit. ob quod a nonnullis bellona uocata ē

Ecclesia sancti andreae de pallara.

Palladium quid sit.

Bellona.

soror scilicet et auriga martis dicente Statio Regit atra iugales Sanguinea Bellona manu longaque fatigat cuspide: Nanq̄ torua oculis ⁊ armis insignis: ferre longam hastam cum cristallino clypeo ⁊ pictum habere peplū a poetis dicitur. quin et uirgo fingitur ⁊ innupta. ut Uirgilius aeneidos secundo. Pars stupet innupte donum exitiale Mineruae. Sed cum uirgini palladi pallas gigas Titani filius deorum immitissimus. ⁊ sicut Cicero uult eius pater uim inferre attentaret cum illa peremit. a quo ut quidam asserunt pallas ⁊ ipsa uocata est. Nam eadem primo Tritonia uocabat quia primitus circa Tritonis palludem conspecta fuit. Alii autem uolunt pallas uerbum a graeco quod uibro latine interpretetur. hinc dictum q̄ hastam uibrare consueuerit atque docuerit. Fuit etiam cognominata Minerua quasi uim minetur. sicut apud Ciceronem libro secūdo de natura deorum interpretatus est Balbus. uel ut quidam uolunt quia sit minuens neruos eo q̄ qui optimis artibus uerum laborem impendunt uires corporis minuere uidentur. Nam ipsa eadem Sapientiae dea ⁊ omnium artium inuētrix dicitur. eo q̄ teste Seruio super secundam uirgilii aeglogam de capite Jouis nata est. ⁊ Ouidius fastorum tertio uult lanifices fullones textores ⁊ alios artifices illi sacrificium facere bis uersibus. Hāc cole qui laesis maculas de uestibus aufers. hanc cole uelleribus quisquis abena paras. Idez libro de fine titulo. Artifices in te uerte minerua manus. Uirgilius in tertia aegloga. pallas quas condidit artes ipsa colat. Eius templum apud milesios teste herodoto libro historiarum primo. Admirandum fuit q̄ ab alia te igne consumptum est. et apud illos pallas assisia dicebatur. a pallade palladium est dictum quod fuit in urbe troiana antiquissimum palladis signū e ligno mouens oculos. et hastam sicut dixit Seruius super aeneidos secūdum. Nam cum apud Troiam in honorem palladis arx est in eius summo templum illi aedificaretur e caelo cecidit et locum sibi in eo templo statuit nondum cooperta aede: moxque ab apolline datum fuit oraculum eius ciuitatis futurum exitium si id simulacrum extra moenia portaret. quod Ouidius libro sexto fastorum eloquentissime persecutus est. unde cum tempore belli Troiani ylixes et diomedes cuniculis in arcem pene trassent occisis custodibus simulacrum abstulerunt. hoc cum postea teste Seruio Diomedes haberet oraculo monitus troianis restituere uoluit. Et transeunti ad Italiam Aeneae offerre conatus est. Quem cum sacrificantem uellato capite comperisset ne sacrificii ordinem peruerteret accepit Palladium nautes quidam. unde Mineruae sacra non Julia gens habuit: sed nautorum. Hinc Uirgilius libro quinto ait. Unum tritonia pallas quem docuit. Seruius autem grammaticus dicit quosdam scripsisse palladium a troianis tempore belli Mitridatici compertum. Et a. B. Fimbria Romam delatum q̄ ab unica tantum sacerdote custodiri consuetum fuit. Unde Lucanus Troianam soli cui fas uidisse mineruam. Palladium autem Romae in aede uestae fuisse ostendit Plinius libro septimo naturalis historiae. Qui cum laudes summas. L. Metelli suam iudicantes foelicitatem enarrasset. quae nulli alii post Romam conditam contigerūt. subdit. haec omnia abunde uno casu confutari possunt. quoniam bis metellus orbam luminibus exegit senectam amissis incendio cum palladium raperet

Pallas
Tritonia
minerua

Templum palladis igne consumptum ab Aliate
Palla assisia

ex aede ueste memorabili causa sed euentu misero. Quo fit ut infoelix quidem dici non debeat: foelix tamen esse non possit. & infra. Tribuit ei romanus populus q nulli alii abscondito aeuo ut quotiens in senatum iret curru ueheretur ad curiam magnum ei et sublime sed pro oculis datum. De eodem Metello intellexit Iuuenalis in Satyra. Da testem Romae tam sanctum q̄ fuit hospes Numinis idaei: Procedat uel Numa uel qui seruauit trepidam flagranti ex aede Mineruam: Nam hospes numinis idaei Scipio nasica fuit. quem Plinius septimo naturalis historiae. et nepos eius de uiris illustribus Cum adolescens esset omnium romanorum uirum optimum Senatus et populi iudicio laudatum fuisse scribunt. quare Idaeam matrem Pessimunte uenientem nonmodo in urbem uerum a mari in pallatium detulit. Numam uero quem Liuius libro primo ab urbe condita. secundum fuisse romanorum regem e curibus Sabinis natum Pompilii filium suo sacculo iusticia et religione clarissimam ostēdit Ouidius metamorphoseos secundo. Destinat imperio clarum praenuncia ueri Fama Numam Tertius itaque quem Iuuenalis dicit seruasse palladium ex igne fuit Metellus de quo Iuuenalis in Satyra: Credo pudicitiam. Dicite uos neptes lepidi caeciue Metelli: scilicet caecati cum ex flagranti aede seruaret palladium. Quod celeberrimo postea in pallatii magni loco positum fuit. cuius ruinas ut diximus conspicuas familia Capranicensis aetate nostra possidet. Sed ut unde supra digressi sumus reuertamur quāquā magna sit admirabilisque mutatio. quā pallatino auentino capitolinoque montibus romam fecisse diximus: multas tamen maioresque tum circa hominum uirtutem ac mores. tum circa publicam priuatamque gubernationes mutationes fecit. quas nec huius temporis nec propositi omittemus. Similium autem montium nuditati est singulis in partibus romae quam nūc habemus nimia operantium solicitudo. cuius oppositum perpulchre Iuuenalis in roma sui temporis ostendit his uersibus. Occurrit qui marmora donat Conferat impensis hic nuda & candida signa. hic aliquid praeclarū cuphranoris et polycleti Fecasianorum uetera ornamenta maiorum. et infra. Inde caput morbi rhedarum transitus arcto uiarum inflexu et stantis conuitia mandrae: eripiunt somnum druso vitulisque marinis. Item infra Scinduntur tunicae sartae modo longa coruscat Sarraco ueniente abies atque altera pinum plaustra uehunt: nutant alte populoque minantur. Nā si procubuit qui saxa ligustica portat Axis ut euersam fundit super agmina montem. Quid supereſt de corporibus. quis membra. quis ossa inuenit. obtritum uulgi perit omne cadauer.

xxxii
Quid mons Caelius habuit & nunc habeat. Curia hostilia

De monte Caelio scribit Liuius libro primo. Caelius additur urbi mons et quo frequentior habitaretur eam sedem Tullius hostilius regiae capit ibique habitat. & infra curiam fecit quae hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est. & adhuc infra Albanos eum incoluisse montem. Suetonius uero scribit Uespasianum imperatorem templum diui claudii in monte caelio aedificasse. & Julius Capitolinus in rebus gestis Tetrici tyranni: Tetricorum domus fuit in monte Caelio contra Lisiz Metellinum. habent etiam marci Ciceronis officia libro tertio. ubi uitia in uendendis praediis indicanda ne sint disputat. Cum in arce augurium

xxxiii
Tetricorum domus.

augures acturi essent: iussissentque. T. Claudium centimanum qui aedes in Caelio monte habebat demoliri eas quarum altitudo officeret auspiciis emit Calpburnius Lanarius. Fuerunt quoque eo in mōte Fauni Veneris & Turpitudinis aliorumq deorum aedes araе et templa. Et urbis descriptio quam Sexti Ruffi fuisse diximus credere. Multa ponit publica in eo monte aedificia Macellum magnum. Lupanarios. Antrū Tiropis. Cohortes quinq uigilum. Castra peregrina. Spoliarium & armentarium. De quibus quid habeamus compertum in posterioribus dicemus.

Calpburnius Lanarius Fauni Veneris Turpitudinis aedes.

Nunc uero nostris christiani ritus ecclesiis mons ipse in primis est ornatus. Nam ea in parte ad quam in pallatinum montem uergens clivum Scauri habet: hinc monasterium est beati Gregorii in paternis aedibus ab eodem aedificatum. Inde est sanctorum Joannis et Pauli ecclesia. cuius superbi olim aedificii pallatio quod ex romanis pontificibus inhabitauerint nonnulli. & nunc pene funditus diruto continent curiae hostiliae fūdamenta.

lxxvili
De ecclesiis quas nūc habet mons Caelius.

Medio autem in eius montis dorso binae aquae ductus formae superbissimi sumptuosissimique operis etiam nunc extant. quarum unam cubitales litterae Caracalae Antonini quam in Capitolium perduxit Alteram a Claudio in auentinum perductam tituli eius imperatoris marmorea in eisi tabula quae iuxta latera nense xenodochium cernitur fuisse ostendunt. Quanquā ueteres illas fuisse credimus formas a Claudio Antonioque instauratas.

lxxix
De forma antoniana.

Claudiam uero cum maiori ex parte corruisset: Hadrianus papa eius nominis primus anno nunc sexcentesimo uigesimo instaurauit.

lxxx
Adrianus papa primus Claudiam formam.

Sunt ad ipsas formas extructas hospitale quod dicitur Saluatoris. & ecclesia sanctae Mariae in dominica: breui ut apparet ruitura. Altera q̄q ecclesia sancti Stephani rotunda de ipso monte Caelio cognomen habens: quam tecto nunc carentem marmoreis columnis et crustatis uarii coloris marmore parietibus musinoque opere inter primas urbis ecclesias ornatissimam fuisse iudicamus. eaq̄ in Fauni aede prius fundata fuit. Simplicius primus papa aut extruxit. aut q magis credimus exornauit

lxxxi
Hospitale saluatoris. ecclesia sanctae Mariae. ecclesia sancti Stephani.

Cernitur nunc integra ad eius montis sinistram sanctorum quattuor coronatorum ecclesia: quam Honorius primus papa romanus in castris peregrinis a fundamentis extruxit. Sed cum postea ad annum christi octuagesimumquintum supra millesimum ab Henrico secundo Imperatore theotonico destructa fuisset: Paschalis secundus papa eam instauratq̄ pallatio quod nunc cernitur insigni decorauit. Et sancti Erasmi monasterium quod in forma antoniana cernitur Adeodati primi pape opus fuit.

lxxxii
Ecclesia sanctorum quattuor coronatorum

Proximum noui operis in monte Caelio est xenodochium Lateranense quod romanorum ciuium cura impensaque aedificatum hospitalitatem seruat.

lxxxiiii
hospitale magnū lateranēse

Uentum est ad uenerabilem ecclesiam Lateranensem capitum apostolorum quae seruat caeteraq̄ sanctimonia et basilicae aediumq̄ superbissimarum structura toto orbe celeberrimam: Ipsa aedes q̄a Flauio Constantino data fuit beato Syluestro pontifici Constantiniana basilica est ap

lxxxiiii
De ecclesia lateranensi

pellata. ideo lateranensis quoque dicta q̄ lateranensium nobilissimae gentis illa fuerint pallatia. Julius namq; Capitolinus de Marco antonio audio dicit. Educat⁹ est in eo loco in quo natus in domo aui sui iuxta aedes Laterani. ⁊ beatus Hieronymus ad Marcellam. Quis credat mulierem nobilem ⁊ potentem in domibus laterani qui neroniano truncatus est gladio publice poenitentiam egisse: Credimusque illum fuisse. de quo Cornelius Tacitus in haec uerba scribit. Suelio Lacsonio ⁊ Plaucio latera no mors remittitur. et paulo infra. proximam necem Plancii Laterani consulis designati Nero adiungit: adeo propere ut non amplecti liberos non illud breue more arbitrium permitteret. Ea sicut Romanorum pontificum primaria est sedes: sic ab eorum plurimis olim habitata fuit. Nuper uero pallatia tanto principatu dignissima quibus circundata fuit basilica maiori ex parte corruerant breui nullum alicubi passura habitatorem.

lxxxv
Eugeni⁹. iiii. palatium lateranense instaurauit.

Sed tu eugeni beatissime pater aulae uestigia primum. deinde alias circa particulas magno instauratas impendio perficere pergis.

lxxxvi
Idem monasterium aedificauit sumptuosissimum.

Monasteriumque magni ac ut in aetate nostra insani operis addidisti: cuius fundamenta cum in vineis altius effoderentur quanta ibi olim fuerit operum magnificentia ostenderunt. quandoquidem octenos denosque pedes sub vinea et borto defossa tellus aperuit fornices cameras pauimenta. et iacentes diuersi coloris columnae: exestasque marmore tabulas ingenio sique operis statuas et alia quae nō modo aetate nostra. sed multis ante saeculis excitata caeteris in Italiae urbibus supant aedificia.

lxxxvii
Amphitheatrum Statilii tauri.

Visitur quoque in Caelio monte portam inter nunc dictam maiorem quam diximus olim fuisse Neuiam et amphitheatrum semi dirutum quod Statilii Thauri maiores appellauerunt Sanctae Crucis in hierusalem

lxxxviii
ecclesia. s. Crucis.

ecclesia Helenae Constantini Flauii genitricis opus. coniunctumque est monasterium quod carthusiensibus nunc incolitur. Nam ecclesiam in pallatio Sosoriano aedificatam scribit in romanorum pontificum rebus gestis Petrus Lateranensis ecclesiae bibliothecarius et alios scriptores affirmare uidemus Veneris et Cupidinis templa simul eo in loco fuisse coniuncta.

lxxxix
Carthusienses.

Exquiliarum deinceps aedificia inuestigemus. Exquilias esse montes duos ex marco Varrone ostendimus. celebrior tamen pars fuit quae a foro Traiani ⁊ turribus quas nunc comitum et militiae appellamus incipiens per montem cui caballo nunc est appellatio ad thermas Dioclitiani protenditur: desinit ad portam olim exquilinam nūc sancti Laurentii aut taurinam. Ab Dioclitiani uero thermis continuat altera exquiliarum pars per montem qui nunc habet celeberrimam sanctae mariae maioris basilicam protenditur per sancti antonii. sanctae Praxedis. sancti Viti in macello. sancti eusebii ecclesiarum fines ad ipsa. L. marii trophea quousq; Lauicanam offendit uiam quae ab amphitheatro siue ut nunc dicitur colosseo incipiens. et ad sanctorum quadraginta martyrum: clementisque ac Petri et marcellini ecclesia s continuans priusq; Neuiam olim uūc maiorem attingat portam: caelium montem dirimit ab ipsis exquiliis. Nec tamen mons qui secundum eam uiam hinc ad sanctorū quadraginta mar

xc
Quid i exquiliis fuit sitq; ad praesens.

tyrum ⁊ Clementis inde ad uincula Petri ⁊ Martini in montibus perducitur. Ad. C. Marii tropboea in exquiliarum parte admiratus est. sed primum habuit Carinarum nomen. Esset nobis nūc institutum supra morem secuturus quid exquiliae uel uetusti uel noui operis aedificiorum habeant explicandum. Sed q̄ nonnullos fore non ambigimus qui aliam exquiliarum designationis q̄ nostram auctoritatem exquirant. Duos qui sūt ex uniuersa urbe reliqui colles ostendimus certa quorū descriptio certissimas ostendet exquilias. Vidim⁹ a Marco Varrone ⁊ Tito Liuio Capitolium Auentinum Pallatinum Caelium ⁊ Janiculum montes partim in primā urbem conclusos partim a regibus additos. Scribit uero Liuius libro primo Seruium regem cum amplificandae urbi animum adiecisset: addidisse duos colles Quirinalem Viminalemq;. Inde deinceps auxisse exquilias: ibiq; ipsum ut loco dignitas fieret habitasse. aggere fossis ⁊ muro circundedisse urbem.

xci
Quirinalis ⁊ Viminalis quid habuerint aut nunc habeant.

Cum ergo Quirinalem collem satis supra ostenderimus illum esse qui a porta Flumentana: nunc populi ad Collinam usq; nunc Salariam pertinet: constare est necesse Viminalem qui simul cum illo urbi additi fuit cō iunctum fuisse. Et sic collis qui post sanctam Susannam secūdum hortos Salustii protenditur. Et viminalis fuit et portae in quam desinebat nunc partim dīnae partim sanctae Agnetis partim Aumentanae uiminalem dicit appellationem: Consequensq; ⁊ necessarius fiet ut postq̄ Seruius quirinali ⁊ viminali addito deinceps auxit: exquilias coepit biffurcatum qui ad Caelium interiacebat montem. nec illi alii q̄ duo exquiliarum montes esse ullatenus potuerunt.

xcii
Quid Suburra. moñ. s. Laurentii.

Interiacentes uero biffurcatas sicut diximus exquilias monticulus in cuius parte sancti Laurentii in panis pna monasterium uisitur Suburrae uocabulo compraehensus fuit.

xciii
Mōtes quare secerni nō possunt.

Nec uero nos fugit descriptos supra montes adeo inter se alicubi continuatos ut nec ab intentius inspiciente nunc eorum diuisio secerni nec satis intelligi possit. Quāobrem uelim mecum peritiores considerent tales eius modi continuationis montium causas fuisse. a quibus urbem Romam supra illorum qui ipsas ignorant causas fidem obstupendam admirabilemq; fuisse. Primum quia Quirinalem collem ad portam usq; olim flumenta nam uel flammineam quae nunc populi dicitur protēdi diximus. Nos ita corrigimus ut collis quem Quirites appellari quirinalem fecerunt tumulum fateamur a Tarquino Prisco additum de quo Plinius libro tertio describens inquit.

xciiii
Quid ager Tarquinii.

Clauditur Roma ab oriente aggere Tarquini Superbi inter prima opera mirabilia. Hanc uis muris aequauit qua maxime patebat aditu plano. estq; is tumulus quem monasterio nunc sanctae Mariae in populo supeminentem ad Pinciani usq; pallatii fundamenta protendi uidemus. Quē admodum uero Quirinali iugo qui omnium urbis montium parte una caput erat. agger ille mirabili ac insano opere est additus: ita conualles riuiq; quibus alii dirimebantur montes iactis fornicibus sunt aequati. ⁊ nedum riuis ipsis ⁊ depressis locis superimpositi sunt amplissimi fornices amplioribus postea aedificiis onerati. sed ipsis etiam montiū uisceribus excauatis

lxxxv
Urbs Pensilis.

perfossisq; tota pene urbs Pensilis est facta.

Sant enim Liuii secundo ab urbe condita libro haec uerba. Tarquinius foros in circo faciendo & cloacã quae maxima receptaculum purgamentorum omnium urbis sub terram agendam: quibus operibus uix noua haec magnificentia quicq; adaequare potuit. Et Plinius libro tricesimoserto. Praeterea cloacas operum omnium ductu maximum suffossis montibus atque ut paulo ante rettulimus, urbe Pensili subtusque nauigata. Id Marcus Agrippa fecit in aedilitate post consulatum corriuatis septem amnibus cursu praecipiti torrentum modo radere atque auferre omnia coactis.

lxxxvi
Quid in exquiliis quirinali uiminali carinis & suburra fuerunt: sintq; nũc.

Ed iam montis exquiliarum quirinalis & viminalis collium ac carinarum & suburrae monticulorum uetusta ac noua describemus aedificia: futurum confisi ut pridem nobis sicut et multis esse uidemus obscuram clarissimorum olim locorum noticiam non parua ex parte ante oculos ponamus. Eam exquiliarum partem quam ad turres comitum militiarũq; diximus inchoare nunc omittemus, & ad fori Traiani cuius pars fuerunt descriptionem ipsam reseruabimus.

lxxxvii
domus Corneliorum domus.

Prima eius montis aedificia quarum ad dextram maxime cernuntur ruinae Corneliorum gentis domus fuerunt. nec facile tota in urbe cuiuspiam priuati uiri aut alterius familiae domus tam certa cognoscitur retinet priscum nomen uicus corneliorum dictus. retinent etiam ruinae quae uulgo corneliorum thermae appellant. & ingentia quaeq; aedificia thermas nunc ab imperitis appellari fecit magnitudo thermarum Antonini & Dioclitiani imperatorum de quibus suo loco diffuse dicemus.

Vicus corneliorum.
Thermae corneliorum.

lxxxviii
Statuae iacentes in monibus.

Saturni et Bacchi

Visuntur ea in corneliorum uia ad sinistram statuae ingentes duae Coloseae senum seminudorum qui cum reliquo iacent corpore pectus astrato caputque brachiorum altero sustentant: altero cornu copiae muniuntur. Eas Saturni Bacchique statuas fuisse Apollodorus quidam qui Romam anno ante centesimum descripsit affirmat: additque proximis in ruinis quorum frontispitium non omnino corruit eorum Deorum templa fuisse.

lxxxix
Caballi praxitelis & phidiae.

Proximo ac pene contiguo loco sunt lapidei Caballi Praxitelis unus alter Phidiae ut tituli indicant opera sane tantis opificibus digna q; nullus ante actis saeculis inuentus est qui nedum ea magnitudine omnem uiuentium formam superante. sed uel minima aut mediocri statura equum similem uel saxo excidere uel aeramento fundere aut cudere nouerit. Tiridatis cos regis Armeniorum fuisse ser. Ruffi descriptio innuit. Fuitque is Tiridiates rex quem ut Romam uenturum Nero laute exciperet theatrum Pompei unius diei opera totum inauratse: Cornelius Tacitus et Plinius sunt auctores. et quidem Praxitelis et Phidiae opera multas statuas multa signa Romam a multis et ab ipso Tiridiate ex Asia Graeciaque fuisse aduecta Plinius saepe ac diffuse scribit.

Tiridiates rex.

c
Horti mecoenatiani.

Eadem in exquiliarum parte qua eo ex monte prospectus est indepres

fo 26.

sam urbis partem hortorum Mecoenatis uisuntur reliquiae adeo etiam nunc superbe ut caetera quae ubique habet Italia noui operis superẽt aedificia. ut non immerito Horatius Mecoenatem in Odis redarguerit: q; nimis sumptuosus esset in aedificando maxime cum esset senex: Suntque bi uersus. Non eburneque aurum mea renidet domo Lacunar: non trabes himeticae praemunt columnas ultima recisas aphrica. et in eadem Oda. Tu secanda marmore locas sub ipsum funus. et sepulchri immemor struis domos. In alia autem Oda. Molem propinquam nubibus arduis omitte mirari beate Extatque pene integra turris ex qua Suetonius tranquillus Neronem scribit spectasse urbis incendium et in scenico habitu decantasse. Quam turrim uulgo nunc uerbo ut ferme in omnibus multarum syllabarum nominibus assolet syncopato Mesam pro mecoenatiana appellant. Sicut pontem miluium pari corruptela molem dicunt. Nec est in ea regione femella quae quid fuerint illae ingentes ruinae interrogata: non dicat eam fuisse turrim ex qua Nero crudelis urbem incendio flagrantem rideris gaudensque spectauit: cernere nec est alius in Roma locus e quo tota urbs sub aspectu ueniat. Incolit ea hortorum mecoenatis aedificia. et quantum opes supperunt instaurat: alteri nostri saeculi mecoenas summae humanitatis liberalitatisque uir et studiorum humanitatisq; apprime doctus cultorumque amantissimus Prosper Columnensis sanctae romanae ecclesiae cardinalis: adeoque purgando et instaurando illis in aedibus profecit. ut subiectae montis exquiliarum radicibus areae et incipientis ab ea in summam aedium partem ascensus pauimenta marmoreis uarii coloris texellis compacta uisantur. et ab omnibus quotquot romanam curiam aut inhabitant aut aduentant uiris ingenio doctrina et uirtute praeditis summa cum delectatione calcentur. Nec moueat quenquã cui romanorum rerum monumenta minus sit familiaria quod dixi mus hortos tam superbis aedificiis esse ornatos. Quod enim Plinius quasi indignanter libro decimonono scribit. Cum prius horti agri pauperis esse consueuissent romani hortorum nomine tunc in ipsa urbe delicias agros uillaque possidebant. idque non solum in mecoenatianis sed in Sallustianis Seruilianisque hortis apparet quibus pauca in urbe roma parimagnitudinis aedificii fuisse uidemus.

Turris ex qua incendiũ spectauit Nero.

Prosper cardinalis Columnensis.

ci
Habitauit Virgilius in exquiliis.

Habuit tertium ista exquiliarum pars maximique ornamentum quod inter Corneliorum & Mecoenatis domos Virgilium poetam mantuanum habitasse constat. Scribit enim Donatus grammaticus in illius uita. habuit domum Romae in exquiliis iuxta hortos Mecoenatis. Quanquã secessu Campaniae & Siciliae plurimum delectaretur. contraque ad eum qui sequitur ut coniitio locum infamia duo monumenta exquiliae habuerunt.

cii
malae fortunae fanum. Vicus sceleratus.

Malae fortunae fanum de quo Plinius libro secundo scribit & scelera tum uicum quem qui Liuium primo libro accurate perleget sub eadem exquiliarum parte & ubi nunc Juturnae corrupte dicta triuii regio incipit intelliget fuisse

clii
Qui ex romāis bōi coloni

Prius uero q̄ urbs Roma luxum haberet. quem imperatores urbem triumphantes inuexerunt: ornatae fuerunt exquiliae rusticis uiris terram egregie ac summa cum illius temporis laude colentibus. Nam Plini⁹ cū libro. xix. dixisset Agrum male colere Censorium probum iudicabatur. atq; ut refert Cato cum uirum bonum colonūq; dixisset: amplissime laudas se existimabant. inferius addit rusticae tribus laudatissime eorum qui rura habitabant. Itaq; quattuor solae erant a partibus urbis quas habitabant dictae suburrana. pallatina. collina. et quilina. Sed q̄ primum coepere uiri triumphales aut ipsi imperatores insanae molis extruxere aedificia: quoꝝ nunc ruinas tantopere admiramur. cesserunt coloni et in agros suburbana q̄ delati: alteram pene Romam quae esset extra moenia in circuitu cōstruxere. quod enim in hortorum Mecaenatis descriptione supra dicere omisimus cum Horatius in odis multis uerbis dissuadere conatus esset Mecaenati ne tā insanas domoꝝ extructiones faceret: addit hos uersus. Quid q̄ uscq; proximos reuellis agri terminos et ultra limitē clientium salis aua rus pellitur: paternos in sinu ferens deos. Et uxor et uir sordidosq; natos Quāmultos etiam in agros suburbanaq; compulisse credimus siue bone sto natos loco siue plebeios et rusticos.

ciiii
De thermis Dioclitiani.

Dioclitianum imperatorem ut thermas in exquiliis aedificaret quas nunc barbari uictores irati nec uetustas nec improba manus eorum qui lapides ac marmora in alias sordidissimas extructiones asportarunt: ita per annos mille et supra centum triginta post romani imperii inclinationem demoliri potuerunt: ut non admirabile etiam nunc extet aedificiū. et tale cui quattuor simul maiora quae nunc habeat alibi Italia principum uirorum palatia magnitudine et operis sumptuositate nullatenus aequiperanda sint Nec satis tamen scimus si Trebellius Pollio recte opinatus erit / qui in triginta tyrannorum gestis rebus de Pisone scribit quadrigas eius cū statuis ex marmore fuisse ubi postea Dioclitiani thermae sunt aedificatae tam aeterni q̄ sacrati nominis. Ipsis in Dioclitiani thermis ecclesia nunc est pene destructa sancti Cyriaci quae cardinalatus est titulus. fuitq; a principio in ipsarum thermarum aedificationi cum Maximinus a Dioclitiano caesar dictus festum christianis diem celebrare uidisset questionibus subiectos et idola spernentes occidit. Sed dicēda de thermis quae multa sunt in hūc librum congerere nimis fuerit, Igitur ea in aliud volumen ducimus reseruanda.

Ecclesia. s. Cyriaci.

Flauii Blondi Forliuensis de Roma Instaurata Liber secundus.

De Thermis in genere. i.

Thermae quot.

Thermas in urbe duodecim fuisse cōpertuꝫ habemus. Agrippinas. neronianas. titi ue spasiani. domitianas. antonianas. alexādrinas. gordianas. seuerianas. dioclitianas. aurelianas. constantinianas. et nonatianas. Quarum loca pro posse indicabimus quoꝫ aliqua prius de earum institutionis ratione fuerint explicata. Primū thermae uerbuꝫ a graeco q̄ calidum significat tractum habent. Unde thermas proprie a latinis appellatas uidemus loca quae calentibus aquis aut ipso sine aquis fornice igne calefacto lauandi sudandiq; usibus deputata sunt. Romanis autem sic ue adhuc sancta in morum seueritate illa quam rei. p. tempora habuerunt sic ue sub principum fastu frequentem ac prope quottidianū fuisse lauandi usū omnibus qui illorum gesta perlegerunt est notissimum. hinc etsi unusquisq; uel mediocriter diues ciuis priuatum habuerit. multa tamen balnea publice sunt instituta in quibus plebs ad libitum lauaret. Extat. M. C. epistola per quam Terentianā uxorem monet ut curet labꝫ in balneo esse. Extāt etiam aliae eiusdem ad. M. fratrem Asiae pconsulem. Quibus illuꝫ facit certiorem de balneis quas in arpinate extrui curabat. Primus uero otium stante re pu. Sergius orata sicut Valerius maximus lib. vi. scribit. Balnea pensilia facere instituit. Re postmodum ad principem luxuriā pducta nihil magis populare factitarunt illi q̄ quom pmiscue cū uulgo laudabāt. Hinc est illud belli Spartiani de hadriano publice et frequenter et cum omnibus lauit: ex quo ille locus balnearis innotuit. Nā quom quodā tēpore ueteranū quendam notū sibi in militia dorsum et caeteras partes corporis uidisset atterere per contactus cur se marmoribus distringendū daret. ubi audiuit hoc iccirco fieri q̄ seruū non haberet seruis cū donauit et sumptibus Ueꝫ quom alio die cōplures senes ad ꝓuocandā liberalitatē principis parieti se atterrerent euocari eos iussit et aliū ab alio inuicē defricari. et Julius capitolinus scribit. M. aureliū antoniā philosophū modestae consulentem tria ꝑncipaliter correxisse q̄ matronaꝫ mores defluētes cōposuit in ciuitatibus sideri i eqs aut uehiculis ꝓhibuit et lauacra mixta submouit. Cōmodū aūt imp. scribit ipse capitolin⁹ septies in die lauasse et ibi cōmedisse. eiusque successorē in impio pertinacē quom in multis esset modestissim⁹ tū in balneis publice die natalis urbis cōmodianis ministris lauisse. Idq; capitolinus gordianū iuniorē lauisse in die septies aestate, bieme bis uel tertio additque infra. Quom iret ad hortos sui nominis omnia officia sequebantur. Ibāt praefecti et magistri officiorum omnes adhibebantur conuiuiis et natationibus lauabant simul cū principe admittebantur etiā saepe mulieres pulchre et puellae et cum his anus deformis. idq; quom faceret se iocari dicebat. Principum ergo ea luxuria perducta ut nulla in re modestiā sobrietatēque

Diffinitio thermarum.

seruarent thermarum illi et balneorum sicut prius horrorum multi ci
ues fecerant modum mensuramque excesserunt. Itaque thermarum no
mine insana sunt extructa a multis aedificia. de quibus dicit ammianus
Marcellinus libro decimosexto. lauacra in modum prouinciarum extru
cta.

ii
erant in thermis balnea.

Erant uero ipsis in thermis ad lauandi usus balnea. ⁊ ne dum plano in
solo unicuique exposita: sed etiam pensilia quod facile adhuc poterit intelli
gere qui fuliginosos fornicum cannales a quibus emissa defluebat aqua in
dioclitianis thermis inspexerit principibus ut credo indignum existiman
tibus luxui imperatorio. si quod ausus est Sergius orata ciuis ipsi ad lu
xuriam omisissent. Erant etiam in thermis areae amplissime porticibus
circundatae spaciosissimis cameratąque superbissimis fornicibus aedificia
in circuitu habentes in quis columnarum diuersi coloris marmorearum or
dines immensarum fuisse hinc constat. ꝙ etiam nunc nonnullae stant. non
nullae iacentes columnae partim integrae partim comminutae loco cernū
tur non nullas alias in basilicarum aedificia scimus fuisse translatas.

iii
erant Natatoria.

Erant etiam nemora: erant natatoria populi ludis deliciisque exposi
ta. Licet uero eam extructionem insaniam a luxu sicut diximus profectam
sciamus. ipsa tamen non nullos principes bene ⁊ utiliter usos esse uidemus
Quod dum populus romanus in eas conueniens aedes lauat ⁊ ludit: col
ludentes spectat. ⁊ interim bieme frigora aestate caumata mitigat. quietio
rem ubique ciuitatis statum reddit. Qua ratione Circos. Theatra. am
phiteatra a principio instituta: suo ostendemus loco. Quantum autem
attinet ad Thermas Helius Spartianus in alexandri Seueri principis
praestantissimi uita multa dicit.

iiii
Thermis aliqui bene usi
fuerunt.

v
Thermarum amplitudo
et usus a principio.

Ex quibus quanta thermarum amplitudo. ⁊ quem in usum a princi
pio fuerint institutae melius est ꝙ alibi intelligere. ⁊ quae Spartiani uerba
pluribus dispersa locis libet inserere: alexander balnea mixta Romae exhi
beri prohibuit. quod quidem prohibitum iam ante Heliogabalus fieri per
miserat. Bracteariorum. Uitriariorum. pellionum. claustrariorum. argen
tariorum. aurificum. caeterarumq; artium uectigal pulcherrimum iustitu
it ex eo ꝙ iussit thermas quas ipse fundauerat ⁊ superiores populi usib⁹ ex
beberi.

vi
Thermae quando primū
populi usibus permissae.

Syluas in thermis publicas deputauit addidit et oleum luminib⁹ ther
marum quom antea non ante auroram paterent ⁊ clauderentur ante solis
occasum. Et infra opera ueterum principum instaurauit ipse noua constru
xit. In his thermis sui nominis iuxta eas quae neronianae fuerant: nemus
thermis suis de priuatis aedibus quas emerat diruit is aedificiis fecit: anto
nini Caracali thermas additis natatoriis perfecit et ornauit. alexandrinū
opus de duobus marmoribus hoc est porphiritico ⁊ Lacedemonico prim⁹
instituit et iam pallatio exornato. ⁊ alibi thermis ⁊ suis ⁊ ueterum frequen
ter cum populo usus est. aestate maxime balneari uelle ad pallatium reuer
tens praepostero itaque ordine sicut in Dioclitiani thermis incoepimus
in istis continuantes. Alexandrinas eas fuisse thermas quarum ingen
tes ruinae ab ecclesia sancti Eustachi et aedibus Joannis Baroncelli
iuris consulti. Et a campo sanctae Mariae rotundae, hinc ad Enobar

vii
alexandrinae thermae ubi
fuerunt.

dorum siue ut uulgus appellat longobardorum plateam. ⁊ Circum Flam
mineum nunc agonem inde ad binas pene turres Joannis moroni proto
notarii reatini uariis in locis uidemus attolli. Quod autem Alexandri
nae fuerint hae et non aliae colligimus ex descriptione ser. Ruffi nonae regi
onis Circi Flamminii in qua Pantheonem et binas thermas agrippinia
nas et alexandrinas ponit. Itaque coacti binarum huiusmodi thermarum
ratione praepostero item ordine utrasque indicabimus Marcum Agrip
pam aedificasse pantheon quae nunc est sancta Maria rotunda. et si prope
uulgo notorium est. tamen suo ostendemus loco. Quando itaque ad pan
theon et Circum flaminium binas fuisse thermas agrippinianas et alexan
drinas ser. ruffi descriptio urbis habet: uerisimile est agrippinas fuisse quas
nunc pantheon contiguas e regione mineruae conspicuas aedes portiq ⁊
Cincii rustici collegae nostri ⁊ Baptistae lenis atque etiam Georgii Caesa
rini protonotarii uidemus esse complexas. Quibus quidem in agrippinia
nis thermis scribit plinius libro trigesimosexto. Marcum Agrippam cō
ditorem arcus. ⁊ parimēta ex uitro posuisse. Itaque relinquitur eas quae
pantheon et Circum flaminium intercedant. Superiores apud sanctum
eustachium ostensas huiusmodi ingentium thermarum ruinas fuisse sicut
diximus alexandrinas.

viii
Agrippinae thermae ubi
fuerunt.

Antonianae thermae Bassiani antonini Caracale opus quarum supe
riori loco ex helio Spartiano facta est mentio: nunc etiam sunt notissimae.
suntque in regione olim piscina publica et ad uiam ardeatinam ubi hinc ad
seprentrionalem plagam ecclesia est sanctae priscae. inde ad orientem solem
sanctorum Nerei et achilei ecclesia atque sancti Syxti monasterium ipas
thermas e regione respiciunt. de his Spartianus in ipsius antonini Cara
calae uita scribit. Opa romae reliquit thermas nominis sui eximias qua
rum caelsam Solaurem architecti negant posse ulla ratione fieri nisi qua
facta est. Nam ex aere uel cupro cancelli suppositi esse dicuntur quibus ca
meratio tota concredita est. et tantum est spacii ut ad ipsum potuisse fieri
negent docti mechanicis Thermis iam quatuor ordine quod incidentia
exegerunt peruerso indicatis alias ostendere aggrediamur.

ix
Antonianae thermae ubi
fuerunt.

Et primum de neronianis id solū habemus quod supra helius Spar
tianus dixit: Alexandrum ubi Neronianae fuerant suas aedificasse.

x
Neronianae thermae ubi
fuerunt.

De Titi Uespasiani thermis quando describemus amphiteatrū nunc
Colosseum apud quid eas Suetonius fuisse scribit. quid habemus cōper
tum aperiemus.

xi
Titi vespasiani thermae.

Certam uero ⁊ amplam Domiciani siue thermarum siue operum noti
ciam habemus. Nāq; Petrus bibliothecarius Syluestrum papam dicit
ecclesiam aedificasse. quae postea fuit in thermis sui nominis domitianus. ⁊
Suetonius scribit domicianum edidisse nauales pugnas pene iustarū classi
um effosso et circunstructo iuxta Tyberim lacu. Et inferius Flauiae tem
plum gentis ex methodium ⁊ naumachiam ab eodem fuisse extructas. nos
uero quadratos lateres amplissimos ex ruinis quae ecclesiam sancti Syl
uestri eiusque monialium nunc celebre monasterium sepiunt extractos uidi
mus quoꝝ pars litteras habet a figulo priusq; cementū exsiccaret impssas
in haec ꝓba. Domiciana maior pars, domiciana minor. vii cōiecim⁹ ḋcḋ

xii
Thermae domitiāi ⁊ alia
eius opera.

xiii
Naumachia Domiciani ubi fuerit.

siue thermae siue exmetbodium siue Naumachia fuerit Domitiani opera teneri debere omnia quae ad sanctum Syluestrum undique nunc cernunt quanquã effossi circa uel prope Tyberim lacus in quo proelium nauale naumachiam ediderit: uestigia extant certissima uineis tecta inter flammineam uiam et collem nunc Pincianum ad ipsum sancti Syluestri monasterium pertinentia

xiiii
Arcus domitiani triumphalis.

Nec dubitamus quin triumphalis ex marmore arcus ille qui nunc pene integer cernitur triphali dictus: ecclesiae inter sanctorum Syluestri et laurentii in lucina uiam amplexus flamminiam Domitiani fuerit honori positus: in quo ipsum cernere est qualis a Suetonio describitur Statura procerum sed tunc sedentem dormientemque et mineruam quam superstitiose colebat somniantem excedere sacrario: negantemque se ultra eum tueri posse p̃ exarmata esset a Ioue ut consequens etiam sit magnos fornices et amplissima fundamenta super quibus aedificatum est nobile pallatium quod Ioannes ex Balliis Picardus cardinalis morinensis nunc habitat. Domitiani operum partem esse id pallatium ad annum salutis trecentesimum supra millesimum a cardinale anglico in praedictis Domitiani operum ruinis aedificatum. Ioannes cardinalis Rothomagensis anno nunc uigesimo multa impensa adauxit. quod nuperrime Joãnes cardinalis morinensis supradictus tanto ampliauit ornauitque impendio ut nullã praeter pontificale palatium sancti petri domum urbs roma nunc habeat pulchriorem.

xv
Palladium sancti Laurẽtii in lucina.

xvi
Thermae seuerianae ubi.

De thermis seuerianis nihil aliud certi habemus q̃ Seuerum afrum Imp. illas in transtiberina regione sicut belius spartian? scribit aedificasse

xvii
Thermae Gordianae

De Gordianis uero thermis Julius Capitolinus panca scribit sed ualde admiranda. Nam quom direxisset domum gordianorum tũc extasse praenestina uia ducentas columnas uno stilo habentem addidit et thermas ibi fuisse quales praeter urbem tunc nusquã haberet orbis terrarum. Cũ ita q̃ praenestina uia fuerit quae ad portam exquilinam nunc sancti laurentii ducit et domum speciosissimam et thermas gordianorum fuisse oportebit.

xviii
Aurelianae thermae ubi.

Ubi nunc post sanctũ Eusebiũ multae et maxime cernuntur ruinae.

Scribit Flauius Vopiscus siracusanus aurelianũ principẽ thermas fecisse in regione transliberina hiemales q̃ aquae frigidi aeris illic deessent.

xix
Constãtinianae thermae.

Constantinianas thermas ab apollodero traditum legimus fuisse in exquiliis ubi nunc equi marmorei Praxitelis et phidiae opera cernuntur. Extant uero in portico equis illis cõtigua statuae quattuor marmoreae pedestres. quaꝝ basibus Constantini nomẽ inscriptũ est. sed apud nullũ uctez scriptorẽ inuenimus Constantini thermaꝝ mentionem esse factã praeterq̃ apud ammianũ marcellinũ libro. xxvii. quom multa dixisset de lampadio urbis praefecto haec ponit uerba. Hic pfectus est motibus crebris urbis agitatus uno omnium maximo quom collecta plebs infima domum eius pe constantinum lauacrum iniectis facibus incenderat.

xx
Nouatianae thermae

Thermarum quas ultro loco Nouatianas appellari diximus meminit Petrus Lateranensis ecclesiae bibliothecarius. siue ille scriptor beatus Hieronymus. siue beatus Damasus papa fuit in uita Pii papae qui patria Aquilegiensis fuit a beato Petro tertius pontifex Romanus.

ipsum enim pium pontificem scriptum est rogatu sanctae Praxedis dedicasse ecclesiam thermas nouati in uico Patricii in honorẽ sanctae Pudentianae ororis suae. Sed in gestis martyrii beati Laurentii legimus monasterium monialium sancti Laurentii in pane et pna aedificatum esse in thermis olympiadis. Videmus unas atq̃ easdẽ ruinas quae certe sunt maximae et insignes dictum monasterium sancti Laurẽtii et simul sanctae Pudentianae ecclesiam pallatium que fuisse complexas ut unae potius q̃ duae fuerint thermae. Quanquã in tanta tanq̃ mirabili ruinarum confusione quã nunc habet urbs romana ubi duo aut plura aut multa fuerint aedificia discerni non potest. Sicquae aliarum ruinarum multitudo quae in monte Suburae a monasterio sancti Laurentii praedicto binc in uia olim patricii uicum dictam qua itur ad sanctam mariam maiorem. inde uergit in plana Suburrae. Si Decii imperatoris sicut Apollodorus tradit pallatium fuerunt binas nouati et olympii thermas paruas fuisse relinquitur. Sed de thermis satis supraq̃ multa sunt dicta ad exquiliarum montẽ unde discessimus redeundum est.

xxi
Ecclesia sanctae Pudentianae.

xxii
Thermae olympiadis

Trophea. C. Marii de Jugurta deq̃ Cymbris atq̃ theutonis quae nunc ecclesias inter sancti Eusebii et sancti Viti in macello cernuntur. Et Cymbra dicuntur. C. Caesarem instaurasse: quom a Sylla fuissent dissecta auctor est Suetonius. quorum uocabuli exposita ratio faciet ut multi ignorantes quid ea fuerint intelligantur. Quosdam enim ex his qui periores esse creduntur tenere et affirmare uidimus illa marmora duo in quibus scuta. thoraces. galeae et alia cernuntur arma marii esse armati statua uetustate comminutas. Sed Nonius marcellus haec habet uerba. Trophoei significationem prima varro in humarco ostendit. Fuga hostiũ graecae uocatur strophe. binc spolia capta fixa stipitibus appellantur trophea.

xxiii
Trophea. C. marii.

strophe conuersio

Trophoeum unde.

Alias habẽt exqliae uetustas spectãdasque insigni olim aedificii ruinas in quib? tamen cameratus fornix est pene integer. quo post Pantheon nullus nunc in urbe uisitur excelsior. Eas uulgo Sallutii thermas appellari uidemus. fuitque ea insignis basilica quam Suetonius scribit. C. Caesarem Caio et lucio nepotibus extruxisse.

xxiiii
Basilica caii et lucii.

Macellum item quod lidiae dictum est in exquiliis fuisse binc constat q̃ ecclesia sancti viti et arcus illi contiguus uiam complexus prenestinam in macello cognominatur. affert autem marcus uarro eius urbi hanc expositionem. Haec omnia postquã contracta in unum locum quae ad uictum pertinebant et aedificatus locus macellum appellatus ut quidam scribunt q̃ ibi fuerit hortus. alii q̃ ibi domus fuerat cui cognomen fuerat macellum quae ibi publice sit diruta. et qua aedificatum hoc quod uocetur ab eo macellum. binc lelius Spartianus dicit heliogabalum imperatorem luxu insanientem quom per macellum transiret miseratum populi conditionem q̃ scilicet eo inauditis incredibilibusque debacchate coniuiiis quae integrius continuabantur diem pars romani populi emendis uendẽdisque parui pretii oluscul?s aut aliis minutis rebus adulando blandiendoue aut garriẽdo fallatiasque struendo in macello detinentur.

xxv
macellum ubi et quid.

Fuit uero arcus ille ut extantes adhuc indicant litterae positus honori Galieni imperatoris.

xxvi
arcus sancti viti.

xxvii
Quid fuerit in viminali colle.

Lex aquilia

xxviii
horti Salustiani.

xxix
Quid fuerit in quirinali colle.

xxx
De carinis suburra tabernola sacra.

xxxi
via sacra unde.

Post exquilias reliquum est ut Viminalis collis aedificiaq; quae habuerit dicamus nihilq; aliud certum est q̄ tres illum collem omnium totius urbis speciosissimas domos: sicut Plinius libro. xvii. scribit habuisse. Domum Crassi oratoris unam: aliamq; praestantiorem. Q. Catuli illius qui cum C. mario cymbros fudit ac postea tegulas capitolii inaurauit. ipsumq; capitolium spoliis Cymbricis adornauit. Tertiam multo pulcherrimam C. Aquilii equitis romani quem clarissimum fecit iuris ciuilis scientia. Iscq; fuit quem marcus Cicero in officiis dicit legem de dolo malo tulisse cuiusque ad legem aquiliam extantium adhuc legum particula est notissima. Earum uero insignium domorum quidem fundamentorum subterranei vinetis contecti nunc ad sanctam Susannam cernuntur. Sed nec ipsarum nec aliorum aedificiorum multae ipsis in vinetis eminentes supersunt reliquiae.

Salustiani autem horti quorum ingentium ut in tota ruinarū urbe uulgo nomen est notum in viminali ne an in quirinali colle: an in utroque fuerint non satis indicare possumus. Magnae autem & obstupendae sunt ipsorum hortorum quas adhuc extare uidemus murorum fornicumque reliquias quae a uiminali olim: nunc sanctae Agnetis porta in collinam nunc Salariam ad sanctam Susannam propemodum extenduntur.

In Quirinali colle quid olim fuerit sit que ad praesens satis diximus quom portae Collinae certitudinem loci ostendere conati fuimus. & praetera Liuius in bello macedonico dicit Aedem fortunae primogeniae fuisse in colle Quirinali quam bello punico uotam Cn. Domitius praetor Urbanus dedicauit.

Urbis Romae montibus hermisque simul quoad potuimus indicatis carinas suburramque ac tabernolam sacramque uiam simul ostendere cogemur: q̄ quattuor ea celeberrima urbis loca marcus varro etiam simul describit. Nam quom libro quarto de lingua latina de partibus urbis multa diceret: quae non minus tunc uetustate absoluerint q̄ nobis nunc pene perierint: ea quae ipsius uarronis aetate noua et integra erant aliqua scribit ex quibus elicitur ea loca quae sunt plana exquilias inter et montē caelium ubi nunc monasterium est monialium sancti andreae: quam scilicet lauicanam uiam intersecat cliuus a marii trophaeis ad Lateranense palatium ducens: fuisse tabernolam urbis regionem sic appellatam quae pars tota uineis cannetisque plena proximum satis prisco merulanae nomen habet. a quo Tabernolae loco uult Varro incipere Carinas quarum longitudinis pars postrema sit ad quam uiae sacrae caput incipiebant. quam quidez uiam inde dicit sacram fuisse appellatam q̄ per eam ab arce ad augures sacra quot mensibus ferebantur. & addit sacrae uiae partem solam tunc fuisse uulgo notam: quae est a foro cunti primo cliuo. hinc proxime uidem⁹ posuisse Petrum lateranensem bibliothecarium: quom in uita Felicis tertii pontificis romani scribit illum ecclesiam sanctorum Cosmae & Damiani fecisse uia sacra in templo Romuli uel urbis romae. is enim prius est cliuus qui a foro romano ad proximam Cosmae & Damiani porticum. et inde ad sanctam mariam nouam per. T. uespasiani arcum ducebat ad cariam ueterem in qua augures sedem habentes inaugurari consueuerant.

Eam nāq; in Carinarum partem ubi nūc apud ecclesiā sancti Petri ad vincula fornices maximos inter ruinarum uastitatem contra amphiteatrū nunc colosseum extare uidemus Curia uetus fuit atq; etiam hoc in tabellionum monumentis & ab incolis appellatur.

xxxii
Curia uetus ubi.

At sacram uiam fuisse constet quae a curia ueteri proficiscentes sec⁹ amphiteatrum ad septentrionalem plagam subtus praedictos. T. Vespasiani arcus ad sanctum hadrianum usq; & ad arcem capitolii proximam perducebat. In Carinis autem praeter curia ueteris ruinas ecclesiam sancti Petri ad uincula nunc & celebrem & spaciosam sunt sancti Martini in montibus & sanctae Luciae etiam insignes ecclesiae: quarum quae est ad vincula sancti Petri exinde traxit originem sicut Beda presbyter scribit q̄ Eudoxia quae Archadii superioris uxor fuerat quom apud hierosolymam cathenas reperisset quibus apostolorum princeps Petrus in carcere ab herode vinctus seruatus fuerat eas romam detulit. & quom aegre ferret gentilitatis ritum celebrandae diei calendarum sextilium in memoriam uictoriae ab augusto de antonio Cleopatra habitae. a romano pontifice & romano senatu & populo obtinuit ut dies calendarum sextilis mensis qui tamen augustus per annos quadringentos fuerat appellatus in memoriam liberationis beati Petri celebraret. & ubi dies ipsa ludis per theatra fora & compita cum dapium euisceratione exhibitis coronatum populum laetificabat indulta a summo pon. per dominici corporis & sanguinis communicationem peccatorum omnium remissio poenitentium & cinere asperforum animas ea in ecclesia ad id aedificata spiritualibus epulis saginaret.

xxxiii
Item uia sacra ubi.

xxxiiii
In Carinis quid.

xxxv
ecclesia sancti Petri.

Ecclesiam uero sanctae Luciae honorius primus papa extruxit & Leo quartus ruentem instauauit. Sergius autem primus quem ferunt q̄ porcios uocatus fuit. & ea ratione nomen & causam fuisse q̄ omnes postea romani pontifices mutarent.

xxxvi
ecclesia sanctae Luciae.

Ecclesiam sancti Martini aedificauit & multis martyrum reliquiis ibi conditis celebrem reddidit. Carinis quae fuerint ostensis Suburraq; cognoscere in promptu est q̄ Varro Suburram inde dictam affirmat q̄ sub muro carinarum fuerit. hinc manifestum erit uiam nunc satis habitatorib⁹ frequentem quae a sancta Lucia usq; ad sanctum hadrianum protenditur: in cuius appendices fuerint quas exquiliarum montibus diximus interpositas. estq; certissimum eius nostrae assertionis testimoniū in uita beati Gregorii pape in qua Petrus bibliothecarius lateranensis dicit ipsum pontificem ordinasse ecclesiam Gothorum quae est in Suburra in nomine uirginis Agathae: eam nanq; ecclesiam uidemus esse in tumulo qui a prima exquiliarum parte post Corneliorum domus in plana Suburrae uergit. Ipsius etiam dedicationis ecclesiae meminit idem sanctus Gregorius in Dialogo suo dicens. q̄ quom eam quae a regibus ostrogothorum arriana labe diu fuerat inquinata conciliaturus missam celebraret exiuit altari in porci formam demonium frequenti inspectante populo qui ad diuina cōuenerat profugum nusq; cōparuit. Partibus urbis quae facilius promptiusq; certis terminis & finibus designari vndiq; potuerunt descriptis: aliam ostēdendi reliqua cogimur rationem. Nam in tanta rerum uetustate & infinitarum tantae urbis partium innumerabiliumq; aedificiorum a nullo dum etiam

xxxvii
ecclesia sancti Martini in montibus.

xxxviii
Suburra ubi.

xxxix
ecclesia sanctae agathae

xl
De his quae spectauerũt ad religionem in genere.

integra fuerunt quod quidem legerimus descriptorum multitudine certũ ordinem seruare nec posse speramus: neq; etiam ducimus intentandum. Itaq; ut singula sparsim quodam tamen ordine compressa possumus explicare quadripartita distributione quicquid est reliquum complectemur. Ut primo loco sicut quae ad religionem cerimoniasq;. Secũdo quae ad rei publicae administrationem. Tertio quae ad spectacula et ludos pertinuerunt Quarto minutiora quaedam partim superiorum declarationi partim implendae intentioni nostrae plurimum facientia Quibus de partibus non tamen aliter dicere est animus q̃ ut singulos actus tantisper describam⁹ que ad loci in quo gererẽtur id munus iudicium fuerit necessarium.

xli
Ara quid.

T quidem quantum attinet ad religionem primam aram in auctino ab Euandro positam et ab Hercule dicatam Liuius in principio est auctor.

Arae autem uocabuli uidelicet ita exponit. M. Varro ubi frumẽta secta ut terrantur in area propter hoc similitudinem in urbe loca pura areae a quo potest etiam ara deum quod pura nisi potius ab ardore ad quem sic fit.

xlii
Quid templum.

Primum item templum fuisse dicimus a Romulo dedicatum ubi aree caeli fratrum minorum ecclesiam nunc uidemus. M. Varro quom de uocabulo templi multa disseruisset concludit templum a contemplando dictũ.

xliii
Iouis Statoris templũ.

Alterius templi Iouis statoris a Romulo uoti bello Sabinorum in quo opima ferebantur spolia: descriptio loci multa habet cognitu digna. Primo locum non dubitamus esse in collis Pallatini radicibus ad occidentalem plagam ⁊ prope modum e regione Capitolii nunc habiti ubi spondas murorum stare uidemus altissimas. cui loco subiectas proximasq; esse diximus artium ueterum a Romulo positorum. ruinas fuisse autem illi templo propinquam portam pallatii ex qua in forum romanum etiam ꝓpinquum iretur. Liuius item in primo dicit. In quo Liuii loco ostenditur Lacum Curtium ubi primum ex profunda emersus palude equos Curtius in vado statuit ad auersam fori portam fuisse ubi nunc Tyberis est quae uulgo Pallara appellatur. ⁊ quidem locus depressus qui lacum ipsum et Faustinae templum in quo sancti Laurentii immiranda est ecclesia atq; imperatoris Neruae monumenta ubi nunc dicitur Hoc arca interiacet Pallus nunc appellatur. Sed de lacu Curtio plura q̃ Liuius. M. Varro habet: cuius haec sunt uerba. In foro lacum Curtium a curtio dictum erat ⁊ de eo triceps historia. Nam Procilius non idem prodidit quod Piso. nec quo is Coruelius a Procilio relatum in eo loco debisse terram. ⁊ id ex senatus consulto ad aruspices relatum esse responsum: Deum Manio pestilione postulare idest ciuem fortissimum eodem mitti. tum quendam uirum fortem armatum ascendisse in equum ⁊ a concordia uersum cum equo in eo praecipitatum eo facto locum cohisse: atq; eius diuinitus humanasse ⁊ reliquisse genti suae monumentum. Piso in annalibus scribit. Sabino bello quod fuit Romulo ⁊ Tacio uirum fortissimum Metium Curtium Sabinum quom Romulus cum suis ex superiori parte impressionem fecisset: Curtius in locum palustrem qui tum fuit in foro anteq̃ cloacae sunt factae secessisse atq; ad suos in capitolium recepisse ab eo locum inuenisse nomen:

faustinae templũ

Pestilio

xliiii
Porta Pallatii.

xlv
Lacus Curtius.

huicq; opinioni Liuius in septimo libro assentiri uidetur. Cornelius ⁊ Lactatius scribunt eum locum esse Fulguritium. ⁊ ex Senatus consulto sceptum esse. id quia factum est a Curtio consule cui. M. Megentius fuit cognomen Curtium appellatum.

xlvi
De iani templo.

Numam Pompilium regno potitum dicit Liuius in primo. Quom urbem romam ui ⁊ armis conditam iure legibus ac moribus condere ꝑparasset Ianum ad infimum argiletum indicem pacis belliq; fecisse ut apert⁹ in armis esse ciuitatem clausus paccatos circa omnes populos significaret Idẽ nunc templum quod candido marmore extructum patẽtibus quadrifariam portis ad sanctum Georgium in uelo aureo extat pene integꝝ. cui⁹ alio loco diximus Liuium meminisse quom Fabios dextro Jano ꝑfectos dicit. ut autem id templum certiori testimonio indicemus liber ponere uersus Ouidii de fastis in quibus templi locus causa aedificandi demõstratur eruntq; simul rationes reddit ae Latiae ⁊ Saturniae uocabulo⁹ atq; etiaꝫ nummismatis Jani cusi cuius sculpturae unum proximis diebus in urbe nacti sumus. Ouidius itaq; Janum loqui faciens sic incipit. Noscere me duplici posses imagine dixit. Ni uetus ipsa dies extenuasset op⁹. Erat autem pictus bifrons qua ratione dicit Satyricus Jane pater primum quẽ nulla ciconia pinsit. ad alteram nummi partem cusa erat forma nauis quae Saturnum in Italiam perduxit. unde haec regio de qua nũc agim⁹ primo ⁊ specifice Latium appellata est: Ouidii uersus causa ratis superest thuscũ rate uenit ad amnem Ante perrerato falcifer orbe deus. Hac ego Saturnum memini tellure receptum Caelitibus regnis a Ioue pulsus erat. In dedu genti mansit saturnia nomen. Dicta quoq; est Latium terra latente deo: Quo bona posteritas pupim seruauit in aere. Hospitis aduentum testificata dei. Ipse solum coluit cuius placidissima laeuum Radit barenosi tybridis unda latus: Hic ubi roma est incaedua sylua uirebat Tantaq; res paucis pascua bobus erat. Et quom Ouidius ianiculi rationem reddidisset quam superiori posuimus loco uenit ad nostrum de quo agimus ianum Quom tot sint iani cur stas sacratus in uno bic ut iuncta foris templa duobus habes. Duo autem fuisse fora Boarium uidelicet ⁊ Piscarium. in ter quae templum fuit aedificatum: docet Varro in haec uerba. Secundũ Tybrim ad ianum forum piscarium uocãt. de Boario dicemus infra. Ei⁹ uero edificandi templi causa fuit qua. T. Tacitus ob raptum Sabinarus romanis bellum inferens Tarpeia uirgine uiciata potitus arce postea cum romanis ibi conflixit ⁊ iani auxilio qui aquas terris euomuit superatus est. unde Ouidius eodẽ libro. Utq; leuis custos armillis capta Sabinis Ad summae tacitos duxerit arcis iter. Inde uelut nunc est per quem descendi tis inquit Arduus in ualles ⁊ fora cliuus erat. ⁊ infra. Q raq; qua pollens ope sum: fontana recluſi: Sumq; repentinas eiaculatus aquas Cuius ut utilitas pulsis percepta sabinis Quae fuerat tuto reddita forma loco est. Claudebatur autem Jani templum pacis tempore. ⁊ aperiebatur fathiscẽte bello ut populo reditus pateret ad bella profecto. Tota paret dempta ianua nostra sera. Pace fores obdo ne quis discedere possit Caesareoque diu nomine clausus ero.

xlvii
Numisma iani.

xlviii
Latium ubi primo fuit.

xlix
Boarium forem.

l
Piscarium forum.

Quando autem supra sancti Georgii ecclesiaeq; cardinalis columnae

li
De uelabri nois ratione.

Auentinus unde.

lii
De cliuo Capitolino.

liii
argiletum quid.

liiii
Ecclesia. s. Georgii.

lv
Item de foro Boario.

Decoenatis nũi titulus extitit. suborta est mentio ostendã corruptã esse eius nominis appellationem. Non enim in uelo aureo sed in uelabro dici debet. Nam. M. Varro montis Auentini reddens causam uocabuli dicit se maxime existimare q Auentinus a uehiculo sit dictus. q quom mons ipse a caeteris partibus urbis palludibus esset exclusus uehebãtur ad illum nauibus omnes homines cuius uestigia q ea pars quae dicitur uelabrum et ab eo uehendi actu uelatura a uehendo sicut merces a merendo ⁊ aere.

Vidimus supra ex Ouidio cliuum per quem a Capitolio in fora descẽdebatur fuisse apud Janum quod uersus illi dicunt. Inde uelut nũc est per quem descenditis inquit Arduus in ualles ⁊ fora cliuus erat. cui cliuo ctiã respondet. quasi e regione Capitolii porta ingens ruinis supra medietatem obruta ad ecclesiam Saluatoris in mariminis qui cliuus erat estque nunc ornamentis spoliatus Janum inter ⁊ uelabrum siue ecclesiam sancti Georgii quam in uelabri ruinis aedificatam affirmamus. innuit huius uerbi locum Suetonius Tranquillus in uita Caesaris in haec uerba. Gallici triũphi die uelabrum praeteruehens pene curru excussus est asse distracto. ascẽditque Capitoliũ ad limina sexaginta elephantis dextra ⁊ sinistra lychnos gestantibus.

Jam templo. ut mihi uideor. ample ostenso Argiletum ad quem locum Liuius illud fuisse aedificatum dicit: quid fuerit dicamus. Varro Argiletum sunt qui scripserunt ab Argo. q is huc uenerit: ibique sit sepultus. alii ab Argilla q ibi id genus terrae sit.

Ad superius dicta sancti Georgii ecclesiam continent insignis aedificii quod uelabrum fuisse diximus reliquiae. Extantq; in portae cuiuspiã marmoreae frontispicio litterae huiusmodi. Imperatoribus Lucio Seuero septimio ⁊. M. aurelio Antonino. ⁊ Juliae augustae matri negociantes boarii eorum numini. Unde uidetur forum boarium quod ibi proximũ ac subiectum fuit a bobus quos illi uenderent emerentque negociatores fuisse dictum. Jdque. M. Varro affirmat per haec uerba. Quo quid genera conferent forum appellatum additumq; ab eo cognomen. ut forum Boarium. Sed quom satis uerisimile non uideatur in tantae celebritatis loco quem hinc Jani templum inde capitolii cliuum publicum ⁊ alia parte pallatii augustorum radices circunsaepirent boues fuisse uenundatos. aliam afferem⁹ eius fori nominis rationem: Cornelius tacitus primarium colendae urbis initium referens illud in foro Boario fuisse dicit: quo in loco tauri ad sulcũ signandi ambitus faciendum adhibiti aeneum simulacrum fuisse ostẽdit ut non absurde inuiat ab eo boue boarium forum fuisse appellatum cui⁹ aenei bouis memoria nos opinari facit capita boum: quae omnibus in aedificiis multa uidemus insculpta ab optimo bouis augurio quod in designanda urbe habuerit tantae uenerationi habita fuisse. Sunt haec Cornelii uerba. Sed ut plaeraq; co in libro mutilata. Jgitur a foro Boario ubi aeneũ tauri simulacrum aspicimus: quia id genus animalium ei aratro subditum sulcus designandi oppidi coeptis ut magnam Herculis aram complecteretur De eodem tauro ⁊ fori cognominis ratione Ouidius certiora habet multis in uersibus in quibus uult taurum ibi fuisse immolatum atq; consecratũ ob memoriam uictoriae quam Hercules de Caco ibidem habuit post tau

huiusq; opinioni Liuius in septimo libro assentiri uidetur. Cornelius ⁊ Lactatius scribunt eum locum esse Fulguritium. ⁊ ex Senatus consulto sceptum esse. id quia factum est a Curtio consule cui. M. Megentius fuit collega curtium appellatum.

xlvi
De iani templo.

Numam Pompilium regno potitum dicit Liuius in primo. Quom urbem romam vi ⁊ armis conditam iure legibus ac moribus condere ꝓparasset Janum ad infimum argiletum iudicem pacis belliq; fecisse ut apert⁹ in armis esse ciuitatem clausus paccatos circa omnes populos significaret Jdẽ nunc templum quod candido marmore extructum patẽtibus quadrifariam portis ad sanctum Georgium in uelo aureo erat pene integr. cui⁹ alio loco diximus Liuium meminisse quom Fabios dextro Jano ꝓfectos dicit. ut autem id templum certiori testimonio indicemus libet ponere uersus Ouidii de fastis in quibus templi locus causa aedificandi demõstratur eruntq; simul rationes redditae Latiae ⁊ Saturniae uocabuloꝝ atq; etiaz nummismatis Jani cusi cuius sculpturae unum proximis diebus in urbe nacti sumus. Ouidius itaq; Janum loqui faciens sic incipit. Noscere me duplici posses imagine dixit. Ni uetus ipsa dies extenuasset op⁹. Erat autem pictus bifrons qua ratione dicit Satyricus Jane pater primum quẽ nulla ciconia pinsit. ad alteram nummi partem cusa erat forma nauis quae Saturnum in Jtaliam perduxit. unde haec regio de qua nũc agim⁹ primo ⁊ specifice Latium appellata est: Ouidii uersus causa ratis superest thuscũ rate uenit ad amnem Ante pererrato falcifer orbe deus. Hac ego Saturnum memini tellure receptum Caelitibus regnis a Joue pulsus erat. Jn de dũ genti mansit saturnia nomen. Dicta quoq; est Latium terra latente deo: Quo bona posteritas pupim seruauit in aere. Hospitis aduentum testificata dei. Ipse solum coluit cuius placidissima laeuum Radit barenosi tybridis unda latus: Hic ubi roma est incaedua sylua ustrebat Tantaq; res paucis pascua bobus erat. Et quom Ouidius ianiculi rationem reddidisset quam superiori posuimus loco uenit ad nostrum de quo agimus ianum Quom tot sint iani cur stas sacratus in uno hic ut iuncta foris templa duobus habes. Duo autem fuisse fora Boarium uidelicet ⁊ Piscarium. inter quae templum fuit aedificatum: docet Varro in haec uerba. Secundũ Tybrim ad ianum forum piscarium uocãt. de Boario dicemus infra. Ei⁹ uero edificandi templi causa fuit qua. T. Tacitus ob raptum Sabinarum romanis bellum inferens Tarpeia uirgine uiciata potitus arce postea cum romanis ibi conflixit ⁊ iani auxilio qui aquas terris euomuit supatus est. unde Ouidius eodẽ libro. Utq; leuis custos armillis capta Sabinis Ad summae tacitos duxerit arcis iter. Inde uelut nunc est per quem descendi tis inquit Arduus in ualles ⁊ fora cliuus erat. ⁊ infra. Oraq; qua pollens ope sum: fontana recusi: Sumq; repentinas eiaculatus aquas Cuius ut utilitas pulsis percepta sabinis Quae fuerat tuto reddita forma loco est. Claudebatur autem Jani templum pacis tempore. ⁊ aperiebatur fatbiscẽte bello ut populo reditus pateret ad bella profecto. Tota paret dempta ianua nostra sera. Pace fores obdo ne quis discedere possit Caesareoque diu nomine clausus ero.

xlvii
Numisma iani.

xlviii
Latium ubi primo fuit.

Quando autem supra sancti Georgii ecclesiaeq; cardinalis columnae

xlix
Boarium forum.

l
Piscarium forum.

li
De uelabri nois ratione.

Auentinus unde.

Decoenatis nũi titulus extitit, suborta est mentio ostendã corruptã esse eius nominis appellationem. Non enim in uelo aureo sed in uelabro dici debet. Nam. M. Varro montis Auentini redderis causam uocabuli dicit se maxime existimare q̃ Auentinus a uehiculo sit dictus, q̃ quom mons ipse a caeteris partibus urbis palludibus esset exclusus uehebãtur ad illum nauibus omnes homines cuius uestigia q̃ ea pars quae dicitur uelabrum et ab eo uehendi actu uelatura a uehendo sicut merces a merendo ⁊ aere.

lii
De cliuo Capitolino.

Vidimus supra ex Ouidio clinum per quem a Capitolio in fora descẽdebatur fuisse apud Janum quod uersus illi dicunt. Inde uelut nũc est per quem descenditis inquit Arduus in ualles ⁊ fora cliuus erat. cui cliuo etiã respondet, quasi e regione Capitolii porta ingens ruinis supra medietatem obruta ad ecclesiam Saluatoris in mariminis qui cliuus erat estque nunc ornamentis spoliatus Janum inter ⁊ uelabrum siue ecclesiam sancti Georgii quam in uelabri ruinis aedificatam affirmamus. innuit huius uerbi locum Suetonius Tranquillus in uita Caesaris in haec uerba. Gallici triũphi die uelabrum praetereuehens pene curru excussus est asse distracto. ascẽditque Capitoliũ ad limina sexaginta elephantis dextra ⁊ sinistra lychnos gestantibus.

liii
argiletum quid.

Jam templo. ut mihi uideor. ample ostenso Argiletum ad quem locum Liuius illud fuisse aedificatum dicit: quid fuerit dicamus. Varro Argiletum sunt qui scripserunt ab Argo. q̃ is huc uenerit: ibique sit sepultus. alii ab Argilla q̃ ibi id genus terrae sit.

liiii
Ecclesia. s. Georgii.

Ad superius dicta sancti Georgii ecclesiam continent insignis aedificii quod uelabrum fuisse diximus reliquiae. Extantq̃ in porrae cuiuspiã marmoreae frontispicio litterae huiusmodi. Imperatoribus Lucio Seuero septimio ⁊. M. aurelio Antonino. ⁊ Juliae augustae matri negociantes boarii eorum numini. Unde uideur forum boarium quod ibi proximũ ac subiectum fuit a bobus quos illi uenderent emerentque negociatores fuisse dictum. Idque. M. Varro affirmat per haec uerba. Quo quid genera conferent forum appellatum additumq̃ ab eo cognomen, ut forum Boarium. Sed quom satis uerisimile non uideatur in tantae celebritatis loco quem hinc Jani templum inde capitolii cliuum publicum ⁊ alia parte pallatii augustorum radices circunsaepirent boues fuisse uenundatos. aliam afferem? eius fori nominis rationem: Cornelius tacitus primarium colendae urbis initium referens illud in foro Boario fuisse dicit: quo in loco tauri ad sulcũ signandi ambitus faciendum adhibiti aeneum simulacrum fuisse ostẽdit ut non absurde iunuat ab eo boue boarium forum fuisse appellatum cui? aenei bouis memoria nos opinari facit capita boum: quae omnibus in aedificiis multa uidemus insculpta ab optimo bouis augurio quod in designanda urbe habuerit tantae uenerationi habita fuisse. Sunt haec Cornelii uerba. Sed ut plaeraq̃ co in libro mutilata. Igitur a foro Boario ubi aeneũ tauri simulacrum aspicimus: quia id genus animalium ei aratro subditum sulcus designandi oppidi coeptis ut magnam Herculis aram complecteretur De eodem tauro ⁊ fori cognominis ratione Ouidius certiora habet multis in uersibus in quibus uult taurum ibi fuisse immolatum atq̃ consecratũ ob memoriam uictoriae quam Hercules de Caco ibidem habuit post tau

Iv
Item de foro Boario.

fo xxii.

rorum recuperationem quos Cacus abegerat. Cacus auentinae timor at q̃ infamia syluae. ⁊ inferius. immolat Et illi taurum tibi iuppiter unũ. Victor ⁊ euandrum ruricolasq̃ uocat. Constituitq̃ sibi quae maxima dicitur aram hic ubi pars urbis de boue nomen habet. Hac eadem in urbis parte apud quam Latii originem fuisse ⁊ uetustam extare Jani templum ostendimus. Duo item extant uetustiorem Jano originem habentia ⁊ non minus q̃ Janum maiori ex parte integra. Sed quorum praesentia famam minuat unum est Uestae: aliud Asyli templum.

lvi
Uestae templum.

Et q̃ Uestae templum fuisse ante conditam romam in quo aeneas deos imposuit ab incensa Troia adductos Ouidius in secundo fastor? ostẽdit Jam pater aeneas sacra ⁊ sacra altera partem affer et iliacos excipe uesta deos. In libro autem tertio: Cõceptum Romuli de Marte ⁊ Syluia uestali ostendere uolens: Uestae templum tyberi propinquum fuisse ostendit his uersibus. Syluia uestalis quid enim uetat inde moueri Sacra: lauaturas amne petebat aquas: Uentum erat a molli deliuem tramite ripam. Ponitur e summa fictilis urna coma: Fessa resedit humi: uentosque accepit aperto Pectore turbatas restituitq̃ comas. Dum sedet umbrosae salices uolucresq̃ canorae Fecerunt somnos ⁊ leuae murmur aquae. q̃ autem Tyberi ⁊ monumentis Nummae propinquum fuerit templum uestae ostẽdit etiam horatius in Odis his carminibus. Uidimus flauum tyberim retortis Littore etbrusco uiolenter undis. Ire deiectum monumenta regis: Templaq̃ uestae. Ille dum sec nimium querenti iactat ultorem uagus: ⁊ sinistra labitur ripa Jone non probante uxorius amnis. Liuius etiam in primo dicit Nummam Pompilium posuisse sacerdotium uestae alba aduectũ ⁊ uirgines instituisse: sed locum non indicat. Sed quando supra ex uarrone uidimus forum piscarium fuisse inter Jani templum ⁊ Tiberim intelligere possumus ex Liuio in sexto de bello punico secundo Templum uestae apud tiberim ⁊ ad dictum forum fuisse. Nam quom Liuius incendium describeret quo tabernae argentae arserunt subiunxit: Comprehensa postea priuata aedificia neq̃ enim tunc basilicae erant: Compraehensae latumiae forumque piscarium ac atrium regiũ aedes uix uestae defensa est. Quando itaque in nummis aeneis argenteisque Nammeae genitricis alexãdri imperatoris et Liuiae genitricis aurelii antonini aedem uestae sculptam uidemus rotundam columnis in circuitu altare munientibus non dubitamus eam fuisse quae nunc ad tiberim contra Jani templum propemodum integra extat.

lvii
asylum ubi.

Asylum autem quid fuerit ostendit Liuius in primo per haec uerba. locum qui nunc septris densis sentibus inter duos lucos est asilum appellant eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine liber an seruus esset auida nouarum rerum perfugit. idque primum ad coeptam multitudinem roboris fuit. Ouidius autem in secundo fastorum ostendit illud fuisse extra tiberim Capitolium inter et Nummae penetralia quae carmentis templum fuerunt ad auentini radices ubi carmentalem portam fuisse docuimus. Tũ quoque uicini lucus celebratur asili Qua petit aequoreas aduena Tybris aquas. Ad penetrale nummae capitolinumque tonantem. aduenam autez dici tiberim ⁊ sacris exclusum patriis quando extra pomoerium labitur.

lviii
Pars rupis tarpeiae cor ruit nuper.

Macrobius ex Massurio innuit. ⁊ partem urbis Janiculum appellatus qua Tibris ad eum conclusus est: locum contra primas auentini radices finiri uidemus Ouidius item in tertio clare ostendit asillum fuisse sub saxo rupis tarpeiae cuius pars maxima domus amplae magnitudini aequipanda p̄ximis diebus collapsa est. ⁊ quinque mortales in hospitatoria taberna oppressit: sicut Liuius in bello macedonico alias simile saxum et proximo eidem loco uico iugario fecisse scribit. Ouidius enim quom de ancylib⁹ multa dixisset hos ponit uersus. Romulus ut saxo lucum circūdedit alto Qui libet huc inquit confuge tutus eris. Asilum igitur dicimus omnia occupasse loca quae nunc a collapso Tarpeiae saxo ad sanctae Mariae pontem et hinc uestae. inde Jani templo in auentini radices a prostitutis mulieribus nuuc maiori parte habitata uidemus ut mulieribus impudicis a parētibus uirisq̄ profugis: alterum nunc asilum uideatur institutum.

lix
Templum asili quid.

Nec absurde uidemur opinari uetustum illud templum quod saxo ingēti quadrato extructum sanctae Mariae aegiptiacae dedicatum ad aream pontis sanctae Mariae ex. asili templum fuisse. Sed templa describere omnia fuerit operosissimum. nec nunc quidem expedit quom aliis in singulorum locorum descriptionibus saepenumero sit occasio affutura.

lx
Curia uetus ad quid.

Aliud in urbe celeberrimum religio habuit aedificium Curias ueteres quarum supra locum in Carinis contra amphitheatrum ostēdimus. Varro sic de eis habet. Curiae duorum generum ubi curarēt sacerdotes res diuinas. ut curiae ueteres. ⁊ ubi senatus humanas. ut curia hostilia. Et alio loco idem varro curare a cura dictum. et cura q̄ cor urat. Curiae ubi senatus rem publicam curat. et illa ubi cura sacrorum publica.

lxi
De his quae spectauerūt ad rem pu. in genere.

De his quae ad rem publicam spectauerunt dicturi illud prosequamur Nos politica scribere non instituisse. Sed locorum descriptionem in q̄bus rei publicae cura uel aliqua ex parte a maioribus gerebatur. Primus autē locus fuisse uidetur asilum in quo Liuius in primo Romulum dicit creasse centum Senatores. siue quia is numerus satis erat. siue quia soli centum erant qui creare patres possent. Patres certe ab honore patriciiq̄ progenies eorum appellati. Locum autem primum qui dictis centum patribus consultandi prius fuerit assignatus. varro ostendit multis aliis implicitum locis quae omnia simul duximus iudicanda. Varro nanque quom dixisset Tullum hostilium regem Curiam hostiliam aedificasse. sic sequitur. Ante hanc rostra sub dextra huius Comitio locus substructus ubi nationum subsisterent legati qui ad Senatum essent missi. hic Graecostasis a parte ut multa senaculum supra Graecostasim ubi aedes Concordiae ⁊ Basilica opima. Senaculum uocatum ubi Senatus aut ubi seniores consisterent.

Centum senatores. Patricii unde.

Quattuor hic Rostra. Comitum. Graecostasim. et Senaculum. quae in rei pu. administratione maximo semper usui fuerunt indicaturi ordinem varronis sequemur.

lxii
De rostris comitio graecostasi ⁊ senaculo in genere.

lxiii
Rostra quid ⁊ ubi.

Rostra quid fuerint Liuius in libro octauo ostendit. Naues antiatum partim in naualia perductae partim incensae rostrisq̄ earum suggestum in foro extructum adornari placuit rostrataq̄ id templum appellatum. Qui ergo descriptum supra a nobis forum romanum cognoscit. ⁊ varronis uerba considerat facile intelliget rostra templum ad radices palatii fuisse qua is

mons e regione opponitur aetatis nostrae capitolio. Et ubi nunc est parua sanctae Mariae de inferno ecclesia. q̄ autem dicit rostra fuisse ante curiam hostiliam sic accepimus ut partim curia hostili a caelio monte in quo eam fuisse certissimum est pro sui magnitudine rostra uersus partim rostra a palatino monte in illam protenditur.

lxiiii
Graecostasis ubi.

Graecostasis autem subductus ad dexteram rostrorū a Comitio procul dubio fuit in montis palatini angulo qui cōtra Antonini ⁊ Faustinae uoris extante titulo notissima in quibus sancti Laurentii immiranda ecclesia est aedificata insurgit vineis quantum ruinae non impediunt contectus.

lxv
Senaculum ubi.

Senaculi autem locus supra graecostasim extructus ubi fuerit ultra dicere non expedit quom utriusq̄ aedificii ruinas in vineis coniunctas confusasque cernamus aedem Concordiae ex praedictis fuisse apparebit eodem in palatino colle contra templum romuli siue sanctorum Cosmae ⁊ Bamiani in illo extructam ecclesiam. sicque melius intelligitur q̄ ex Varrone de lacu curtio diximus ubi armatum equo insedentem Curtium ut rapidi ore cursu inhiatum se praecipitaret a Concordia uenisse dicit scilicet a loco ubi postea fuit Concordiae templū. Quod Liuia Germanici mater aedificauit. Jd Ouidius in fastorū libro ostendit primo. Hanc tua constituit genitrix ⁊ rebus ⁊ ara: Templaque fecisti quae colis ipsa deae. Eamq̄ aedem a Tiberio imp. dictatam fuisse Suetonius ostendit.

lxvi
Concordiae templum.

lxvii
Comitium ubi

Comitium fuisse in foro romano inter turrim quae pallara appellatur ⁊ lecus Curtii locum collisq̄ palatini quem foro imminere uidemus radices ⁊ Faustinae monumenta siue sancti Laurentii immirandam ecclesiam facile intelligi poterit ex superius dictis. De quo quid fuerit priusq̄ dicamus doloris impetu nos trahente nostris ⁊ futurorū saeculorū hominib⁹ notum fore uolumus. porcos nunc ex publico aetatis nostrae instituto ibi et nullo alio in loco quod saepe uidim⁹ uenundari. Js locus quē multus saeculis nullum habuisset tectum eo anno primum ex quo hannibal in Italiā uenisset sicut Liuius in septimo de secundo bello punico scribit tectus fuit. eū denique a Caio Caesare instauratum fuisse Suetonius est auctor.

lxviii
Ad quid comitiū institutū

Comitii uocabulum sicut Agellius in noctibus atticis ostendit et loco ⁊ actui commune fuit. De loco quidem quando satis dictum est. de actu plura dicamus. Duobus in locis supradicto scilicet ⁊ Campo martio omnes deligebantur siue dictatores siue consules ⁊ praetores siue alii magistratus. Fuitque triplex deligēdi modus de quibus in Agellii libro. xvi. sic habetur. In Julii Felicis libro scriptum est quom ex generibus omnium suffragiū feratur curiata comitia esse quom ex sensu ⁊ aetate centuriata. quom ex regionibus ⁊ locis tributa. hinc uidemus in Liuii ab v. c. secundo. ea in contentione quā patres cum plebe per annum habuerunt nec effugere potuerunt quin votero ex plebe tribunus reficeretur rogationem illum tulisse ad populum ut plebei magistratus tributis comitiis fierent. Per illum enim comitiorum tributor⁹ modum conuenientibus ex regionibus ⁊ locis ad suffragia omnibus cuiuscunq̄ aetatis ⁊ conditionis plebis multitudo suffragiis praeualebat. ubi in comitiis centuriatis quae ad eam diem fuerant patres per clientes etiam plebeios quem uellent creari faciliter impetrabant. Jtaq̄ praeter senatus consulendi grauitatem nihil a romanis facti tarum

uidemus q̄ comitioꝝ habendoꝝ institutioni equipandum ducamus. Comitiaq; uerus solidissimue rei pu. ⁊ libertatis neruus eam vim habuerunt: ut tantum libertas in detrimenti fecerit quantū sensum comitiis est detractū. C. Caesar aerario expilato ⁊ dictatura per factiosos in perpetuū assumpta Comitia in totū auferre non ausus est ea cum populo sicut Suetonius scribit sortitus est ut exceptis consulatus cōpetitoribus de caetero numero candidatorum ꝑ parte media quos populus uellet ꝑnunciarentur pro parte altera quos ipse dixisset. Hinc dicimus quod pridem a nobis multi desiderauerunt consueuisse qui magistratus petere instituissent potestatem petendi a senatu ⁊ populo sibi fieri impetrare ⁊ quom Comitiorum dies aduenisset: eos ut conspicui essent candidatos prodire singulos praebensando orare ut suae dignitatis haberent rationem.

lxix
Comitia etiam in campo martio solita haberi.

Quod autem in campo martio etiam haberentur Comitia. ⁊ qualiter tribus ad suffragia citarent: innuit in uita Caesaris Suetonius ubi de cōiuratoꝝ a quibus Caesar interfectus consiliis disserens dicit. Qui primus cunctati utrum ne in campo martio per comitia tribus ad suffragia uocantem partibus diuisis pontem deiicerent. Pons uero quis ⁊ ubi fuerit quo Caesarem coniurati deiicere cogitauerant: tantū abest ut extet aut sciat q̄ campi martii de quo infra diffuse dicemus comitioꝝ locus ignoratur. Sed quando res postulat eo in loco dicemus ubi nunc colūna Coclis extat: quā Antoninum pium aurelium posuisse constat.

lxx
Locus proprius cāpi martii pro comitiis.

Campi martii proprium fuisse locum in quo suffragio deligendis magistratibus ferebantur. ⁊ tumulum qui post eam columnā est occidentalē plagam uersus corrupte nunc acceptoꝝ dici quom fuerit mons citatoꝝ. eorum scilicet postq̄ citati tulerāt suffragia ne laturis se immiscerēt ⁊ cui fauissent dicere possent per dictum transeuntes pontē sepabantur. De Augusto aūt scribit Suetonius in haec uerba. Comitiorū quoq; ius pristinū reduxit ac multiplici poena coercito ambitu Fabianis ⁊ Scaptensibus tribubus suis die comitioꝝ ne quid a quoq̄ candidato desiderarent singula milia nummus asse diuidebat. ⁊ infra. Quotiens magistratuū comitiis interfuisset tribꝰ cū candidatis suis circubat supplebatq; more solenni ferebat ⁊ ipse suffragiū in tribubus ut unus e populo.

lxxi
De monte citatorum.

Campus martius ne ultra ꝑmissum moremur sic a Liuio describitur in secundo. Ager Tarquiniꝝ qui inter urbem ⁊ tyberim fuit consecratus Marti: Martius deinde cāpus fuit. ea Liuii uerba considerātes uidemꝰ quicquid Capitoliū ⁊ Tyberim interfuit fuit campū martium. Nam urbs prima ad capitolium finiebatur. hoc idem ostendit Ouidiꝰ: Iuturnae aedē describens quā uult fuisse ea in parte qua cāpus martius uirginea ambitur aqua his uersibus. Te quoq; lux eadē Turni soror aede recepit hic ubi uirginea cāpus obitur aqua. Iuturnam enim fuisse Turni sororē quae lacui in quo submersa obiit id dedit nomen satis constat: Fuitq; is lacus ubi prope aquā uirgineam nunc ꝑ Iuturna q̄ corrupte dicitur Lorreglio. Virgineā autē aquam per quirinalis cauernas campū olim martiū dicit illabi. Certum quom nulla alia aqua urbem romā nunc illabitur in cuius forma titulus ex marmore excisus haec retinet uerba. Tyberius Claudius Drusi filius Caesar augustus ductus aquae uirginis destinatos per Caesarē a funda

lxxii
Campus martius quid.

lxxiii
Vbi aqua uirginea.

mentis nouos refecit ac restituit. q̄q̄ Suetonius aquae uirginis in urbem perductae. M. Agrippae laudē attribuit. quem secutus est Julius Frontinus de aquae ductibus tractās his uerbis. Id agrippa quom iam tertio cōsul fuisset. B. Sentio. P. Lucretio consulibus post annū tertiū decimum quā Juliam deduxerat aquā uirginē in agro luculano collectam romā perduxit. Dies quo primū in urbe responderit. v. idus iunias. Inuenit uirgo appellata q̄ quaerentibus aquam militibus puella uirgūcula uenas quasdā monstrauit: quas secuti qui foderunt ingentē aquae modum inuenerūt. habuit uero cāpus martius multa quoꝝ minimas nunc ac ꝑpe nullas extare reliquias miraculum est. Nam ea in parte quam quia depressior erat uallē martiam appellarunt ubi naumachiā illam caesarē edidisse infra indicemꝰ.

Quare appellata uirginea aqua.

lxxiiii
De mausoleo augusti.

Postea Octauius augustus Mausoleū extruxit quod eēt nō suū modo sed omniū imperatoꝝ sepulcꝝ: de quo Suetonii sunt haec uerba. Reliquas mausoleo condiderunt id opus inter flamminea uiam ripāq; tyberis sexto consulatu suo extruxerat. Eius mausolei opera pulchritudinemq; Suetonius qui inspexit quia id aeternuꝫ putauit futuꝝ describere neglexit. Cassiodorus uero omnium ultimus qui de rebus romanis scripserunt dū adbuc starent: talia de mausoleo scripsit: quae nullo modo uel ea ratione omittēda duximus. quia nunc solus formæ fundamenta inde pressa: ualle sustētas ubi augusta uulgo dicitur extat: ita herbidus ut nunq̄ destitutus in pascua animalibus careat. Suntq; haec cassiodori uerba. Sed mundi dominꝰ ad potentiam suam opus extollens mirandum romanis etiam erigens fabricā in uallē martiam tetēdit Augustus immensa moles firmiter praecincta montibus continēt ubi magnaꝝ rerꝫ indicia clauderētur. Bissena quippe hostia ad duodecim signa posuerunt. Addit quoq; alia cassiodorus quae in spectaculoꝝ describendis locis dicemꝰ. ⁊ tamē infra dicit duos ibi fuisse obeliscos quoꝝ unus minor ⁊ loco altior qui pinciano nūc in colle ꝑstratus cernitur Lunae: alter Solidicatꝰ fuit. de quo Plī. sic scribit. Ie obeliscus qui est in cāpo martio centū decē pedū est a Merosodidē inscriptus. ambo rerum interpraetationē aegyptioꝝ philosophiae continent. Eidē qui est in campo martio Biuus Augustꝰ addidit mirabilē usum ad deprahendendas solis umbras dierūq; ac noctiū horas: strato lapide ad magnitudinē obelisci cui par fieret umbrarū effectus: dies ⁊ horas paulatim ꝑ regulas quae sunt ex aere inclusae singulis diebus decrescere ⁊ augescere. digna cognitu res ⁊ ingenio foecundo. Manilius mathematicus apicis auratam pilam addidit cuius uertice umbra colligeretur in se ipsa aliam solē imitari iaculante apice ratione ut ferunt a capite hominis intellecta. haec triginta fere annis nō congruit siue solis ipsius dissono cursu ⁊ caelo aliqua ratione mutato: siue uniuersa tellure a centro suo dimota ut deprahendi et in aliis accipio siue orbis tremoribus. Ibi terra Gnomone in torto siue inundationibus Tyberis est immersa fundo molis in terram quoq; dicantur iacta fundamēta.

lxxv
De Obeliscis cāpi martii duobus.

Et Julius capitolinus in trium Gordianorum gestis rebus ⁊ eorū ultimi uita scribit. Eum instituisse porticum in campo martio sub colle pedū mille ita ut ab altera parte mille pedū portiꝰ fieret atq; inter eas spaciū pariter ⁊ pedum quingentorum cuius spacium binc atq; inde uiridaria essent lauro myrto ⁊ buxo frequentata. mediū uero licostratum breuibus columnis

altrinsecus positis ⁊ singulis per pedes mille quod esset deambulatoriū ita ut in capite esset basilicum pedum quingentorum. Cogitauerat praeterea cum Milithco ut post basilicum thermas aestiuas sui nominis faceret: ita ut hiemales ⁊ in principio porticus poneret suo usu essent: uel porticus uel uiridaria. Sed haec omnia nunc ⁊ priuatis possessionibus ⁊ hortis occupata sunt atq; aedificiis. Multa adduximus rerum campi martii testimonia quod tamen supra affirmauimus locum ubi proprie Campus martius appellabatur in deligendis magistratibus suffragia ferebantur fuisse ubi nunc est Coclis Antonini columna ex superioribus Julii capitolini uerbis coniectura assecuti sumus. Nam quom Martia augusti operib⁹ mausoleo adiectis plena eēt. ⁊ alia superiora loca partim domitiani thermis supra sanctum Sylueſtr: partim Juturnae templo ⁊ aquae uirgineae ductib⁹ absq; campi martii memoria notissima essent. Nullus relinquitur in campo martio collis secundum quem porticus illa mille pedum cōstrui posset praeter illum quem Coclidi columnae ad occidentem solem proximū in media sui parte citatorum diximus appellatum.

lxxvi
De colūnis Coclidae antonini.

Columnam autem Coclidem Antonini Pii fuisse honori positam cō stat quod facies sua nobis multisq; aetatis nostrae ad nūmismatū imagini bus notissima illis in rebus gestis quibus centum septuagintaquinq; pedes alta insignitur colūna insculpta cernit: Serti etiā Ruffi urbis descriptio quom duas tantummodo in urbe roma fuisse coclides columnas dicit hāc in ara flaminii regione sitam antonini pii appellat. Nec potuit minor q̄ mille pedum porticus fieri quae parte una clauderet campum quem ea ratione amplissimum esse oportuit q̄ multa milia hominum in illum deligendis designandisq; magistratibus concederent. Non enim solae tribus q̄nq; ⁊ triginta omnem populum qui romae esset siue intra moenia siue in suburbanis ⁊ agro complexae. Sed par prope numerus ex Italia ad ferenda suffragia comitiorum temporibus confluebat. Haec autem quia paucis nota sunt: libet testimoniis confirmare. Suetonius in Octauii uita sic habet. Urbe urbanisq; rebus administratis Italiam duo de uiginti coloniarū numero deductarum refrequentauit operibusque ac uectigalibus publicis plurifariam instruxit etiam iure ac dignitate urbi quodammodo pro parte aliqua adaequauit. Excogitato genere suffragiorum quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisq; colonia ferrent. ⁊ sub die comitiorum obsignata romam mitterent. Asconius autem pedianus Ciceronis orationes exponens ostendit multis italiae ciuitatibus praeter illas uigintiocto coloniis ferredi in cāpo martio suffragii ius fuisse. Video enim inq̄t in annalibus eor̄ qui punicū secundū bellum scripserūt tradi Placentiā coloniā deductā pridie calēdas ianuarias p̄mo anno eius belli cornelio scipione patre aphricani prioris. T. Sēpronio lōgo consulib⁹. neq; illud dici potest. sic eā coloniā deductā esse quēadmodū per plures annos Cn. Pōpei⁹ Strabo pater Cn. Pompei magni trāspadanas colonias deduxerat Pōpeius enim non nouis colonis eas instituit. sed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latii ut possent habere ius quod caeterae Latinae coloniae idest ut petendi magistratus iure ciuitatem romanam adipiscerentur. Placentiam autem sex milia hominum noui coloni deducti sunt: in quibus

lxxvii
Italos ad comitia romaz uenisse plurimos.

equites deducendi fuit causa ut opponerētur gallis qui etiā partem italiae tenebant Deduxerunt Triumuiri. P. Cornelius Alina. P. Cornelius Muso. Cornelius Scipio. Eamq; Coloniam quinquagesimam tertiā deductam esse inuenimus. Nec uero italicis solum ciuitatibus: sed externis quoq; ⁊ remotissimis a populo principibus ue romanis ius Latii datū fuit. quod quidem ⁊ si multis testimoniis docere possimus vnico nunc ostendisse contenti erimus. Ulpianus namq; iuris consultus ille egregius in digestorum libris titulo de Censibus sic habet. Phoenice splendidissima Tyriorum Colonia est in Syria, unde mihi origo est nobilis regionibus Syriae siculorum antiquissimae armipotens foederis quod romanis percussit tenacissima. Huic diuus Seuerus ⁊ imperator noster ob gratiaz in. R. P imperiumq; romanum ob insignem fidem ius italum dedit.

Campi martii descriptio ad alia duo Equoriam. s. ⁊ Jouis insulam describendi nos trahit. Sed equoriam spectaculorum loco relinquimus. Insulae Jouis originem Liuius post Campi martii descriptionem ostendit his uerbis. Martius deinde campus fuit forte ubi tunc segetes farris dicit fuisse maturae messi quem campi fructum quia irreligiosum erat consumere desectam cum stramentō segetem: magna uis hominum simul immissa cornibus fudere in tiberim tenui fluentem aqua ut mediis caloribus solet ita in uadis esitantis frumenti aceruos sedisse illitos limo. inde insulam paulatim ⁊ aliis quae fert temere flumen eodem uectis factam. Postea credo additas moles manuq; adiutum ut tam eminens ara firmaq; tēplis ac porticibus sustinendis esset. Ea autem in insula duo fuerunt templa Jouis scilicet ⁊ Esculapii nepotis sui ex Ploebo. de quibus sic est in primo fastorum Ouidii. Quod tamen ex illis licuit mihi dicere fastis: Sacrauere patres haec duo templa die: Accepit Ploebo Nimphaq; Coronide natum Insula diuidua quam premit amnis aqua: Juppiter in parte est cepit locus unus utrunq;: Junctaque sunt magno templa nepotis auo. Legimus autem ipsam insulam aliquando Licaoniam appellatam esse in qua Belasius secundus pon. ecclesiam sancti Bartholomei uel extruxit uel quod magis credimus instauranit.

lxxviii
De insula quam in urbe facit Tiberis.

lxxix
Tēpla iouis ⁊ escalapii.

Pontem qui ipsam insulam iungit urbi indicat titulus marmore excisus. Quintum lepidum ⁊. M. Currium aediles. alium uero per ipsam insulam Janiculo iungit Ualentinianum superiorem ⁊ ualētem qui romanū imperium primus ad ruinam perduci adiuuit extruisse. Quos nuper tua pontifex Eugeni opera instauratos ⁊ tiburrino lapide stratos uidemus. Postq̄ de Senatus ex comitiorum locis quae duo rei pu. et libertatis maxima fuerunt fundamenta satis est dictum.

lxxx
Pons insulae.

lxxxi
Eugenius quartus pontē ualentiniani instauruit

De aerario quod caste et integre custoditum fuit libertatis neruus est dicendum. Eius locus est in Tarpeia rupe cuius non paruam partem. et quam aerarii fundamenta substituisse tenemus per hos dies collapsam uidimus: superiori loco docuimus Varronem uoluisse Tarpeium montem Saturniam a priscis appellatam et in eo Saturni aedem fuisse. Et Macrobius in Saturnalibus sic scribit. Romani aedem Saturni aerarium esse uoluerunt q̄ tempore quo Italiam incoluit fertur in eo finibus nullum fructum esse commissum. Varro etiam ad libri quarti de lingua latina

lxxxii
De aerario ubi.

lxxxiii
aerarium ad quid.

sinem super uerbo Trutina. Vestigium etiam nunc manet in aede Saturni: quod etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam aerarium ab eo appellatum. Ex quibus omnibus colligitur aerarium fuisse ubi nunc sarum uidemus aedificiis denudatum contra Tyberim ⁊ ecclesiam sancti Nicolai in tuliano carcere supereminens. Sed multa de illo libet scribere loci dignitatem cunctis admirabilem redditura: quae ex trigesimo tertio Plinii libro ordine excerpsimus. Populus romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum usus est. Libralis unde etiã nunc libella dicitur ⁊ dipondius appendebatur assis. Quare aeris grauis poena dicta et adhuc expensa in rationibus dicuntur. quin etiam militum stipendi orum hoc est stipis ponderandae pensatores libripendes dicuntur. Seruio Primus signauit aes ante rudi usos romae Timaeus tradit signatum est nota pecudum: unde ⁊ pecunia appellatur. argentum signatuꝫ est anno urbis quingentesimo octogesimoquinto. Q. Fabio cõsule quinque annis ante bellum primum punicum. Et placuit denarius pro decem libris aeris. Quirinarius pro quinque. Sestertium pro dipondio ac semisse. Librae autem pondus aeris imminutum bello punico primo quom impensis res publica non sufficeret.

lxxxiiii
Primi aeris thusci nota Janus bifrons.

Nota aeris fuit ex altera parte Janus geminus ex altera rostrum nauis In triente uero ⁊ quadrante desquadrans antea triuncis uocatur a tribus unciis. Postea hannibale urgente. Q. Fabio maximo dictatore asses unciales facti: placuitque denarium sexdecim assibus permutari. Quinarium octonis. Sestertium quaternis ita res publica dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datis.

lxxxv
Primi argẽti signati nota

Nota argenti fuere bigae atque quadrigae. et inde bigati quadrigatiqꝫ mox lege papiniana semiunciales facti asses Lucinius Brutus in tribunatu plebis octauam partem aeris argento miscuit.

lxxxvi
argentũ romani non aurũ in tributis imperauerunt.

Aureus nummus post annum sexagesimum secundũ percussus est. Sz praeter alia miror populum romanum uictis gentibus semper in tributo argentum non aurum imperasse: sicut Carthagini Hannibale uicto argenti pondo annua in quinquaginta annos nihil auri. ⁊ infra. Auri in populi romani aerario fuere Sexto Julio Lucio Aurelio consulibus septem annis ante bellum punicum tertium pondo septingenta uiginti sex: argẽti nonaginta duo milia ⁊ extra numerum tricenta ⁊ septuaginta quinqꝫ milia. Item Sex. Julio Lucio aurelio consulibus hoc est belli socialis initio: octingẽta quadraginta septẽ auri põdo. Caesar in ꝑmo introitu in ciuili bello ex aerario protulit lateꝫ aureoꝫ triginta sex milia ⁊ in nummis pondo trecenta. Nec fuit aliis temporibus res publica locupletior.

lxxxvii
Judiciorum loca.

His quae ad aerarium spectauere perscriptis iudicia magnam in rei. p. administratione uim habentia ubi habita fuerint scribenda nobis fuit: nisi satis supra de illis fuisset dictum. In curiis enim ueteri ⁊ hostilia pontificii ⁊ ciuilis iurium causae agitabantur. q̃q̃ pro rostris ⁊ in comitio et diuersis in aedibus templisque multas aliquando actas fuisse causas legerimus. Sed quom eã abunde docuerimus loca passim minora quaeqꝫ indicare pergamus. Res militaris cuius disciplina rem auxit ⁊ tutata est romanam nullum ante uiolatam a principibus libertatem locum in urbe habuit.

Nam ⁊ si Capitolium arcem uidemus ubiqꝫ appellari. illa tamen romani nullo unq̃ praeter inuasionis gallorum senonum tempore pro munitione et tutela sunt usi. Et si uero Octauius augustus locum castris in urbe prim⁹ omnium principum constituit. nulla tamen alia ratione id fecit q̃ ne milites uagi et per urbem dispersi rapinis tumultu contentionibusqꝫ ciuitatem rederent inquietam. Hinc Rauennatium de quibus diximus in ianiculo ⁊ Misenatium peregrinorumqꝫ militum in caelio monte castra sunt ab illo constituta. Tyberius autem perniciosissimam libertatiqꝫ etiam imperio rem exorsus castra sicut Suetonius romae cõstituit: quibus praetorianae cohortes uagae ante id tempus ⁊ per hospitia dispersae continerẽtur. fuitqꝫ eius arcis ⁊ tyrannidum fomitis locus quem apud sanctum Sebastianum uia appia uel caput bouis appellant. Primus autem qui horum castrorum ⁊ corruptae premio eius militiae praesidio consulibus senatuqꝫ renitentibus imperium assumpserit fuit Claudius q̃ Suetonii uerbis ostendere libet Claudium latentem forte discurrens Gregarius miles animaduersis pedibus e studio sciscitandi quis nã esset agnouit: exauctumqꝫ ⁊ prae metu ad genua sibi accedentem imperatorem salutauit. hinc ad alios cõmilitões fluctuantes nec quicq̃ adhuc q̃ frementes perduxit ab his lecticae impositus. ⁊ quia sui diffugerant uicissim succolantibus in castra delatus est tristis ac trepidus miserante obuia turba quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra uallum inter excubias militum pernoctauit aliquanto minore spe q̃ fiducia. Nam consules cum senatu cohortibus urbanis forum capitoliumqꝫ occupauerant asserturi romam in libertatem: accitusqꝫ ipse p. tribunos plebis in curiam ad suadenda quae uiderentur ui ⁊ necessitate teneri respondit. Verum postero die ⁊ senatu segniore in exequendis conatibus per taedium ac dissensionem diuersa crescentium ⁊ multitudine quae circũstabat unum rectorem iam ⁊ nominatum exposcente armatos pro contiõe in nomen suum iurare passus est. promisitque singulis quindena sestertia primus caesarum fidem militis etiam premio pigneratus. Si quis autem castra praetoriana utrum in urbe sicut aliqui contendunt an extra urbem sicut diximus fuerint certius nosse cupit Cornelium tacitum legat. ubi de Galbae morte ⁊ nonio Ottonis imperio tractans praelium narrat. quod acerrimum est commissum in circo maximo in capitolio ⁊ pallatio ubi apertissime apparet praetorianos milites munimento castrorum innixos consulibus senatui et romano populo aliter sentientibus. quos uoluerunt tyrannos offecisse. ⁊ multorum bonorum caedem in urbe cõmisisse. heli⁹ Spartianus ingressum Seueri imp. in urbem Romam talem describit. Quom Romam uenisset Seuerus praetorianos quom sub armalibus inermes iussit sibi occurrere: eosdem sic ad tribunal uocauit armatis undiqꝫ circũdatus. Eo autem processit praetorianorum militum siue auctoritas siue audacia ut quem uellent imperatorem facerent. factumque imperio deturbarent. belius Lãpridius narratis heliogabali flagitiis talia scribit. per quae ostendit imperii ac uitae ⁊ necis illius arbitrium in praetorianis fuisse constitutum. Suntque haec Lampridii uerba. In castris uero milites praecanti praiecto dixerunt se arsuros esse heliogabalo si c impuros homines ⁊ aurigas abse dimoueret atque ad bonam frugem rediret.

lxxxviii
Castra Rauennatiũ misse natium peregrina simul.

lxxxix
Castra praetoria ubi et ad quid.

lxxx
Aedes castrorum quid.

Et Julius Capitolinus in maximiorum uita ostendit aedem fuisse in praetorianis castris in quam Senatus aliquando uocari consueuerit. praesertim quom de abrogaudo alicui imperio agendum esset. Sicq; abrogato imperio Maximinis patri ⁊ filio Gordiani duo: pater item ⁊ filiꝰ in aede castrorum declarati sunt Augusti cuius senatus consulti hanc formā Lampridius ponit. Quom uentum esset in aedem castrorum secto calendarum Juliarum ⁊ caetera. Julius Capitolinus Pupieni ⁊ Balbini imperatoꝝ gesta describens quantum castra praetoria Romae obfuerint ostendit his uerbis. Et Maximino quidem ad bellum profecto romae praetoriam remanserunt inter quos ⁊ populum tanta seditio fuit ut ad bellum ueniretur intestinum: romae pars maxima incenderetur: templa foedarentur: omnes plateae cruore polluerentur: ⁊ infra. Interea Romae iterum seditiões inter populum ⁊ milites ortae: ut nec quom edicta proponeret Balbinus audiretur. Veterani se in castra praetoria contulerunt cum ipsis praetorianis quos coepit populus obsidere. nec unquam ad amicitiam essent reducti nisi phystulas aquarias populus incidisset. Et idem Capitolinus praedictorum imperatorum uitae exitum narrans: haec habet uerba. Quae castra praetoria extra urbem fuisse demonstrant. In hac contradictione illis contendentibus milites superuenerunt atq; eos nudatos ambos uestib⁹ regalibus de pallatio cum iniuriis perduxerunt ⁊ per mediam ciuitatem ad castra raptare uoluerunt magna ex parte laniatos. Sed ubi compertum est germanos ad defensionem illorum superuenire ambos occiderunt ⁊ in itinere medio reliquerunt. Inter haec Gordianus Caesar sublatus a militib⁹ imperator est appellatus augustus. quia non erat alius in praesenti insultantibus militibus Senatui ⁊ populo romano qui se statim in castra recepīt. Idem quoq; Capitolinus scribit Senatus consultum de imperio Valeriani principis optimi in praetorianis castris factum fuisse.

lxxxi
De portu romano.

Portum romanum in rei pu. aedificiorum partibus poni debere non ambigo. de quo sic ait in Claudii uita Suetonius. Portum hostiae extruxit circundato dextra sinistraq; brachio ⁊ ad introitum profundo iam solo mole obiecta: quam quo facilius fundaret nauem āte demersit qua magn⁹ obeliscus ex aegypto fuerat auectus congestisq; pilis superposuit altissimā turrim in exemplum alexandrini pharī ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Eam autem nauim de qua dicit hic Suetoni⁹ supra ostēdimus fuisse illā qua obeliscus qui nūc est in uaticano fuit aduectus. et turris illius phareae partem non minimā marmorib⁹. tamen quibus olim crustata fuerat spoliatam extare uidemus. Portes item ponere possemus in hac rei pu. aedificiorum parte. Sed quom octo illos fuisse inuenerimus in urbe: non satis est nobis certa noticia plurium q̄ quos supra ex incidenti necessitate descripsimus. triumphali. aurelio. sublicio. ⁊ eo qui iouis insulam urbi iungit. Pariter dicimus de arcubus triumphalibus quoꝝ per pauci nunc integri uel non maiori ex parte cōminuti cernunt. nec dignum satis censuimus loca ubi magna illoꝝ pars fuerit inuestigare. Quatuor uero ex ipsis nunc extantium quos constat fuisse triūphales. vnū Domitiani ad sanctum Syluestꝝ descripsimus. reliquos tres Constantini. L. Septimii Seueriq;. ⁊. T. uespasiani accomodiori describemus tempore.

lxxxii
De pontibus in genere.

lxxxiii
de arcubus in genere.

Nam ⁊ si Capitolium arcem uidemus ubiq; appellari. illa tamen romani nullo unq̄ praeter inuasionis gallorum senonum tempore pro munitione et tutela sunt usi. Et si uero Octauius augustus locum castris in urbe prim⁹ omnium principum constituit. nulla tamen alia ratione id fecit q̄ ne milites uagi et per urbem dispersi rapinis tamultu contentionibusq; ciuitatem redderent inquietam. Hinc Rauennatium de quibus diximus in ianiculo ⁊ Missenatium peregrinorumq; militum in caelio monte castra sunt ab illo constituta. Tyberius autem perniciosissimam libertatiq; etiam imperiorem exorsus castra sicut Suetonius romae cōstituit: quibus praetorianae cohortes uagae ante id tempus ⁊ per hospitia dispersae continerētur. fuitq; eius arcis ⁊ tyrannidum fomitis locus quem apud sanctum Sebastianum uia appia uel caput bouis appellant. Primus autem qui horum castrorum ⁊ corruptae premio eius militiae praesidio consulibus senatuq; renitētibus imperium assumserit fuit Claudius q̄ Suetonii uerbis ostendere libet Claudium latentem forte discurrens Gregarius miles animaduersis pedibus e studio sciscitandi quis nā esset agnouit: exauctumq; ⁊ prae metu ad genua sibi accedentem imperatorem salutauit. hinc ad alios cōmilitōes fluctuantes nec quicq̄ adhuc q̄ frementes perduxit ab his lecticae impositus. ⁊ quia sui diffugerant uicissim succolantibus in castra delatus est tristis ac trepidus miserante obuia turba quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra uallum inter excubias militum pernoctauit aliquanto minore spe q̄ fiducia. Nam consules cum senatu cohortibus urbanis forum capitoliumq; occupauerant asserturi romam in libertatem: accitusq; ⁊ ipse p tribunos plebis in curiam ad suadenda quae uiderentur ui ⁊ necessitate teneri respondit. Verum postero die ⁊ senatu segniore in exequendis conatibus per taedium ac dissensionem diuersa crescentium ⁊ multitudine quae circū stabat unum rectorem iam ⁊ nominatum exposcente armatos pro contiōe. in nomen suum iurare passus est. promisitque singulis quindena sextertia primus caesarum fidem militis etiam premio pigneratus. Si quis autem castra praetoriana utrum in urbe sicut aliqui contendunt an extra urbem sicut diximus fuerint certius nosse cupit Cornelium tacitum legat. ubi de Galbae morte ⁊ nono Ottonis imperio tractans praelium narrat. quod acerrimum est commissum in circo maximo in capitolio ⁊ pallatio ubi apertissime apparet praetorianos milites munimento castrorum innixos consulibus senatui et romano populo aliter sentientibus. quos uoluerunt tyrannos offeciſſe. ⁊ multorum bonorum caedem in urbe cōmisisse. heliꝰ Spartianus ingressum Seueri imp. in urbem Romam talem describit. Quom Romam uenisset Seuerus praetorianos quom sub armalibus inermes iussit sibi occurrere: eosdem sic ad tribunal uocauit armatis undiq; circūdatus. Eo autem processit praetorianorum militum siue auctoritas siue audacia ut quem uellent imperatorem facerent. factumque imperio deturbarent. helius Lāpridius narratis heliogabali flagitiis talia scribit. per quae ostendit imperii ac uitae ⁊ necis illius arbitrium in praetorianis fuisse constitutum. Suntque haec Lampridii uerba. In castris uero milites praecanti praefecto dixerunt se arsturos esse heliogabalo sic impuros homines ⁊ aurigas abse dimoueret atque ad bonam frugem rediret.

lxxxviii
Castra Rauennatiū misse natium peregrina simul.

lxxxix
Castra praetoria ubi et ad quid.

lxxxx
Aedes castrorum quid.

Et Julius Capitolinus in maximiorum uita ostendit aedem fuisse in praetorianis castris in quam Senatus aliquando uocari consueuerit. praesertim quom de abrogando alicui imperio agendum esset. Sicq; abrogato imperio Maximinis patri ⁊ filio Gordiani duo: pater item ⁊ filiꝰ in aede castrorum declarati sunt Augusti cuius senatus consulti hanc formā Lampridius ponit. Quom uentum esset in aedem castrorum sexto calendarum Juliarum ⁊ caetera. Julius Capitolinus Pupieni ⁊ Balbini imperatorꝫ gesta describens quantum castra praetoria Romae obfuerint ostendit his uerbis. Et Maximino quidem ad bellum profecto romae praetorianae remanserunt inter quos ⁊ populum tanta seditio fuit ut ad bellum uteriretur intestinum: romae pars maxima incenderetur: templa foedarentur: omnes plateae cruore polluerentur: ⁊ infra. Interea Romae iterum seditiões inter populum ⁊ milites ortae: ut nec quom edicta proponeret Balbinus audiretur. Veterani se in castra praetoria contulerunt cum ipsis praetorianis quos coepit populus obsidere. nec unquam ad amicitiam essent reducti nisi pbystulas aquarias populus incidisset. Et idem Capitolinus praedictorum imperatorum uitae exitum narrans: haec habet uerba. Quae castra praetoria extra urbem fuisse demonstrant. In hac contradictione illis contendentibus milites superuenerunt atq; eos nudatos ambos uestib⁹ regalibus de pallatio cum iniuriis perduxerunt ⁊ per mediam ciuitatem ad castra raptare uoluerunt magna ex parte laniatos. Sed ubi compertum est germanos ad defensionem illorum superuenire ambos occiderunt ⁊ in iti nere medio reliquerunt. Inter haec Gordianus Caesar sublatus a militib⁹ imperator est appellatus augustus. quia non erat alius in praesenti insultantibus militibus Senatui ⁊ populo romano qui se statim in castra recepūt. Idem quoq; Capitolinus scribit Senatus consultum de imperio Valeriani principis optimi in praetorianis castris factum fuisse.

lxxxxi
De portu romano.

Portum romanum in rei pu. aedificiorum partibus poni debere non ambigo. de quo sic ait in Claudii uita Suetonius. Portum hostiae extruxit circundato dextra sinistraq; brachio ⁊ ad introitum profundo iam solo mole obiecta: quam quo facilius fundaret nauem ãte demersit qua magn⁹ obeliscus ex aegypto fuerat auectus congestisq; pilis superposuit altissimā turrim in exemplum alexandrini pbari ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Eam autem nauim de qua dicit hic Suetoni⁹ supra ostēdimus fuisse illā qua obeliscus qui nūc est in uaticano fuit aduectus. et turris illius pbareae partem non minimā mārmorib⁹. tamen quibus olim crustata fuerat spoliatam extare uidemus. Pontes item ponere possemus in hac rei pu. aedificiorum parte. Sed quom octo illos fuisse inuenerimus in urbe: non satis est nobis certa noticia plurium q̄ quos supra ex incidenti necessitate descripsimus. triumphali. aurelio. sublicio. ⁊ eo qui iouis insulam urbi iungit. Pariter dicimus de arcubus triumphalibus quoꝝ per pauci nunc integri uel non maiori ex parte cōminuti cernunt. nec dignum satis censuimus loca ubi magna illoꝝ pars fuerit inuestigare. Quattuor uero ex ipsis nunc extantium quos constat fuisse triūphales. vnū Domitiani ad sanctum Sylueſtꝝ descripsimus. reliquos tres Constantini. L. Septimii Seueriq; ⁊ T. uespasiani accomodiori describemus tempore.

lxxxxii
De pontibus in genere.

lxxxxiii
de arcubus in genere.

lxxxxiiii
De aquae ductibus in genere.

Hac etiam in parte aquae ductus ostendere expediens uidetur Julius Frontinus curandis aquis praefectus a Nerua imperatore institutus elegans de aquae ductibus scripsit ex quo nonnulla ad rem nostram facientia hic excerpsimus. Ab urbe condita per annos quadraginta ⁊ vnum supra quadringentos: contenti fuerunt romani usus aquarum. quas aut ex tyberi aut ex puteis aut ex fontibus hauriebant. nunc in urbem influunt. Appia. anio uetus. Martia. Tepula. Julia. Virgo. Alsietina quae eadem uocatur augusta. Claudia. anio nouus. Quae autem fuerint istae aquae. et unde. quodq; passuum milibus uel sub terram uel arcubus ducerentur. ⁊ si Frontinus copiose scribit parū nobis intelligibile est: q̄ ⁊ ipsae formae maiori ex parte corruerunt. Et nomina locorū per quae illorum fines missiq; descripsit interierunt. Formarum autem magnificentiam totius orbis et ipsius urbis miracula superasse infrascripta ostendunt Frontino excepta. Quoniam auctores cuiusq; aquae aetates praeterea ordines ⁊ longitudines riuorum ⁊ ordinem librae persecutus sum: non alienum mihi uidetur etiam singula subiicere. ⁊ ostēdere quanta sit copia quae publicis priuatisq; non solum usibus ⁊ auxiliis: uerꝫ etiam uoluptatibus sufficit. Et per quot castella: quibusque regionibus deducatur: quantum extra: q̄ intra urbem et ex eo quantum lacubus: quantum muneribus: quantum operibus publicis: quantum nunc Caesaris: quantum priuatis usibus erogetur: eoꝝ Frontini uerborum duo tantummodo dixrimus exponenda. Quid castellum lacusq; fuerint ea in iuris ciuilis parte quam digestos appellant libros Ulpianus titulo de aqua quotidiana et aestiua: castellum inquit est receptaculum quod aquam publicam suscipit. Et Jabolenus etiam iure consultꝰ Castellum ex quo fistulis aqua duceretur. Quom itaque ductus aquarum ad uiarum diuortia uel regionum urbis fines perducti erant castella in formarum summitate erant ex quibus aqua per digitos uncias et modulos aedificiis operibusque ⁊ muneribus publicis ac priuatorum usibus diuidebantur. In solo autem lacus erant alia aquarum receptacula ex quibus cū romanae plebis et fullonum otiariorum aliorumque opificum necessitatib⁹ satisfieret. tum horti irrigabantur. et quod plane ostendit Frontinus inter plurima aquarum commoda illud non extremum erat q̄ aeris salubritati maxime conferebant. Suntq; haec Frontini libro secundo uerba. Sentit hāc curam imperatoris pūssimi Neruae principis sui Roma regina orbis et terrarum domina cui par nihil secundum. et magis sentit salubritas eiusdem aeternae urbis aucto castellorum operum munerum et lacuum numero. nec minus ad priuatos commodum ex incremento beneficiorum eius diffinitur. Illi quoque qui timidi illicitam aquam ducebant securi nunc ex beneficiis feruntur. nec pereuntes quidem aquae ociosae sunt: alia mundiciarum facies. purior spiritus. et causae grauioris caeli quibus apud ueteres aer urbis infamis erat remotae sunt. Licet uero Julius Frontinus aquas urbis tantummodo nomen suis temporibus fuisse scribet. Sex. Ruffus vir consularis qui Frontino posterior Dioclitiani tēporibus urbē romā descripsit aquas ipsas ad. xix. enumerat. Traianā. tiniā. martiā. claudiam. ceruleam. iuliam. augustam. appiam. algentiam. cuminiam. Sabbatinam. Aureliam. Damnatam. uirgineam. Tepulā. seuerianā. antonianā

Castellum receptaculum aquarum publicarum

aqua confert aeris salubritati.

Romae aer infamis.

lxxxv
aqua martia.

lxxxvi
aqua virginea.

lxxxvii
aqua Claudia.

lxxxviii
De causis ruinae aquae ductorum.

lxxxix
Gothos nō diruisse aque ductus.

Alexandrinam quarum unica nunc ut diximus supra uirgo urbē influit. De earum aliquibus sic habet in .xxxvi. Plinius. Sed dicantur uera exti matione inuisa alibi miracula. Q. Martius iussit a senatu aquarum Al nis ductus reficere nouam a nomine appellaram Luniculis per montes ac tis intra praeturae suae tempus adduxit.

Agrippa in aedilitate sua adiecta uirginea aqua caeteriscz corriuatis at cz emendatis lacus septingentos fecit. Idcz fuit quod Octauium augustū populo romano uinum petenti subiratum respondisse scribit Suetonius. Tot aquas introduxit Agrippa gener meus z uinum quaeritis. Plinius item infra. Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis inchoati a. C. Caesare z peracti a Claudio quippe lapideam excel sitatem omnes urbes z montes aequantem ut lauacra impleret: curtios atcz ceruleos fontes adductos erogata in id opus talentum quingenta sexa ginta milia. Is est nunc aquae ductus quem a porta Nouia cui maiori est appellatio ad lateranensem basilicam. z inde per caelii montis dorsum ad auentinum montem fuisse perductum ex Cassiodoro papa supra ostendim? Sequitur. Item Plinius. Quod si quis diligentius existimauerit aqua rum abundantiam in publico balneis. piscinis. euripis. domibus. hortis. suburbanis. uillis. spaciacz uenientium. extructos arcus. montes pfossos. conualles aequatas. fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe ter rarum. Eam nos uerborum Plinii magnitudinem reliquis formar ū quae nunc cernuntur comparantes illum nullatenus excessisse: nec rem magnam uerbis fecisse maiorem iudicamus.

Faciunt etiam ad hoc Frontini uerba quae subiiciemus. Hi sunt arcus altissimi sublcuati sub quibusdam locis pedes centum nouem tot aquarum tam multis necessariis molibus: pyramides v3 ociosas compares. aut cae tera inertia. sed fama celebrata graecorum. Quot uero causas tantae iactu rae quantam fecit urbs Roma in aquarum eiusmodi per formarum demo lirionem aversione duas uulgo afferri uidemus. uetustatem scilicet et Go thorum crudelitatem: hos ab iniusta immeritoz per calumniā nota quom purgauero. uetustas etiam quo ad formarum demolitionem sua inuidia li berabitur.

Et quidem quantum ad Gothos attinet Theodericum qui fuit p:im? gentis ostrogothae rex z Romam duo de quadraginta annis dominio sub actam tenuit. z alias diximus et identidem affirmamus: urbem Romam summis beneficiis prosecutum fuisse. moenia illius. theatra. amphitheatra pallatia. thermas. cloacas. z in primis aquarum formas instaurari arbori bus sentibus purgari. z aliqua ex parte refici curauisse. ut per annos septu aginta quibus ostrogothi regno romae z Italiae sunt potiti: Octauii Au gusti. Traiani. Hadriani. Antonini. Pii. aut Alexandri Seueri amorem in romanam rem desiderari nequaq̄ oportuit. Quod quidem quia multis ignorantibus incredibile futurum non ignoramus: libet uno testimonio cō firmare ad aquarum de qua nunc agimus materiam faciente: affertcz id te stimonium. non doctissimus modo sed christianus z vitae laudatissime sena tor primo romanus z postea monachus Cassiodorus. Venerat Romam ex aphrica uir quispiam deducendorum aquarum laticumcz inueniendarū

peritissimus. de cuius aduentu quom certior ab urbe factus esset Theodo ricus rex haec ex Ravenna ad romanos caeteroscz prouintiales epistolas dedit.

filium aliquot matronis stupri damnatis ex eo mulctatitio aere extruxisse. Et sicut Plinius libro.xxxv.scribit aedes Cereris apud Circum maximum fuit Liuius ipse in bello macedonico scribit aedem iuuentutis in circo maximo Licinium duumuirum dedicasse. Ouidius uero scribit templum Mercurii spectasse Circum maximum: suntq; uersus ea in parte festorum cuius est initium Clare nepos atlantis.ubi ita sequitur. Templa posuere patres spectantia circum: Idibus ex illo est tibi festa dies. Habet etiam Ouidius in sexto fastorum. Columnam breuem marmoream fuisse circum ad quam romani ad bella profecturi hastam proiiciebant eam partem uersus in quam ituri erant suntq; haec carmina. Prospicit a tergo sūmum breuis area circum: Est ibi non paruae parua columna notae. Hinc soler hasta manu belli pronuncia mitti: In regem et gentem quom placet arma cape.

Erat etiam altera in parte circi templuz herculis in quod nec canes nec muscae intrabant. Quod templum Sylla iussu Sybillae fecit Ouidii carmina. Altera pars Circi custode sub hercule tuta est. Quod deus euboico carmine munus habet. Si titulos quaeris Sylla probauit opus. Plinius autem serio reddit causam quare canes herculis templum non ingrediebantur quam quia iocunda est omittere noluimus. Dicit enim clauam herculis cum qua eo in templi loco Lacum occiderat post primas eius templi ualuas fuisse locatam cuius odore ⁊ non immerito absterrerētur canes. ne scio autem an et muscae ipsum borruerint clauae odorem.

Circi Flamminii Marcus Varro hanc ponit originem. Circus flaminius dicitur qui circum aedificatus est flamminium campum. et q; ibi quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt. Liuius libro tertio quom legem latam scribit. Ne cui fraudi esset secessio ab decenuiris facta subiungit sic. Ea omnia in pratis flamminiis concilio plebis acta quem nunc circum flamminium appellant. Plinius autem libro trigesimoquinto sic scribit. Inuenio a consulatu Octauii qui de Perseo rege naualem triumphum egit factam porticum duplicem ad circum flamminium quae corinthia sit appellata a capitulis aereis columnarum. Estq; is circus flaminius de quo superiori loco portam indicantes Collinam diximus Liuiū scribere libro ultimo de bello macedonico. quom dicit ita abundasse Tyberim ut ludi apollinares circo inundato extra portam Collinam parati fuerint.

xxxi
De pratis flamminiis
xxxii
De aede apollinis.
xxxiii
De equuria.

De pratis autem flamminiis sic habet item Liuius in tertio. Itaq; in de consules ne criminationi locus esset in prata flamminia ubi nunc aedes Apollinis est iam tum apollinarem appellabant aduocauere Senatum.
De cursu autem equoz quos Varro dicit in circo flamminio ludis taureis circum metas currere sic habet Ouidius ad fastorum secundi libri finem. Iamq; duae restant nocte de mense secundo: Marsque citos iunctis curribus urget equos. Ex uero positum permansit equuria nomen. Quae Deus in campo praestitit ipse suo. ⁊ Marc⁹ Varro de equuria sic habet. equuria ab equorum cursu. eo enim die ludis currunt in martio campo. De hoc Lassiodorus in epistola cuius partem ultimam superiore de Circensibus loco posuimus. postquam ad ludicrum quo equis iunctis currebant

curribus multum laudauit: sic subiunxit. Primum hoc apud Elidem asiae ciuitatem Enomaus fertur edidisse. quod postea romulus in raptu Sabinarum nec dum fundatis aedificiis ruraliter ostentauit Italiae. Sed mundi dominus ad potentiam suam opus extollens mirandam etiam romanis fabricam in uallem martiam tetendit augustus. ut immensa moles firmiter praecincta montibus contineretur.

Eadem uero in epistola satis innuit Cassiodorus solitos ab augusti mausoleo sex portis dimitti iunctos currus qui per equuriam in flammineū circum currerent: ut constare credamus locum cui nunc Agoni est nomen circum fuisse flammineum. Nam si aliquis quod nos aliquando fecimus postremam montis citatorum partem conscenderit ⁊ oculo metietur profecto intelliget ab augusti sepulchro rectam fuisse uiam aedificiis nunc contectaz quae duceret ad ecclesiam sanctae Mariae in equuria appellatam. ab ipsa autem ecclesia in circum flamminium nunc agonem recta breuis ⁊ usu expeditissima nunc est uia.

Nec dubitamus quin ea campi primo ⁊ postea circi flamminii causa factum sit ut uia quae ab illis ad augusti monumenta ⁊ ad proximum olim flumentanam nunc appellatam populi portam ducit dicta sit flamminea.

Utrum uero eadem ratione ⁊ regio Italiae nunc Romandiola a foro Cornelii. nunc Imola ad Pisaurū ⁊ uia omnis ab ipso foro Cornelii usq; in urbem Romam flamminium habuerint cognomē incertum est. hinc magis angimur animo q; omnium flamminiae urbium speciosissima forum Lucii nos genuit. aluitq; et forte nunc ab eadem in urbe Roma sub citatorum monte flamininiam incolimus uiam.

De mutatione nominis Circi flammunii in Agonem parum admirari debebunt qui nouerint agonis uerbum commune esse cuilibet actioni quo cunq; in loco publice instituatur. ⁊ in tanta tanq; absurda omnium appellationum mutatione quantam fecerunt romanae urbis aedificia. haec satis uiderur toleranda: quom locus ipse ne dum florente roma multorum ludorum spectaculorumq; agones habuit. Sed nostris quoq; temporibus si quis attente considerauerit ludorum quoq; apollinarium similitudinē repraesentent. quae enim carnis priuii extremo Iouis die ipso in circo eduntur spectacula originem habuisse uidentur ab apollinaribus ludis. de quibus macrobius in Saturnalibus sic scribit. Bello punico bi ludi ex sibyllinis libris primum sunt instituti suadente Cornelio Ruffo decenuiro. ⁊ infra. Censuerunt patres apollini ludos inueniendos faciendosque. Inq; eam rem duodecim milia aeris praetori et duas bostias maiores dari decenuiris praeceptū ut graeco ritu biscae bostiis sacrum facerent apollini boue aurato ⁊ capris duabus albis auratis. Latonae boue foemina aurata. ludos in circo populus coronatus spectare uisus. Qui autem ratione uel coniectura ducti affirmauerimus esse ludorum apollinarium similitudinem quae nunc etiam praedicto tempore seruatur libet ostendere. uidimus ex. T. Liuii tertio senatum fuisse aduocatum in prata flamminia ubi postea fuit aedes apollinis. ⁊ iam tum apollinarem appellabant. Pandulphus autem lateranensis ecclesiae bostiarius quod Petrus omiserat bibliothecarius habet. hadrianum primum pontificē romanum aedificasse sancti apollinaris ecclesiā ubi

xxxiiii
Ab augusti mausoleo curebant in nunc agonem.

xxxv
Eccl'ia. s. mariae i equria

xxxvi
Origo uocabuli uiae flaminiae.

xxxvii
Flammineae prouinciae origo uocabuli.

xxxviii
De mutatione nōis flaminii in nunc agonem.

xxxix
Agonis ludi ab apollinaribus traducti.

xl
Eccl'ia. s. apollinaris.

xli
De minutioribus dispersis in genere.

prius Apollinis aedes fuit, quod quidem nulla alia ratione factum uidet: celebri tunc in urbe loco apollinaris & loci & aedis appellatio a ritu gentilium celebris tractu temporis in sancti apollinaris praesulis rauennatis memoriam uerteretur. Sic in pantheone proximo illi loco haud diu antea omnium idolorum quibus id templum erat dedicatum cultus in omnium christi domini martyrum memoriam fuerat mutatus.

Jam tandem quartae distributionis nostrae parti manum apponentes minutiora & uariis dispersa locis ostendere aggrediamur.

xlii
De neronis domo.

Prima tamen erit Neronis domus: de qua Suetonius sic scribit. Domum a palatio exquilias fecit quam primo transitoriam mox incendio absumptam restitutamq; auream nominauit. de cuius spacio atq; cultu sufficerit haec rettulisse: Vestibulum eius fuit in quo Colosseus centum uiginti pedum staret ipsius effigies tanta laxitas ut porticus triplices miliarias haberet. Item stagnum maris instar circunsaeptum aedificiis ad urbium speciem. Rura insuper aruis atq; vinetis & pascuis syluisq; uaria cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum in caeteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis, vnionumq; conchis erant coenationes laqueatae tabulis eburneis uersatilibus ut flores fistulis ut unguenta desuper spargerentur: praecipua coenationum rotunda quae perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circum ageretur, balneae marinis & albulis fluentes aquis.

Eandem domum quom absolutam dedicaret: hactenus comprobauit ut se diceret quasi hominem tandem habitare cepisse. De ipsa item domo Cornelius Tacitus ubi incendium Romae describit sic habet. Eo tempore Nero Antii agens non ante in urbem regressus est q̄ domui qua palatium & Maecenatis hortos continuauerat ignis propinquaret, neq; tamen sisti potuit quin & palatium & domus & cuncta circū haurirentur. & infra. Caeterum Nero natus est patrie ruinis extruere domum. in qua aut proinde gemmae & aurum miraculo essent solita pridem & luxu uulgata q̄ arua & stagna & in modum solitudinum hinc syluae inde aperta spacia & ꝓspectus.

xliii
aedes fortunae ex lapide translucente.

Eam in domum Neronem inclusisse aedē fortunae quae ex lapide pbeginde translucens, aedificata foribus clausis claritatem diei intus haberet Scribit Plinius in. xxxvi. idemq; in. xxxiii. dicit in aureae domus Neronis solariis aues ex argento mirabili opere sculptas fuisse. ubi autē fuerint porticus triplices miliariae, ubi stagna syluae & arua tenui possumus asse qui coniectura q̄ illis in eisdem locis excaelsa amplissima postmodum aedificata fuerunt aedificia.

xliiii
Dom⁹ neroīs loc⁹ q̄ fuit.

Nanq; id totum domus aureae spaciū fuit ab ea parte pallatii quae nūc monasterium sancti Gregorii e regione respicit recte ueniendo per Cōstantini arcum triumphalem coloseum & Traiani forum quousque nunc domū cardinalis Columnae sub mecoenatiana turre pertingim⁹. Sicque Septironium arcum Constantini amphitheatrum & Titi Vespasiani thermas Traianique forum diuersis postea temporibus diruptae domus aureae solum arua siluasque stagna occupasse oportebit.

xlv
Titus in stagnis Neroīs amphitheatrum.

Primum qui tantae mutationi manum apposuerit fuisse uidetur Titū Vespasianum de cuius occupatiōe Neronis stagnorum fidele supra posuimus Martialis testimonium. Hic ubi cōspicui uenerabilis amphitheatri

Erigitur moles stagna Neronis erant. Vtrum autem titus Colossus qui in domus aureae porticu erat intra amphitheatrum aedificando concluserit an postea illuc transtulerit aut prope illud stare permiserit incertum habemus. Et tamen constat nobis id colossum multis temporibus ad amphitheatrum fuisse a quo uulgus totam eam molem postea Colosseum appellauit. helius Lampridius in Antonini Commodi uita scribit. Colossi autē caput depressit quod erat Neronis ac suum imposuit et titulum more solito subscripsit. Nosque caput Commodi in nummismatibus noscentes uidemus id aeneum & certe maximum caput, quod nunc ad Lateranensem basilicam cernitur fuisse illud quod spurcissimus ipse Commodus flagitiosissimi Neronis capiti subrogauit. Secundus autem traianus forum extruxit de quo Ammianus Marcellinus libro decimo sexto sic habet. Verum quom ad traiani forum uenisset singularem sub omni caelo structuram ut opinamur aeternam moenium ascensione mirabilem haerebat attonitus per giganteos contextus circunsereus mentem nec relatu effabiles, nec rursus mortalibus appetendos. Omnibus itaque spe huiusmodi quicq̄ conandi depulsa traiani equum solum locatum in atrii medio qui ipsum principem uehit imitari se uelle dicebat et posse; cui prope astans regalis Ormisda cuius ex Perside discessum supra monstrauimus, respondit ante stabulum tale coridas. Ex omnibus uero quae insignis tot tantorumque aedificiorum structura habuit partibus unica extat integra. Coclis columna boni praestantissimique principis res gestas mirabili opere insculpta, ad cuius basim incisae litterae ostendunt, terreum collem qui eius turris altitudinem aequaret ut area fieret plana, unde operibus effossum asportatumque fuisse. In eius fori excelsis mirabilibusque ruinis Symachus primus papa ecclesias sancti Basilii et item sancti Siluestri & Martini extruxit. Bonifacius autem octauus tres turres quae nunc integrae extant ad easdem ruinas aedificauit, quarum quae media inde militarium est dicta turris q̄ cellis superaedificata est in quibus traiani principis milites continebantur. Quod autem traianus ipse imperatoris Neruae, a quo fuit adoptatus memoriā cuperet conseruari praedictam fore sui molem Neruae ipsius foro atrioq; consumcit in caelsis quorum pinneae ad eam partem quae in sancti badriani ecclesiam uergit. & ubi nunc uulgi corruptela dicitur arca noe. Litterae etiam extant cubitales neruae titulos praeferentes. Id uero neruae forum fuisse transitorium appellatum helius Spartianus in alexandri Seueri uita indicat his uerbis. Statuas lacosas uel pedestres nudas uel equestres diuis imperatoribus in foro diui neruae quod transitorium dicitur: locabat omnibus cum titulis et columnis aereis quae gestorum ordinem continerent. Sed quare transitorium sit dictum id forum coniicimus q̄ ex eo ad alia propinqua atque contigua fora transiretur ad magnum uidelicet romanum et traiani forum, unde ecclesia quae est sancti badriani ab honorio primo pontifice romano temporibus Focae imperatoris aedificati in tribus foris a bibliothecario appellatur q̄ ipsius ecclesiae locum ad dicta tria fora pertinuisse uideamus. Est enim ipsius sancti badriani ecclesiae ꝓpinqua alia ecclesia sanctae Martinellae nunc appellata quam uulgo fertur in Martis templo fuisse aedificatam. Sed q̄ templum ibi Mars habuerit

xlvi
De Colosso a quo nunc Colosseus.

xlvii
Caput aeneum quod nūc est ad lateranum.

xlviii
De foro traiani.

xlix
De equo traiani aeneo

l
De coclide colūna traiana

li
Ecclesia sancti Basilii

lii
Tres turres in aquis miliariarum.

liii
De foro neruae quod transitorium fuit dictum.

liiii
Ecclesia sancti Badriani in tribus foris.

lv
Ecclesia. s. Martinellae

lvi
Marus mars fora appella ta quid

ignoramus: ⁊ tamen uidemus ipsa in ecclesia cohortem romanam militum more ad instar hominis figuram incisorum cuius uexillifer labrum pro insigni habet: quae ornamenta nullum aliud magis q̄ martis templum dicebant. Et item eidem propinqua loco statua ingens marmorea iacens mars fori nunc uulgo appellata: quam peritiores romani perhibent Iouis panario fuisse dicatam; argumentaque afferunt q̄ marmorum statuae strictum tanq̄ panibus marmoreis uideatur obtectum. dicunt que eam statuam ideo positam esse ut memoriam referret panis quem maiores a Senonib⁹ gallis in capitolio obsessi quom fame perirent in hostem ut mentitam copiam rerum praetenderent; proiecerunt. cuius rei ueritatem aliorum qui melius q̄ nos sciant iudicio relinquimus.

lvii
De Septironio

De Septironio autem quod in domus aureae solo diximus fuisse aedificatum uarie scribi inuenimus. Id autem est aedificium ante beati Gregorii monasterium cuius magna ex parte demoliti tres columnarum ordines in uicem supppositi nunc uisuntur. Fuit uero Seueri Afri imperatoris sepulcrum. de quo Aelius Spartianus dicit. Opera eius publica Romae praecipua extant. Septironium, ⁊ thermae Seuerianae. Et paulo infra. Idem Spartianus. Quom septironiū faceret nihil aliud cogitauit q̄ ut ex aphrica uenientes suum opus cernerent. et medium simulacrum eius locatus ad ditum pallantis aedibus. Is regium arcum ab ea parte facere uoluisse perhibetur. quod etiam post Alexander quom uellet facere ab aruspicibus. dicitur esse prohibitus: quom hoc sciscitans non litasset. Iulius uero Capitolinus in Antonini genere qui fuit dicti Seueri filius uita dicit. Illatus est maiorum sepulcro hoc est Seueri quod est in Appia uia euntibus ad partem dextram specie Septodii extructum quod ille sibi uiuens ornauerat.

Septodium.

Et Septodium sic Iulius Capitolinus appellat. Nouimus graecos dixisse locum ad quem ciuibus frequentatum multae perducantur uiae qui nūc Lodiae est appellatio ut uideatur innuere Capitolinus Seuerum sibi parauisse sepulcrum ad quod ciues saepenumero conuenirent. Quare autem a Spartiano Septironium appelletur intelligere nequiuimus. Estq; nostra opinio eo in uerbo librarios erraūisse ⁊ Septironium pro Septodium posuisse. Sed uidemus eos qui a mille annis citra romanorum pontificum gesta scripserunt appellare paruam nunc et integram ecclesiam illi Septisonio subiectam atq; propinquam quae est cardinalatus titulus sanctam Luciam in septa solis: cuius appellationis rationem haud quaq̄ nostro iudicio absurdam reddere possumus q̄ inuenimus fuisse in eius columnaris aedificii summitate idolum Solis eximium radios oblongos auratosque ad caput babens. et quod aspiceret Colossum Neronis: a quo Colosseum diximus appellari.

lviii
Scā Lucia in septa solis

lix
Arcus triūphalis seueri.

Idem Seuerus arcum triumphalem habuit sibi ⁊ Marco aurelio cōmunem a Senatu populoque romano positum qui nunc integer ad sanctū Hadrianum sub capitolio cerniter estq; titulus imperatori Caesari. L. Septimo. M. F. Seuero. Caetera sunt nota.

lx
De arcu Constantini.

De Arcu Constantini quem in Neronis stagnis aedificatum fuisse diximus pauca dicere expedit q̄ in eo nunc integro talis titulus habetur. Imperatori Caesari Flauio Constantino maximo Publii silio Augusto. S.

P. M. R. q̄ instinctu mētis diuinitatis magnitudine cū exercitu suo tā de tyranno q̄ de omni factione uno tēpore iustis rem. p. ultus est armis arcum triumphis insignem dicauit.

lxi
De domo. C. caesaris

Postquā de Neronis domo ⁊ maximis quae in eius demolitae loco cōstructa fuerunt aedificiis dictum satis est. Et mulgi errorem habere uidemus id quod Traiani forum esse docuimus Iulii Caesaris domum fuisse. Sed ubi fuerit ipsa Caesaris domus ostendemus. Primum Suetonius in illius uita scribit. Habitauit primo in modicis aedibus. pontificatum maximum in sacra uia domo publica. Et Plinius libro decimonono. Caesar dictator totum forum romanum uiamque sacram ab domo sua in cliuum usq; capitolinum in munere gladiatorio linteis contexit. Fuitq; ipsa domus quā Octauius Augustus a Liuia nepte nimis sumptuose ornatam. sicut Suetonius scribit ad solum dirui fecit. in cuiusque area postea porticus Liuia fuit. de qua Ouidius sexto fastorum Hisce tamen ueniens aetas ubi Liuia nunc est porticus immensae tecta fuisse domus. Id eamque porticum scribit Plinius Uespasianum pacem suam aedificasse.

Liuia porticus
locus omissus enodandus

lxii
De Pantheo

Pantheon quod templum describere supra polliciti fuimus a Marco Agrippa aedificatum fuisse titulus in frontispicio adhuc ostendit. Plinius libro trigesimoquarto scribit. Saracusana sunt in pantheo capita columnarum a Marco Agrippa posita. Id templum Spartianus dicit ab Hadriano instauratum fuisse. ⁊ minores in frontispitio litterae edocent eandem instaurationem a Septimio ⁊ M. aurelio antonino fuisse factam. Macrobius in saturnalibus magnitudinem describens unionis quem Cleopatra in auribus gestabat: sic scribit. Ipse autem cuius fuit magnitudinis inde colligi poterat q̄ qui superfuit postmodum uicta regina ⁊ capta aegypto romaq; delatus difectusq; est. ⁊ factae ex una margaritae duae impositaeq; simulacro Veneris ut monstruosae magnitudinis in templo quod pantheon dicit

lxiii

Bonifacius autem quartus pontifex romanus a Foca imperatore obtinuit id templum in honorem beatae mariae uirginis ⁊ omnium christi martyrum consecrari. inde apud eos qui de christianorum gestis in urbe roma septingentis annis citra scripserunt. ea ecclesia aliquando ad martyres appellabatur. Eius stupendum fornicem uetustate ipsa ⁊ terremotibus scissum ruinamq; minantem tua pontifex Eugeni opera impensaq; instauratū ⁊ cartis plumbeis alicubi deficientibus coopertum lera inspicit curia.

lxiiii
Pātbei mutatio i sanctae mariae ecclesiam.

Et quom ipsa insignis ecclesia caeteras facile superans multis ante saeculis caelsas quibus attollitur columnas habuisset: sordidissimis diuersoruz tabernis questium a quibus obsidebantur occultatas emundatae nūc in circuitu bases ⁊ capita denudatae mirabilis aedificii pulchritudinem ostendūt acceduntq; decori stratae tiburtino lapide subiecta templo area. ⁊ quae ad aetatis nostrae campum martium ducit uia.

lxv
Idē columnas Pantbei detexuit.

Uando autem nos aere aliēno liberare coepimus: promissa item uicinia Iugarii Equimelii et Salmarum loca indicemus. Et quidem de uico iugario quid dicere possimus nihil aliud est q̄ quod Liuius in bello macedonico dicit. Saxum ingens a capitolio in uicum iugarium procidit et multos oppressit. Nunc autem seruat aetas nostra ut uicino in loco sub capitolio ad eam partem quae uersa est in Lucii Septimii Seueri arcum

lxvi
Idem aream Pantbei lapide strauit.

lxvii
Uicus iugarius ubi fuit.

lxviii
De equimelio quid et fuerit.

triumphalem ⁊ carrus ⁊ iuga boum fiant.

De Equimelio Liuius quarto ab urbe condita quom Spurii medii ex equestri ordine ad concupitum regnum factam caedem scripsisset addidit. Nec satis esse eius sanguinem expetitum nisi tecta parietesque intra quae tantum amentiae conceptum esset dissiparentur: bonaque contracta pretiis regni mercandi publicaretur. Jubetur itaque quaestores uendere ea bona atque in publicum redigere. Bomum deinde ut memoriae area esset oppressae nefariae spei dirui exemplo iussit: id equimelium appellatum est. Liuius item in bello macedonico, Censores super equimelium in Capitolio et uiam sternendam a porta Capena. Et Marcus Varro in quarto de lingua latina, Equimelium q̄ equata medii domus publice q̄ regnum occupare voluit. Is locus ad busta gallica q̄ Roma recuperata gallorum ossa qui possederant urbem ibi coaceruata ⁊ consecta.

lxix
Salinae ubi fuerunt.

Salinas in locum quo sal populo uendendum conseruaretur fuisse ea in Tyberis ripa quae a ponte nūc scē Mariae in auentinū pertinet. Liuius libro quarto de secundo bello punico ostendit. M. Varro carceris uerbi uim declarans sic scribit. Carcer a coercendo q̄ exire prohibentur in hoc pars quae sub terra Tullianum. ideo q̄ addita est a Tullo rege q̄ Siracusis ubi saxa excisa conseruantur uocantur latomiae. et de latomia translatū q̄ hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt. Liuius autem in bello macedonico scribit. M. superiorem Catonem qui dictus est Censorinus in censura fecisse atria duo Martium ⁊ Titium in latumiis. Liuius item in sexto belli punici incendium describens sic habet. Compraehensa postea priuata aedificia. neque enim tunc basilicae erant compraehensae latumiae forumq̄ piscarium ⁊ atrium regium aedes uix uestae defensa.

lxxi
Latumias fuisse ubi nunc ecclesia sancti Nicolai.

Ex quibus Varronis Liuiique uerbis dicere uoluim⁹ latumias fuisse ubi nunc est ecclesia sancti Nicolai in carcere tulliano. Et atrium regiu

lxxii
atrium regium.

ibi propinquum ubi scilicet aedes sunt. quas Sabellorum gens uetusta et clarissima nunc habitant. Sicq̄ superiore loco proprie uidemur forum piscarium ⁊ aedem uestae descripsisse.

lxxiii
ubi fuit summa uelia.

Urgebat nos per hos dies interrogatione Justinus planta iure consult⁹ ⁊ consistoralis aduocatus ubi fuerit summa uelia in qua quom habitaret Valerius publicola primus consul aedes demolitus ad humiliora fori loca inhabitanda se contulit. Cui respondemus Marcum uarronem quom palatium describens dixisset q̄ a ballatu ouium fuerit appellatū. addere huic Germalium et uelias coniunxerunt. ⁊ infra. Veliae unde essent plures accepi causas in quibus q̄ ibi pastores pallatini ex ouibus ante tonsuram inuentam uellere lanam sint soliti. Hinc ergo diximus veliam fuisse ea in palatii parte in forum romanum uersa quae iuxta palladium contra ecclesiam sanctae mariae nouae caelsior insurgit.

lxxiiii
Quid fuit testaceꝰ mons.

Alia item multorum interrogatione saepenumero agitati fuimus quid mons ille fuerit cui portam inter Tergeminam nunc sancti Pauli ⁊ tyberim testarum laterumque fragmentis aggerato nunc monti Testatio est appellatio. Fama enim multis ante saeculis continuata habet eam mōtis molem quae proculdubio magna est in id caelsitudinis creuisse ex urnis aliisq̄ testaceis in quibus imperio subditi romano populi tributa Romam perta

lissent. Et quidem nos eam famam esse falsissimam certius probare possimus: q̄ quo auctore qua institutione id factum sit edocere. Quantum uero attinet ad famae falsitatem norunt mecum qui romanorum gestas res legerunt: consuetisse quaestores in prouintias mitti quibus curae esset tributa exigere. et siue legionibus in stipendia distribuere siue in aerarium romā deferre. Marcus Cato uticensis quaestor in asiā in ciprumque missus habita a prouintialibus tributa non fictilibus urnis gessit: quas homo legum obseruantissimus in testacei montis exaggeratione confringeret. sed tenacissimo consuros corio sacculos in summa nauis puppi gestauit: subere ea ratione longissimis alligatos restibus. ut si naufragio ipse cum nauis perisset supernatans suber ostenderet in fundo depositum. et amisso praestanti ciue populo nihilominus romano tributorum pecunia esset salua. Nec solum in externis prouintiis: sed in Italia etiam tributa per quaestores exigebantur idq̄ Macrobius in saturnalibus de fide seruorum erga dominos tractans indicat. Asinio Pollione patauinos cogente ut tributa conferrent. ⁊ propterea dominis latitantibus seruorum nullus inuentus est qui libertate proposita dominum proderet. Sed omissa inani ⁊ nostro iudicio superflua uanae opinionis confutatione quas ad rei ueritatem habemus coniecturas in medium proferamus. Plinius in libro trigesimo quinto multa dicit de figulis et plasticis quorum opificum uis uerba a graeco significat interpraetata: eos uel ex terra uel ex gypso uel argilla aliquas similitudines uel formas effigiare. Sed quod ad nostram facit intentionem maximū dicit usum fictilium maioribus qui romanorum fundauerunt imperium adeo ut deorum simulacra templorumque ornamenta. ⁊ ipsa parietum crustamēta ex fictilibus conficerentur. Suntq̄ haec pauca Plinii de ea re uerba. Turrianum accium a fregellis cui locaret Tarquinus Priscus Jouis effigiem in capitolio dedicandam fictilem fuisse eam. ⁊ ideo non mirari solere fictiles in fastigio templi eius quadrigas. de quibus saepe diximus ab hoc eodem factum Herculem qui bodieque materiae nomen in urbe retinet. Haec enim tum deorum erant effigies laudatissime. nec poenitet nos eorum q̄ deos tales coluere. Aurum enim et argentum ne in diis quidem conficiebatur. durant etiam nunc pluribus in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum etiam in urbe crebra ⁊ munita mira caelatura et arte firmitateq̄ santctiore auro certe innocentiore. Et infra. Quaeq̄ adhuc diximus uel assiduitate satiant figulinarum opera ⁊ fictilibus doliis ad uina excogitatis ad aquas tyberis ad balneas ad tecta coctilibus laterculis. At qui Numma rex septem collegia figulorum instituit quin et defuncti sese multis fictilibus soliis condi maluere. maior pars hominum terrenis utitur uasis Marcus etiam Varro figulos uno in loco fuisse indicat. quom dicit Venerem myrtaeam fuisse inter figulos. et myrtaeam ideo appellari quia locus ille primo myrtis esset feracissimus. Et Sexti Ruffi urbis Romae descriptio habet in regione prima porta Capena fuisse uicum uitrariorum. quom itaque figulorum eam esse opificii conditionem uideamus ut longe ab aquis haberi non possit. qnom item eius artis purgamēta si nimis multa in aruis dispergantur. ea reddant caeteris usibus inutilia. si uero in flumen abiciantur aut illud in breui compleant. aut difficillime eruantur. prudenti consilio factum

lxxvii
De figulis ⁊ plasticis.

Vicus uitrariorum.

tenemus. ut tam multa figulorū collegia a Numma rege instituta myrte is ⁊ secus fluuium apud uitrariorum uicum ibi fuerint locata ubi nunc testa ceum inter montem ⁊ Tyberim uineas uidemus. q̄ si numine regis tem poribus quando urbis romanae imperium intra uigesimum lapidem coar etabatur figulorum collegia fuerunt septem. quanto plura credimus esse ad dita romani populi multitudine non minus aucta q̄ fuit imperium dilata tum. Haec omnia attente considerantes mirari solemus cur testaceꝰ mons supra fidem eorum qui non uiderunt arduus non in alpem potius insurre rerit.

lxxvi
De ludis Tauriis.

Quaesiuit uero nuper Laelius noster uallensis iure consultus. nūquid ludi Taurii quos postremo carnis priuii dominico die ad eum montem, fie ri spectabamus illi essent: quorum meminit Marcus Varro cui nunc si cut polliciti fuimus respondemus. Ludos quidem taurios ad postrema fe bruarii mensis tempora romanos aedere consueuisse. Sed quod ex parte superiore loco in Equuria ⁊ Circi flamminii descriptione diximus licet lu di appellarentur taurii non tauri, sed equi curribus iuncti a campo martio per equuriam currentes quom ad septem metas circūacti essent in Circuꝫ flamminium ferebantur.

lxxvii
De locis quoruꝫ certa nō habentur testimonia.

Amplum ⁊ uastum nunc ingressi sumus campum dispersa per urbem lo ca describendi cui parti tantum abest ut plene satis posse facere confidamus q̄ licet ea quae hactenus sunt scripta multo maiora isq̄ forent reliqua existi mamus futura tamen paucissima in posterum certa ostendere speramus. Si quis enim urbis Romae aetatis nostrae partes singulas uel mente uel oculis lustrando peruagabitur: ea quae populo nunc ⁊ domibus frequenta ta sunt a nobis pene intacta intelliget. quod quidem nulla a nobis negligen tia aut inaduertentia magis factum est q̄ ne ignota impudenter asserere aut impossibilia uane ⁊ leuiter conari compelleremur. Libet tamen aliqua ex parte ipsam scribendi sine antiquis ⁊ dignis fide testibus audaciam qualis futura fuerit ostendere. Ea in regione omnium praesentis urbis populo frequentissime quam Capitolio Exquiliis Campo martio ⁊ Pantheone uidemus causam: Ecclesia est sancti Marci quam tuus Eugeni nepos Petrus gente barba patritius uenetus ⁊ sanctae Mariae nouae cardina lis inhabitat. eam scribit Petrus bibliothecarius a Marco pontifice Ro mano eius nominis primo iuxta pallaturas fuisse aedificatum. Et licet mul torum ut apparet ingentium olim aedificiorum ruinae multa nunc cernant fundamenta. quid tamen ille fuerint pallaturae ignoramus. Proximam il li ecclesiam basilicae duodecim apostolorum nunc inhabitat et Cardinalatꝰ titulo tenet Bisarion ex Constantinopoli urbe graecus cui Niceno uulga ris est appellatio. Quis uero ipsam aedificauerit ecclesiaꝫ, aut quae fuerint aedificia quorum ingentia apud eam cernuntur uestigia mihi penitus igno tum est. et tamen extantia ipsius ecclesiae monumenta ante annum trecente simum scripta fuisse dicunt. Intra ipsius ecclesiae parochiam et prope capi tolium Veneris ortum cognomine mirabilem ⁊ multa haud quaq̄ ignobi lia quorum loci ⁊ situs nullam scire possumus certitudinem. Ecclesiam uero sancti Marcelli quā Nicolaus patria Surrentinus ⁊ eiusdē ecclesiae tituli Cardinalis appellatione Capuanꝰ inhabitat. Scribit bibliothecariꝰ

lxxviii
De ecclesia. s. marci

Pallarurae.

lxxix
De basilica. xii. apłoꝝ.

lxxx
De ecclesia. s. marcelli

a Lucina nobili muliere uia salaria fuisse aedificatam in catulabio quod La nii seu carnifices pro animalium stabulo habere consueuissent quo in sordi dissimo loco tentus et passus fuerit beatus pontifex Marcellus. Sed eiꝰ palatii quod idem Cardinalis elegantissimum apud sanctae mariae in uia lata ecclesiam aedificat. ruinae inter caeteras urbis conspicuae quid olim fuerint nullo in loco inuenimus scriptum. ⁊ tamen quantum ex Sexti ruf fi descriptione urbis possumus assequi coniectura Isidis templum ibi fuisse tenemus. apud quod in portae triumphalis descriptione Vespasianum et Titum triumphatores nocte illa quae triumphum praecessit quieuisse ostē dimus. Scribit enim Ruffus Isidem prope Mineruam Chalcidicaꝫ fu isse: seruataq̄ ipsa nunc nomen suum minerua a fratribus sancti Dominici praedicatoribus sub gloriosae uirginis dei genitricis titulo habitata. de qui bus ingentibus quae nunc cernuntur ruinis quid dicamus nihil aliud est q̄ in eius delubro titulos fuisse gestorum Pompeii quos Plinius sic ponit.

Isidis templum.

Pompeius magnus imperator bello triginta annorum confecto fusis fugatis occisis in deditionem acceptis hominum cēties uicies semel octua ginta milibus: depressis aut captis nauibus octingentis quadraginta sex: oppidis castellis mille quingētis uigintiocto in fidem receptis, terris a mea tide ad rubrum subactis uotum merito mineruae.

lxxxi
Tituli. Cn. Pompeii in delubro mineruae.

Triumphi autem praefacio haec fuit. Cum oram maritimam praedo nibus liberasset. et imperium maris populo romano restituisset. ex Asia. Ponto. Armenia. Paphlagonia. Capadotia. Cilicia. Syria. Scythis. Judaeis. Albanis. Iberia. insula Creta. Basternis. ⁊ super hoc de regibꝰ Mitridate atq̄ Tigranne triumphat.

lxxxii
Praefatio triumphi Cn. Pompeii.

Sunt etiam alia per urbem tunc speciosa. sed simili uetustatis suae igno ratione obscura quae illis relinquimus describenda. quibus fortassis curae erit hanc describere quam nostrum habet saeculum Romam. Et si primae illi potentissimae multo dissimilem. non parum tamen Europae ⁊ aliquot Asiae partibus uenerandam. Et quidem licet romano nomini ita affecti sumus ut nihil post religionem maiori colamus ueneratione. non tamen pas sione ita abduci a uero iudicio nos patimur quin discernamus quantū lon ge absit urbis Romae nostri temporis rerum statusq̄ conditio ab illa quae olim illi affuit potentatus ⁊ imperii maiestate.

lxxxiii
Querela ignoratiōis mul torum locorum sacrorum

Sed contra non sumus ex illis quos uidemus praesentem romanae rei statum haud secus spernere et pro nihilo ducere ac si omnis eius memoria si mul cum legionibus consulibus Senatu Capitolii palatiisq̄ ornamentis penitus interiisset. Viget certe uiget adhuc ⁊ quanq̄ minori diffusa orbis terrarum spacio solidiori certe innixa fundamento urbis Romae gloria ma iestatis.

lxxxiiii
Comparatio qualis uetu stae ⁊ praesentis romae

Habetq̄ Roma aliquod in regna ⁊ gentes imperium: cui tutando au gendoque non legionibus cohortibus turmis ⁊ manipulis non equitatu pe ditatuque sic opus nullo tunc delectu militum qui aut sponte dent nomina, militare cogantur eductae Roma ⁊ Italia copiae in hostem ducuntur, aut imperii limites custodiuntur. Non sanguis ad praesentem seruandam pa triam effunditur: non mortalium caedes committuntur. Sed per dei no stri ⁊ domini nostri Jesu christi imperatoris uere summi, uere aeterni religio

lxxxv
Habet praesens roma ali quod in gentes imperium

lxxxvi
Non armis ⁊ sanguine co acti sed religione adducti subiiciuntur populi.

lxxxvii
Dictator opeiu⁹ ē pon.

lxxxviii
Senatores sūt cardinales

lxxxix
Asiam aphricam et europam romana curia hēbit subiectā si sancte uiuet.

xc
Tributa pendet pene omnis curena.

xci
Quae sūt solida pārtis status fūdamēta. xcii
Qui Romam nō uiderit nihil uidit

xciii
Limina apostolorum.

xciiii
De Veronica.

xcv
Domine quo uadis.

xcvi
Cimiterium Calisti.

xcvii
Sancta sanctorum

xcviii
Capita apl̄oꝝ. xcix.
Incunabula ꝛ circunciſio saluatorꝭ. c
Lactis uirginei uasculum

ci
Primū altare xp̄ianoꝝ.

nis sedem. arcem. atque domicilium in Roma constitutum ductosque in illa ab annis mille et quadringentis martyrum triumphos per dispersas in omnibus aeternae et glorioſissimae romae templis aedibus sacelliſque sanctorum reliquias magna nunc orbis terrarum pars romanum nomen duci magis subiectione colit q̄ olim fuit solito contremiſcere.

Dictatorem nunc perpetuum non Caesaris sed piſcatoris Petri ſuccessorem et imperatoris praedicti uicarium pontificem ſummum principes orbis adorant ꝛ colunt.

Senatum praesentis romae Cardinales eccleſiae poſt pontificem orbis uenerantur. Nec quiſquā memor tanta a Deo noſtro ſanctorum meritis esse tributa addubitabit. ſi ab huiuſmodi noſtrae rei publicae curam gerentibus et ad Petri piſcatoris nauiculae clauum ſedentibus in ſolam religionem et ſanctimoniam curſus dirigetur futur⁹ ut non aliter Aſiam aphricamque romano chriſtianorum imperio ſubigant: q̄ europae regna populoſque ſubiectos habent.

Quid q̄ maiora uel certe paria priſcorum temporum uectigalibus curopa pene omnis tributa romam mittit. dum ſingulae ciuitates a romano pontifice beneficia accipiunt. Verum hanc ſummo pontifici ꝛ cardinalibus exhibitam ab orbe reuerentiā eas a populis miſſas ingentes pecunias poſſe etiam alteri ciuitati q̄ romae dignitatem emolumentumque afferre quiſpiā contendet. ꝛ Aurunionem Bononiam Florentiam Ferrariam eam aliquando fuiſſe gloria decoratas allegabit. Et nos quin id quoque fateamur recuſare nō poſſumus. ſed propria quaedam habet urbs romana adeo praeclara. excelſa admiranda: ut ne dum alibi in orbe inueniantur Sed nec etiā ea tranſferri liceat optari in primis qui romam ipſam rerum caput ꝛ dominam non uiderit temere quicquā alicubi admirabitur.

Habet enim urbs ipſa apoſtolorum limina et terram ſacro martyrum cruore purpuream.

Habet ſeruatam linteo Veronicae mulieris in cunctarum orbis eccleſiarum primariae atque matris beati Petri baſilica extantem propriiſq⁹ apparentem liniamentis dominici uultus effigiem.

Extat inſuper notus celebratuſque locus in uia Appia Domine quo uadis appellatus ubi perfugo Petro chriſtus occurrit. et ſuper duram filicem ueſtigia reliquit populo celebranda.

Quomq⁹ paulo fueris eadem uia progreſſus inuenis ſpecum cimiteri umq⁹ Caliſti beatis ſanctorum oſſibus refertiſſimum. cui additam eccleſiam ſancti Sebaſtiani martyris quom praeteritorum praeſentiſq⁹ ſaeculorū incuria praelatorum ruere permiſiſſet: tu Eugeni pontifex magna cu⁹ laude nuper inſtauraſti.

Viſitur apud Lateranenſem eccleſiam Sancta ſanctorum locellus caeleſti gratia plenus. Et in eadem uiſuntur eccleſia apoſtolorum Petri et Pauli capita. Venerando ſimul timore applauſuque inſpicienda ſub quorum ſublimi et ſicut par fuit ornato loco incunabula ꝛ circunciſio Saluatoris et ipſius genitricis uirginei lactis uaſculum miro candore cernat.

Eo in altari quod primum religio chriſtiana legitur habuiſſe. Sunt

in Carinis cathenae quibus beatum Petrum in carcere ligatum herodes tenuit in eccleſia quae ex inde beati Petri ad uincula appellatur. Eſtque apud ſacras uirgines ſancti Syluestri monaſterium incolentes attente uenerantq⁹ contemplandum beati Joannis baptiſtae caput.

Agnetis uero uirgunculae annulus dei ſponſi ſui dono de caelo miſſus apud celebrem pulcherrimamque illius in uia Numentana eccleſiam ſeruatur.

Habet quoque inſignis ꝛ ſpecioſiſſima in uia Tiburtina Laurentii martyris beati eccleſia Craticulam ſuper qua fortiſſim⁹ athleta exuſtus de gentilium rabie triūphauit

Seruatq⁹ eadem baſilica eundē Laurentium ꝛ alium ſibi ſimilem alii unde aduectum Stephanum protomartyrem ut uirtute meritiſque pares unico boſpitio clauderentur.

Viſuntur item ab urbe ſecundo miliario ꝛ boſtienſem ardeatinam interq⁹ uiam dulcis aquae fontes qui fuſo Pauli apoſtoli ſanguine eruperunt

Et magno exquiliarum monte ſpecioſiſſima eſt ſanctae Mariae maioris baſilica cuius fundamenta aeſtiue niuis iudicio fuerunt iacta. Qua in eccleſia glorioſiſſimi hieronymi corpus ad praeſepe in quo primum uagiit chriſtus Jeſus conſeruatur.

Non minoriſq⁹ miraculi eccleſia eſt in Tranſtiberina Janiculi regione uirginis Mariae ubi nato domino fons olei deſcendit in Tiberim. Sunt uero multa ac prope innumerabilia quorum ut ſuperiori loco dictorum inſpiciendi. tangendi. uenerandique deuotione adducti. Pannones. Mocſi. Macedones. Acarnane. Epyrotae. Balmatae. biſtri. Liburtini. et ipſi in primis plurimas in regiones prouintiaſque diuiſi Germani et Galli biſpani quoq⁹ ac toto diuiſi orbe Britanni nunc anglici ſinguloſ ferme per annos romam adeunt. romam uenerantur. romam ducunt eorum dominam et magiſtram.

Nec europae ſolum populi romani et eius ſanctimoniam uenerantur. Sed tua etiam pater Eugeni opera factum eſt. tum cura. tum etiam impenſa ut ex aſia quoque et finitimis illi europae et aſiae partibus poſt vni cos occidentali eccleſiae Graecos. armenioſque. Boſnenſes. ex europa. neſtorianos quoque et Georgianos ex aſia minori. Ponto. Paphlagonia. Cilicia et aſſiria. Scithis. albanis. et Iberia. ꝛ demū aethiopes ex aphrica catholicae fidei ꝛ romanae eccleſiae conciliatos uiderimus.

Quo fit ut a pluribus orbis terrarum populis nationibuſque aduenis roma q̄ alia orbis ciuitas frequentetur.

Nec paruus eſt contemnendus ne is Romam confluentium numerus mortalium quandoquidem Quadrageſimalis ieiunii temporibus quadraginta et quinquaginta et quandoque plura milia ex multis earum quae ſupra enumerauimus prouintiarum romam adeunt. romae baſilicas. tēpla ſacella et ſingulas aedes circuunt quoꝝ nullus tā bebeti ſtupido ue ingenio qui ſuperba romanoꝝ olim principū palatia ſuperbiſſimas ſpectaculis aedē diis inſtitutas extructiones. Thermarum caelſos fornices et inſania aquae

cii
Lathenae beati petri.

ciii
Joānis baptiſtae caput

c iiii
Annulus beatae agnetis.

cv
Craticula. s. Laurentii.

cvi
Stephani et Laurentii ſepulcra.

c vii
Fontes ad effuſum. s. pauli ſanguinem. cviii
Sanctae mariae maioris eccleſia. cix
S. hieronimi corpus.

cx
S. Maria in trāſtiberina regiōe ubi fōs olei erupit.

cxi
Concliati ab occidentali eccleſiae aſiā romā uenerūt

cxii
Nulla orbis ciuitas pluribus q̄ roma gentibus trequentatur. cxiii

c xiii
Quot milia ſingulis ānis Romam adeunt.

Uiget adbuc romanae maiestatis gloria.

ductorum opera perlustrans. quid fuerint quid ue sibi uoluerint singulos scisitans obuios. uidisse. sciuissecq; non laetetur. Itaque uiget adbuc solido innixa fundamento romanae gloria maiestatis. Et non parua terrarū pars sponte et absque armorum strepitu dulci reuerentia romano nomini colla submittit. Sed quando a proposito digressi sumus: qui ab aedificioruz locorumque urbis innouanda memoria disserendis cultus ⁊ uigentis adbuc reuerentiae rationibus diu immorati sumus ad ipsas urbis aedificiorum redeundum esset si plurium q̄ hucusque descripsimus indicauimusque p̄ omnia uerbis loca a nobis dimissorum certiorem dare noticiam possemus.

Expliciti sunt in Roma instaurata libri tres.

DE GESTIS VENETORVM

Ad Franciscum Foscari. Serenissimum ducem inclytumq; Senatum ⁊ patritios Venetae rei publicae Blondus Flauius Forliuiensis. De origine ⁊ gestis Venetorum.

Agnum Francisce Foscari princeps serenissime uosq; amplissimi Senatores: ac uiri patricii negotium an omniuz magis quae excogitari possint Venetae rei publicae nunc incumbit: q̄ utrum ne gestum diu in turcos bellum continuare, an porro praesidii ab uniuerso orbe christiano afferendi de speratione pacem cum illis constituere debeat consultatio anxium animisque suspensam tenet.

Quid uero supremi orbis christiani principes ad communem sibi uobisq; hanc causam consilii quid opis afferant. nec satis scio qui os in caelum non ponere. nec si coniectura assequar dicere ausim. Sed est alia ratio ut ex pluribus ista sit non improbabilis quae me impulit ad scribendum. Ego enim nomine et professione et utinam ne sola christianus ego italicus orbi christiano et ipsi Italiae si quid sum. et in primis si quid est in me ingenii debeo ut non improbe uidear facere. Si ea quae mihi sunt calami ⁊ rerum gestarum periciae arma ad rei christianae ⁊ Italiae defensionem confero. Ego uester ciuis uenetus eam ab optimo quocunq; uestrum in me beniuolentiam recognosco ut si rebus nequeo: cogitatione tamen ⁊ scripto difficillimis horum temporum rebus possibilem rei publicae opem et operam tenear impartiri Gesta itaq; a uenetis tum aliter a uestra urbe condita. tum maxime in barbaros adeo breuibus commentariis coarctabo ut memineritis ac attente consideretis uos maiorum uestrorum proposita ostensaq; incedentes uia nusq̄ dei et hominum fauoribus. nusquā securitate. nusquam partī imperii conseruatiōe ac amplitudine carituros. Nullam mihi quispiam historiae ac rerum gestarum peritia celeberrimus urbē dabit: quae admirabilē obstupēdamq; sicut urbs uenetа habuerit originem. Qui enim urbem romam condidit Romulus pastores conuenas ex uicina regione perfugas nactus est: quibus in tutum confugientibus Asylum coepta non uoluntarie magis q̄ uide urbs ⁊ p uiribus aucta ⁊ ab impetentibus est uiriliter defensa. Thebas Cadmus dum concederet bonitate loci ⁊ sua illectos suaui eloquentia populos faciliter congregauit. Brennus indutionarius gallicq; mediolanum veronam. uincentiā. tridentumq; condētes populis repleuerunt. quos uiui auidos scientes cupientissimosq; ea ratione sola traxerunt in Italiam. Venetam uero urbē nō uoluntas sed timor. non ꝓpositum sed occasio. non consiliū sed necessitas bis cōdidit in locis. quae nulla mētis sane boiuz prudētia elegisset. Fuit tñ causa loco tantae urbis cōditae ineptissimo lōge horridior cōdendae admirabiliorq;. Athilia nāq; hunoz rege potētissimo quē sexcentoz armatoz milia sequebant aqlegiā urbē premēte. altinū. cōcordia. patauiū. montisilicis urbes solo aequate sunt pariterq; captae ⁊ fundit⁹ diruta. Aqlegia vincētinis. veronēsibus. mātuanis. brixinis. mediolanēsib⁹q; ⁊ papiēsib⁹ cōtigisse cōstat. quaz tot urbiū ꝓpri ne ordinē nūc seqmur in historia

Propositio narrationis.

Venetiarum urbs.

Roma.

Thebae.

Mediolanū. verona. vincētia. tridentum. Venetia.

Athila. Aquilegia. altinum. concordia. padua. vincentini. veronenses. mantuani. brixiani. mediolanenses. papienses. montesilicis.

barbari.

diffuse seruatū in haec paluſtria harena ⁊ calamis ſcoeneq; cōtecta cōſuge rūt loca in quibus conditā nunc urbem uenetā orbis aſpiciens obſtupeſcit Nec factus eſt a tantis populis ad has paludes urbis aedificandae animo ⁊ intentione concurſus. ſed barbaros efferatiſſimos homines uiri nobiles et uiribus potentatuq; in ſingulis locis praeſtantiores natos ſecum et uxores miſerabili colluuione trahentes id quaerebant. id ſolum in uotis habebant ut ſaluis in ſcoeno paludibus et arena corporibus quaecq; ſubirent: ſubſtine rentq; incommoda dummodo eam barbarorū ſeuitiem ⁊ a filiis uxoribꝫq; peiorem morte abigerent ſeruitutem. Fato autem ⁊ dei nutu ac prouidētia conditio illa urbi uenetae debebatur ut ea loca a barbaris complerentur di uerſae italiae urbium uiris: quibus perpetua foret cura barbaras gentes populoſq; feroces ⁊ immanes a chriſtianoꝝ ceruicibus repellendi. Si quis enim inuidia et odio carens ea uiderit ⁊ attente legerit quae in romani impe rii inclinationis hiſtoriis triginta iam ⁊ duobus libris ſcripta ſunt a nobis faciliter intelliget uenetis ſolis aeque ac caeteris omnibus chriſtianis ſimul acceptum deberi. Saracenos hactenus Italia ⁊ aegei ionii ſuperiſq; mariū inſulis pulſos eſſe q̄q̄ ſcriptae a nobis hiſtoriae leuem ⁊ mutilatam habeāt geſtorum a uenetis mentionem. cum in tantam quam complecti ſumus hi ſtoriam Romam olim totius imperii non licuerit ſeriose ac diffuse a uene tis geſta attingere: quibus ordine ⁊ copioſe explicandis ſeparatam et qui dem amplam conficere poſſemus hiſtoriam. quod quidem facile iudicabūt ea quae ad huius temporis propoſitum ⁊ mutilata ut diximus in noſtris hi ſtoriis mentione in hoc breue opuſculum identidē reſtringemus. Ar tā ſen ſim manum apponere incipiamus.

Exordiū uenetae urbis

Enetam urbem ad annum ſalutis ſextum quinquageſimum et qua dringēteſimum condi coepiſſe ita certe docuimus in hiſtoriis ut labi a uero ac errare cōſtet eos quicunq; aliter auſi fuerint affirmare. nemo enim eorum qui uenetae urbis conditae materiam attigerunt negat continuatae urbis Aquilegiae obſidione quam tribus annis duraſſe conſtat. primū coe piſſe in paludes ⁊ ſtagna cōfluere populos: a quibus diruta aquilegia ⁊ bre ui poſt mortuo Athila: huius nouae urbis fundamenta fuerunt inchoata. ⁊ athilam docet Euſebij Caeſarienſis temporum ſupputatio ad anni finem excidii aquilegiae poſt urbes de quibus eſt dictum uſq; ad Papiam excisas cum Italia excederet fluxu ſanguinis interiiſſe: eranteq; tunc Martianus Conſtantinopoli imperator. Genſericus uandalorum in aphrica. Nero neus francorum in gallis reges. Leo primus Romae pontifex. ⁊ Valentia nus iunior. unde trigeſimum in romano occidentali imperio agebat annū. quē qui perquiret ſextum. ut dicim⁹ quinquageſimū et quadringenteſimū ſalutis eſſe cōperiet. Unde ſi me ueſtra exaudierit ſapientia quos milleſi mo conditae urbis romae āno Philippus romanoꝝ principū p̄mus chriſti ano inſignit⁹ caractere aliaꝝ pridē conditaꝝ urbium exemplo fecerit ludos ſaeculares. uos quoq; tertio ab hinc āno facere diſponetis ſolēni pōpa. quā ꝓceſſionem appellamus. primo poſt aliis laeticiae ⁊ iubilatiōis apparatib⁹ ita oſtēſis ut actis deo noſtro gratiis tantā urbē ad milleſimum annū tanta cum reꝝ geſtaꝝ gloria. tanta cum opulētia perductā eſſe laetari. et ut decet exultari ſignificetis. Sed ad rem Venetae urbis conditae primum omnis

Obſidio aquilegiae trium annorum.

Fluxu ſanguis obiit athila

Martianus imperator.
Genſericus uādaloꝝ rex.
Neroneus francoꝝ rex.
Leo primus pontifex.
Valentinianus.
Philippus.

Narſes.

Totila

Narſes in italiam

quorum nomina apud Liuium celebrantur. In ea uero descriptione quam Plinius ipse anno uix octogesimo post functum uita. Octauium diligenter fecit maior q̄ pro temporum breuitate et florentium nunc Italiae rerū conditione par fuerit mutatio est facta. Quae autem ex Strabonis primum post ex plinii enumeratione ⁊ pomponii melle ac ptolemaei descriptionibus haud quaq̄ multum distantibus inter se aetatibus factis desint nobis horrēdum infinitumq; fuerit referre quanq̄ licet multos interisse populos: multa excisa oppida: multas deletas urbes non negauerim. plurimas tamē ex ipsis simul cum regionibus montibus et fluminibus mutasse nomina cōstat quo fit ut nec priscа legentes intelligant. neq; possit nouus scriptor illis uti uocabulis magnam uel eo ipso q̄ apud illustres uetustos scriptores frequentia habentur dignitatem historiae allaturis. factam uero esse locorum nominumq; mutationem et simul exinanitam esse populis ⁊ urbibus ac oppidis quorum nomina nobis desunt italiam. hinc tenemus q̄ post habita urbis Romae populi magnitudinis cui nihil in orbe unquā fuit. estq; nūc par ruina. Nulla est huius saeculi ⁊ fodicium quae stante rep. fuerunt. saeculoq; comparatio multitudinis populorum. picenum enim infra ex plinio ostendemus trecenta sexaginta milia in reipu. deditionem dedisse. quod nūc uix decimam partem habet. plinius etiam laudes italiae suorum priorumq; temporum narrans eam dicit diis sacram. L. Emilio paulo. C. Attilio cos. nunciato gallico tumultu solam sine auxiliis externorum atq; etiam tunc sine ullis transpadanis equitum triginta peditum octuaginta milia armasse. Nostra uero huius temporis italia quantum siue transpadanis externoq; auxiliis equitatum peditatumq; armaret non facile est nobis iudicare Sed non dubitamus quin difficile sit futurum si tertiam quis partem conatus fuerit ita armare ut extra fines quisq; suos in bellum expeditionemq; ducatur. Quanta autem fit facta locorum mutatio hinc etiam apparet q̄ Iginius qui de urbibus italiae scripsit et eum secutus Guido presbyter ranēnas prodidere. Septingentas fuisse italiae ciuitates. Nos uero nunc romanae ecclesiae stilum secuti facta per singulas regiones diligenti enumeratione sexaginta quattuor supra ducentas tantummodo inuenimus. Sed appellant romanae ecclesiae instituta ciuitates loca quae episcopos habent. ⁊ Iginium uidemus ac Guidonem etiam multa ex oppidis quae nostra aetate proprio carentia episcopo alterius dioceseos censentur pro ciuitatibus posuisse. ⁊ tamen omnium ab ipsis positorum pro ciuitatibus quae nunc extent numerus uix quadraginta complectitur loca ut aut excisas esse ciuitates aut mutationem omnino incognitam in eis factam esse necessarium uideamus. Quam aliis fortasse impossibilem uisam tot locorum acceptam in Italia per sexcentos annos qui post Guidonis tempora fluxerunt cladem. nos ideo minus mirabilem ducimus. quia scimus uidemusque per saeculum nostrum quod dei nostri munere eorum quae ante patrum nostrorum aetatem fuerunt saeculorum respectu foelix appellari potest supra triginta ciuitates et oppida solo aequata. ut cum eorum pars paucis nunc habitetur colonis. tū pars omnino manserit derelicta. Cunium nanq; oppidum romandiolae a quo clarissima fluxit comitum Cunii ⁊ Lugifamilia omnino derelictum ut nūc aretur uidemus pariter propinquo in loco contigit barbiano pariter in latio

Magnificētia picen ac potentia.

Iginius.
guido rauennas.

Diuisio italiae

Liguria genuensis
Etruria . latina cāpania
et maritima . Umbria du
cat⁹ spolitanus . picenum
marchia anchonitana
Flaminia et aemilia . ro
mādiola . Gallia . cisalpina
lombardia . venetiae .
Trāspadana siue marchia
trauisina . aquilegiensis
siue forouliana : bistoria
Samnium siue . aprutium
campania tera laboris
lucania . apulia . saletini
siue terra bidrāti calabria
Brutii . carbaogus ligu
ria

uetustissimae urbi Praenestae . zagarolo . ⁊ gallicão oppidis . Pariter ad ali
am urbis Romae partem centumcellensi ciuitati morlupo castello nos ac
cidisse conspeximus . Par etiam affert hac in descriptione incommodū di
uisionis nominationisq; regionum muratio ter quaterque in aliquibus ⁊ in
quibusdam pluries facta : adeo ut solae etruriae uetusta cum finibus suis ⁊
integra manserit appellatio . Quamobrem octo et decē regionibus in quot
italiam sine insulis commode diuisam esse iudicauimus describendis : illa
ex multis sequemur uocabula quae cum in aetate nostra sint notiora . nō no
strae intentioni accommodatiora uidebuntur . Suntque nomina Liguria
siue genuensis . etruria . latina siue campania et maritima . Umbria siue du
catus spoletanus . picoenum siue marchia anchonitana . Romandiola siue
Flaminia et aemylia . gallia cisalpina siue lombardia . Venetiae . Italia trās
padana siue marchia tarusina . Aquilegiensis siue forouliana . histria . sam
nium siue aprutium . Terra laboris siue campania uetus . lucania . Apulia
salentini siue terra hydranti . Calabria . Brutii . Postquā uero omnē Ita
liam peragraturus ero : uiros praestantiores qui singulis in urbibus et lo
cis pridem geniti fuerunt : eosque qui sunt superstites praesertim ; litterarū
aut cuiuspiam uirtutis gloria claros enumerabo . atque res in singulis lo
cis scribi dignas breuiter narrabo ut non magis haec italiae sit descriptio
q̄ uirorum eius illustrium praestantiumque cātbologus ac non paruae par
tis historiarum italiae breuiarium .

Liguria autem Plinium secuti duximus inchoandum . Ea re
gio latissimos aliquādo habuit terminos quippe quom pisas in ligu
ribus conditas Trogus scripserit . ⁊ apuanos ligures . quos agri pisani po
pulos esse constat a maioribus traditum uiderimus . Quin massiliam Tro
gus pompeius inter ligures et feras gallorum gentes posītā dicit . cui opi
nioni concordat Liuius libro . xli . Fuluius Flaccus primus transpinos li
gures domuit bello missus in auxilium massilienſium . aduersus salinos gal
los qui fines massilienſium populabantur . Et plerique Lucani liguriae
ultimam posuere . Sed haec remotiora omittentes satis fore tenemus si di
uisionem italiae quae romana rep . florente fuit nostris temporibus accom
modare poterim⁹ . Igitur Liguria a Varo flumine ad macre amnis ostia
longitudinem habet . et hinc appenino inde mari infero clauditur : qua ratio
ne pars inferi maris adiacens a Varo ad macram dicitur ligusticum pela
gus . Populi eius prouintiae ligures quo tempore quibus ue ducib⁹ roma
no populo subiecti fuerint . Jordanus constantinopolitanus monachus qui
Justiniani imperatoris temporibus rerum a populo romano gestarum epi
toma confecit . et . L . Florus . T . Liuii abbreuiator . hisdem ferme uerbis
sic habent . Peracto punico bello primo nec quantulum respirato sequitur
ligusticum . Ligures imis alpium iugis adhaerentes inter uarum macrāq;
amnes impliciti dumis siluestribus uictitabant : quos pene inanis fuit in
uenire q̄ uincere . Tuti siquidem locis et fuga durum atq; uelox gen⁹ ex oc
casione locorum latrocinia magis q̄ bella factitabāt . Itaq; quom diu mul
tumque eluderent saltuti : Veiates exubii ⁊ buriates ingauni tandem
Fuluius latebras eorum igni saepsit . Vebius uero in plana deduxit . po
stumius ita exarmauit ut uix linqueret ferrum quo terra coleret . Quod

Ligusticum pelagus .
Jordanus .

uero Jordanus summatim attigit ligures obstinatius iugum romanorum
recusasse . et illis animose aduersatos fuisse : Liuius ipse in libris qui extant
multis ostendit in locis . Nam libro nono dum haec geruntur cons . ambo
in liguribus gerebant bellum . Is hostis uelut natus ad continendam per in
terualla bellorum romanis disciplinam militarem erat . nec ulla prouintia
militem magis ad uirtutem acuebat . In liguribus enim erant quae milit⁊
exercerent loca montana ⁊ aspera quae et ipsis capere labor erat . et praeoc
cupatis hostem deiicere hostis leuis et uelox et repentinus qui nullum un
quā tempus nullum locum quietum aut securum romanis fineret . Oppu
gnatio autem munitorum castellorum laboriosa simul periculosaque insidi
is : regio quae si penuria astringeret militi haud multum praedae praebe
ret . Itaque non lixa sequebatur : non iumentorum longus ordo agmen im
plebat . nihil praeter arma omnem spem in armis habentibus erat . nec dee
rat unquā cum his uel materia belli uel causa . quia propter domesticam in
opiam uicinos agros incursabant . Nunquā tamen in discrimen summae re
rum pugnabant . Hannibal post inflictam romanis Trebiensem cladē tra
iecto Appenino primum concessit in ligures . et illi oppositus Sempron⁹
cos . romanus se contulit lucam et uidemus liuii . xxviii . Hagonem hamil
caris filium capta genua diu in liguribus restitisse romanis ex qua regione
romanos in gallia Cisalpina plurimum agitauit . ad quem inter alpinos li
gures genuamque agentem naues carthagine uenerunt . Seruius Virgiliū
in undecimo exponens Appeninicolae bellator filius dicit quia liguria ma
iori sui parte in Appenino sita est . ligures autem omnes fallaces sunt sicut
Cato in originibus tradit . Virgilius . Assuetumque malo ligurem . Et
Lucanus in primo . et nunc tonse ligur quondam per colla decora crinib⁹
effusis toti praelate commatae . uarus priſci praesentisque nominis fluuius
capite alpium et Saluii montis effusus haud procul a nicea mari se infun
dens nulla re notior est q̄ q̄ braccatam galliam ab italia disterminat . Adia
cent illi ad dexteram oppida . primum Rocbetta post gilecta . ⁊ ad horrum
fontemque busonium . Nicea inde oppidum a massilienſibus in littore con
ditum alpes dorso contingit . dehinc portus est herculis monaechi quondaz
nunc villafrancha . de quo Virgilius in sexto Aggeribus sacer alpinis atq;
arce monaechi . et Seruius grammaticus exponit de liguria ubi est portus
monaechi herculis . Victus autem monaechus uel q̄ pulsis omnibus illic
solus hercules habitauit . aut q̄ in eius templo nunquā aliquis deorum si
mul colitur . Caesar ex galliis ueniens illac descendit in italiam . Et Luca
nus libro primo . Quaq; sub herculeo sacratus nomine portus : urget rupe
cana pelagus : non ceruus in illum ius habet . aut zephyrus solus sua littora
turbat . Circius et tuta prohibet statione monaechi . Post haec Monicus
portus ut Ptolemaeo placet nunc monachus genuensium imperii termi
nus . Eum siue scopulum siue collem Federicus cui barbarossa fuit cogno
men Caesar germanicus genuensi populo moenibus communiendum .
Anno nunc plus minus sexagesimo supra ducentesimum concessit . Immi
net Monacho castellum nunc ignobile sola uiarum asperitate notissimum
passus prope duo milia a mari recedens Torbia appellatum . quod Jaco
bus meus Braccellus uir eloquens et doctissimus trophoea Augusti a

Jordanus .

Saluius mons

mentonum.
Rocha bruna.
Vintimilium.

prisicis appellatum fuisse affirmat: quē quidem tenemus fuisse locum patriae bellii pertinacis romani imp. de quo iulius capitolinus sic scribit Natus est in appinino in villa materna Nam pater eius tabernam cratillariā exercuerat: sed postea q̄ in liguriam uenit. Sequitur mentonum ipso in littore et rocha bruna superius sterilis soli castella ꝛ proxime abintimilium ciuitas nunc vintimilium cuius latus qua in orientem vergit solem rutuba abluit filius nūc rodoria appellatus proximo deinceps ad mille passus loco collis attollit cui appio est nomen et inde arx est ex qua primum nascentis appenini iugum baud procul remotum cernitur. abest a Rucuba fluuio passus decem milia sancti romuli castellum cuius ager citri est palmaeque arborum in italia rarissimarum ferax. unde romanos pontifices uidimus palmarum ramos in dominica quadragesimalis ieiunii postrema inde appellata bene dicendos et populo dandos habere. Emenius inde passus quinque milia castellum attingit exiguum duos mille passus mari propinquum. quod Labia nomen habet a uinorum fama celeberrimum. quippe cum ea muscatum appellata nec cypriis nec creticis nec falernis cedere a bonis potoribus existimentur. Decem ab eo passus milia ad mauritium numerantur portū nomine uerius q̄ re. sed indicta ibi iurisdictio celebrem locum reddit. Sequit Vnelia uallis aliquot habitata uicis mox oppidum Bianae. nunc dianum duo prope milia a mari recedens olea uiriq; undiq; consitum. Post haec ipso in littore ceruum et ipso in edito colle andoria uiriferis collibus circundatum. andorianos finco parui admodum uici excipiunt. bos album ingannum urbs opibus ac uetustate nobilis nunc albinga Proculo imperatore romano alūno et ciue ornata. de quo Flauius Eutropi⁹ sic scribit. Proculo patria albingatum in alpibus maritimis domi fuit nobilis. sed maiorib⁹ latrocinantibus albingae abluit lacus merula fluuius Centa appellatus q̄ centenis torrentibus augeatur. Hanc ciuitatem campestri loco u̾x passus quingentos a mari recedentem cum ualidissimi exercitus Philippi medio lanensium tertii ducis praefecto copiis omnibus Berardino Vbaldino viro fortissimo arcta obsidione auxissent quattuor oppugnatum mensib⁹ omnia quae bellio inferuntur mala perpeti coegerunt. ꝛ tandem cōstantia ꝛ fortitudine populi fatigatum. hostis re infecta obsidionem soluit. Proximum in littore est petra castellum. deinde ad duos mille passus aberat finarium oppidum ab aeris ut uulgare sonat uerbum salubritate appellatum. quod uallis in cuius faucibus erat situm angustias claudebat. Sed fregosi et populus genuensis ut barrectenses inimicos inde nobiles eicerent. oppidū quoque proximo anno sustulerunt. est proxima in littore naulum ciuitas portu ac turribus inclyta. est et uadorum sabbatiorum portus a quo septē milibus distat Sauona urbs multorum populorū commercio nobilis quā Titus Liuius Magonis aduentum referens Sauonam nominauit sicut nostra facit aetas. et tamen Plinius Sabbatium. pomponius mella Sabbatiam appellauit. eam nunc possidet qui et genuensium ducatui summa cū laude bis praefuit uir ingenti uirtute. et quod aetas nostra rarum in principibus habuit litteris ornatus Thomas fregosus. multa cuius belli et pacis rem poribus praeclare gesta in historiis scripsimus. Albissolam Cellasque uicos ignobiles in littore cernimus. Deinde Viraginem oppidum quod quidam

Naulum.
vadorum portus.
Sauona.

uicum uirginis dixere. Succedit uulturum uicus quem Cheruſa torrens interfluit. Portifera debinc ut maior ira uiolentior amnis qui uallī nomē dedit aedificiorum pulchritudine superbiaque potius solo alioquin sterili amoenissime portusque succedit Genuae insignis qui mole ingenti obiecta fluctibus ostia in aphricum uersa pandit. urbs Genua quos et quo tempore habuerit conditores incertum nobis est. Non enim satis probamus quā de Phaethonte ꝛ eius socio Genuo Bracellius noster non improbat fabulam: nullius certioris scriptoris auctoritati nixam. et insulse fictas de Jano ineptias improbamus. uidemus uero ante belli punici tempora nulla alicubi eius urbis haberi mentionem et Jordanum Florumq; dum superius subactos liguriae populos salturios. deciates. buriates. ingaunos enumerant: Genuam si condita tunc aut nota fuisset non omissuros fuisse crediderim. Primam uero eius mentionem facit liuius libro uigesimoprimo ubi. P. Scipionem dicit cum admodum exiguis copiis genuam repetiisse eo qui circa padum exercitu Italiam defensurum. primum autem incremē tum habuisse uidetur. de quo liuius libro uigesimonono sic dicit. Lucretio prorogatum imperium ut genuam oppidum a Magone poeno destructum exaedificaret. Post quae tempora romani liguribus genuensibusq; amicitiis usi fuerunt. et tamen multitudinem considerans coloniarum quas romani per omnia pene Italiae loca deduxerunt: mirari soleo: nec genuā nec alium quēpiam in ligustinis locum pro Colonia captum fuisse. quod a situ sterilitate quam milites horruerint crediderim processisse. Post belli uero punici secundi finem Romanus populus gallis insubribus et alpinis caeterisq; galliae cisalpinae populis et inde illyriis subigendis arma conuertit. ad quae bella quom magnae copiae uariaq; bello usui futura mitterent ma xime opportuna fuisse uidetur genua. loci natura tunc etiā portuosa ex qua Commodus in mediolanenses papienseque. sicut nunc est. transitus etiaz tunc erat. Nihil autem aeque augendis opibus conducere ac frequentiam commeantium. et quibus in locis opum quaerendarum facultas adsit maxime populos coalescere constat. Nec tamen in mille annis qui bellum id secundum punicum sunt secuti caput multum attollere potuit genua quā anno a lucretii instauratione plus minus septingentesimo ad annum uidelicet salutis christianae sexcentesimum atque sexagesimum Rotharis longobardorum rex romanis quorum imperio semper antea fuerat subiecta: abstulerit. Eam tamen a fera longobardorum gente parum humanae gubernataz Carolus magnus impera:or Pipinusq; filius rex italiae ꝛ successores franci reges per annos circiter centum summa cum iustitia et humanitate sicut et caeteras italiae urbes gubernarunt ducibus illi administrandae qui comites appellarentur praefectis quorum Ademarchus Corsicam a mauris oppressaz liberauit. quo ab eisdem mauris postea interfecto Corsica nihilo minus per genuēses recepta et naues mauroum quattuordecim captae ac demersae sunt. Berengario autem tertio in Italiam undepulsus fuerat reuerso imperii nomen suis titulis foedante et Vgone arelatēse Italiae regni nomine abutente quom pessime apud omnes nostros ageretur: sarraceni pocnis sibi subiectis immixti anno christi nongentesimo et trigesimoquinto

Cheruſa fl.
portifera fl.

Genua.

Rotharis rex.

Carolus. pipinus.

Ademarchus.

Genua vaſtatur.

Stephani ſeptimi pontificis romani temporibus Genuam ceperunt ſpoliaruntque. et quod raro alibi eſt auditum omnibus mortalibus qui caedi ſuperfuerant populariter aſportatis muros urbis omni humano habitatore nacuos reliquerunt. Scribit tamen Andreas Vandulus venetiarum dux Franciſci petrarchae amicitia clarus impuberes omnes breui genuaz fuiſſe reductos. Eſtqz eius teſtimonium eo locupletius q̄ ueneti genuēſeſqz magna ſemper aemulatione contendere ſoliti per Vanduli ducatus tempora graui ac periculoſiſſimo utriſque bello conflictati ſunt. At quadringentis uero annis maximum genua habuit incrementum: quae uires nacta ingentes terra ſed mari longe maiores Liguriae cui imperat nomen obſcurauit. ut quae pars in Varum amnem expoſita occidentem ſpectat ſolem Riperia occidentalis quae ad Macram pertinens in orientem eſt uerſa dicatur Riperia genuae orietalis. Et inſuper Corſicam. Cyprum. Aſiam. Thraciam. Scythiam deductis coloniis ac ſuis uictoriis illuſtrauit. et negotio q̄ otio foelicior nunc illis terrori eſt: quorum inſidiis prius et crudelitate bis concidit. Ornata fuit genua duobus ex gente nobili fiſcha pontifice romano quarto Innocentio. et quinto Adriano. habuitque eadem familia ad triginta romanae eccleſiae cardinales. quorum unicus ſupereſt georgius praeneſtinus epiſcopus. Dux genuae nunc eſt Ludouicus fregoſius ingenti praeditus humanitate: dignuſque genitrice clariſſima muliere Catberina quae ex forliuienſi Ordelaffa gente praeclara alterum quoque genuit celebris famae Janum fregoſium cuius ingens ſpes morte nuper nobis abrepta eſt. Ornatur uero nunc ciuibus nauigatione ac mercatura toto orbe notiſſimis. ſed paucos habet egregie litteratos: quorum notiores nobis ſunt Nicolaus Leba et noſter item Jacobus Bracellus ac gotardus principis ſcriba. Genuae latus orientale ferior amnis praeterfluit quem nunc Biſamnem appellant. Neqz tamen uetuſti nominis uſquequaqz facta uidetur obliuio. nanqz illum paulo ſupra influens minor fluuius Feriſanus dicitur. profectus a Biſamne Neruium. Buliaſcum. Saulium tenues uicos. et paulo poſt illis maiorem Rechum inde Camulium inuenit. Sunt uero quattuor et uiginti milia ab amne Cheruſa ſuperius dicto ad Camiliuz quae tota regio non modo mari in planicie expoſita. ſed quantum pertinentes ad eam ualles ac colles longius extenduntur magnifici et ſumptuoſi operis aedibus decoratur. ut qui alto nauigantes pelago eam petunt terram unam ſe urbem proſpicere opinentur. a Camillo Simiari promontorium incipit. quod ſancto Fructuoſo ſacrum eſt. cuius templum in imo receſſu poſitum magna ueneratione a uicinis populis frequentatur. Id illi promontorium caput montis appellant. quod arduum et ſaxoſum in mare procurrens ſiniſtroque latere irrumpentes aquas angustis faucibus admittens Delphini portum efficit. quem incolae dempta prima ſyllaba quaſi potius a bonitate q̄ ad delphine nominandus ſit: portum Finum appellant. Sequitur alius ab oriente ſinus quem Rapalli nominant. id conualli nomen eſt quae ut inter montoſas haud ſterilis citriqz et oleae plurimum ferax uicum eiuſdem nominis haud quaq̄ obſcurum in littore habet. cinqz

Riperia occidentalis.

Riperia orientalis.

Biſamnis fluuius.

Neruium. Buliaſcum. Rechum. Camulium.

S. Fructuoſ.

Delphini portus.

rapalli ſinus et uallis.

milibus abeſt Clauarum noui nominis oppidum. Quippe quod ante centum et quinquaginta annos nondum moenibus cinctum erat. in eoqz nūc maritimis et montanis populis fori et iuriſdictionis conuentus habentur. Proxime Entella fluuius mare illabitur quem aliquando Laboniam dictum: nunc Lauaniam appellant. habetque ad dexteram oppida Riparoſſam. Mulinum. et ad fontem rochataiam. is graucia. Olo. Sturla torrentibus auctus ad dexteram orae maritimis ripam Lauanium uicum habet. a quo originem traxit Fiſcorum proſapia lauaniae comitum dicta in italis nobiliſſima. quae pontificibus illis romanis et cardinalibus ornata fuit et ſtadae proſonaſium graueiae uero ad ſiniſtram adiacent Vignolum garibaldum. frelium. et ad fontem rupſa. Ab oſtio entellae quattuor milibus abeſt Sigeſtrum uicus in littore apud quem Sigeſtam Ligurum a Ptolemaeo et Plinio appellatam fuiſſe crediderim. cui obuicit ſe inſula tenui admodum riuulo a continente diuiſa. Ea praeruptis montibus quaſi muro cincta incolas ab omni maritima terreſtrique incurſione tutos reddit gemino portu dextra leuaqz acceſſibilis. quanquā qui ad orientem uergit ſolem rutior ueriorque portus eſt. Huic contermina ſunt monilia quos colles duos uitifer os moneliam nunc appellant. Superius oppida ſunt Vanchaleſium. matuſcum. matalana. monilianos fines contingit framula. quā ob ſaxoſos aſperoſque colles ferramulam accolae hinc putant dictam eſſe. quaſi diligenter eo loci ſoleandas eſſe mulas uiatores admoneantur. Paululum inde abeſt leuantum nobile municipium magis q̄ uetuſtum amoenis uallibus collibuſque conſpicuum. ad cuius oram quinqz ſunt caſtella paribus prope interuallis inter ſe diſtantia. Mons ruber. uulneria uulgo uernatia appellata. manarola. riuus maior quae loca non in italia magis q̄ in galliis Britanniaque ſiue Anglia a uini odoratiſſimi ſuauiſſimique excellentia ſunt celebria. res profecto memoratu et ſpectaculo digna. uidere montes adeo ſublimes praecipiteſque uti aues uolando fatigent. quibus omnino ſaxoſis et nihil humoris retinentibus: uitium palmites tam preciose feraces uindemiae haud ſecus q̄ hedera muris paſſim haereant. Eas autem uineas et alias per liguriam tenere Plinii non fuiſſe hinc uidemus q̄ quom ille edocendis uinis optimis quae ubique habeat italia diligens ſit ac prope minus nullum in liguria ponit niſi forte haec ſint uina lunenſia quae ipſe Plinius plurimum laudat. Riuum quem maiorem appellant inde tranſgreſſos uetuſtae olim et nobiliſſimae urbis Lunae portus excipit. a ſcriptorib⁹ quidem. ſed minus q̄ deceat celebratus. Quantum autem ex paucis quae extant de eo ſcriptis conijcere potuimus maxima quaeſtus cōmercium in ipſo portu fuit. Vnde Perſius ſatyricus auaritiam et nimiam ad rem pecuniariam populi romani attentionem redarguere intendens: ſic ironice ſcribit. Lunai portum opere eſt: cognoſcite ciues. Inſulam quae illam ab auſtro aphricoque tutam reddat natura obiecit. ſecus quam uaſtae ſe pandunt fauces: multis reflexibus tortuoſae in longum amplamque ſinum qui paſſus quinqz milia longitudine ac latitudine protenditur nauigia admittentes. Portuſque ipſe omnium capaciſſimus nauigiorum Macra augetur.

Clauarum oppidum.

riparoſſa mulinum. rocha chataia. Graucia. Olus Sturla fl.

Lauanium uicus. Prozonaſium. Vignolum. garibaldum. frelium. rupſa. entella. Sigeſtrum. Inſula Sigeſtae.

Vanchaleſium. matuſcū matalana. framula

mons ruber. uulneria. manarola. riuus maior

Portus lunae.

Perſius.

portus ueneris op.

Ilex oppidum.

quod Lucanus in secundo sic indicat: nulloſque uado qui macra mouatur
aluos uicinae prorumpit in aequora Lunae. Supremo in eius insulae fasti
gio Veneris olim templum christianis postea temporibus sancto Venerio
consecratum portui ueneris nomen dedit. Qua uero promontorium siue
insula occidentem spectat solem oppidum est portus ueneris pariter appel
latum genuensis populi Colonia, et finium quondam terminus et e regio
ne Ilex est castellum uel ex hoc celebrius quod sicut illud genuensium. ita
hoc pisanorum agri fines terminare consueuit. In sinuque Lunensis siue
ueneris portus intimo Spedia est notum oppidum circa annos sexaginta
muro circundatum. secus quam inspecta Italiae descriptione ac pictura a
maioribus facta tigultriam fuisse conjector. Idq; oppidum Bartholomeo
Facio uiro doctissimo est ornatum. lunensisque portus ab ea orientali par
te promontorio clauditur nunc lunensi appellato. quod praeterlabitur ma
cra fluuius amornus piscosusque. Et quia Liguriam ab Etruria diuidat
notissimus. Adiacent macrae amni ad sinistram Vetianum, Arbianum,
Podentianum, Richum, Luciolum, et Mulatium. Ex quo marchionū
eius cognominis familia nobilis fluxit. Eius Ligusticae orae quam descri
psimus a Varo ad Macrae ostia longitudinem olim undecim supra duce
ta milia fuisse ueteres prodidere: quam aetate nostra uix centum octoginta
milibus computant. pelagusq; adiacens quod ligusticum appellari dixim?
tres habet insulas. scopulis tamen q̄ insulis similiores. unam Albingauno
oppositam, qnae trepidis nauibus saepenumero tutelae fuit. aliam Naulo
tertiam lunensis portus promontorio occidentali propinquam ut continēs
uideatur.

Vetianum. Arbianum. podentianum. Richum. luciolum. mulatium.

Etruria.

Etruria ad Macram sequitur regio Italiae secunda uel inde notissi
ma q̄ priscum semper seruauit nomen. Eius sunt notissimi etiam
hunc fines Macra et Tyberis amnes centum et septuaginta quattuor mili
bus inter se distantes. Appeninus mons et inferum mare et? maris pars
quae a dictorum amnium ostiis longitudine et ad Sardiniam usq; latitudi
ne terminata fuit. quandoq; thuscum quandoq; tyrrhenum pelagus dicta
est. Etenim thuscorum gens sicut Justinus a Trogo tradit ex lydia Asiae
prouincia ueniens pulsis umbris incoluit hanc Italiae partē quae primo tyr
rhenia ab eor? rege Tyrrheno mox etruria a multo ac frequentato deor? p
thura cultu est appellata. Leonardus autē arretinus primo historiar? dicit
etruscos uenisse ex moenia unde lydi gens maxima nauibus in italiam adue
cti sunt. Huius prouintiae uetustatem dignitatemq; liuius patauinus libro
sexto sic ostendit. Thuscorum ante romanorum imperium late terra ma
riq; opes patuere. mari infero superoq; quibus Italia modo insulae cingit
quantum patuerint. nomina sunt argumento q̄ alter? thuscum cōmuni uo
cabulo gentis. alter? hadriaticū mare ab hadria thuscor? Colonia uocauere
Italicae gentes graeci eadē thirenū atq; hadriaticum uocant. et in utrunq;
mare uergentes incoluere urbibus duodenis terras prius eis appeninū ad
infer? mare. postea transappeninū. totidem quor capita originis erāt missis
coloniis et transpadum omnia excepto uenetorum angulo qui sinum circū
colunt maris usq; ad alpes tenuere. Duodecim autem urbes quibus dicit

L. arretinus.

etruscos incoluisse etruriam singulis magistratibus annuis quos uocabāt
lucumones creatis qui omnem prouintiam gubernabant has fuisse inueni
mus. Lunam. Pisas. Populoniam. Volaterram. Agillinam. Fesulas.
Rusellanam. Arretium. Perusiam. Clusium. Faleriam. et Vulsiniam.
quarum quattuor tantummodo integrae extant. Etruscorum uero digni
tatem fuisse maximam hinc constat q̄ Liuius tradit romanos ab his acce
pisse praetextam. trabeas. faleras. amulos. togas pictas. et palmatas. cur
rus triumphales. fasces. lictores. tubas. sellam currulem. additque Liu?
romanos consueuisse pueros mittere ad disciplinam sicut postea in graecia
fuerunt missi. Potentiae etiam etruscorum maximum est argumentum:
quod saepius ob etruscum q̄ aliud bellum Romae trepidatum est saepius
dictator est dictus. Subacti uero sunt romanis etrusci ad annum urbis cō
ditae septuagesimum et quadringentesimum cum apud Vadimonis lacum
ingenti proelio superati essent. Bis tamen romano populo rebellare cona
ti sunt. Primum Hannibalis tempore ducibus arretinis de quibus scribit
Liuius. xxviii. Cornelius cos. in etruria iudiciis agitauit eos qui ad Ma
gonem respiciebant et animos rebelles prae se ferebant. Secunda rebellio
intentata fuit bello marsico siue sociali. quae quidem rebellio arretinorum.
fesulanorum. et clusinorum multo sanguine atque urbium arretii et Clusii
uastatione sopita est. Paruitque postmodum etruria romanis quietissime
per annos circiter septingentos usque ad archadii et honorii tempora quan
do romani imperii inclinatio inchoauit. multas postmodum passa calamita
tes quarum minores fuerunt quas gothi intulerunt. A longobardis uero
crudeliter oppressa fuit quam. sicut libro historiarū octauo ostendimus prin
cipio aduentus in Italiam sui supra caeteras omnes regiones afflixerunt:
adeo ut unicus eorum magistratus Castaldio etruriae appellatus guberna
tioni illius satisfacere poterit. Longobardis uero electis cum Caroli ma
gni et filiorum temporibus etruria sicut et aliae Italiae regiones respirare
coepisset eam Ludouicus Caroli filius cum Paschali romano pōtifice par
titus est ut arretium. volaterrae. clusium. Florentia. Pistorium. Luca Pi
sae et Luna imperio. caeterae omnes pontifici romano parerent. Postquā
uero Caroli magni stirpis reges ab Italia sunt electi. Berengariusque itali
censis imperator et Lotharius eius filius rex Italiam administrare coepe
runt. maximas italia atque horrendas incurrit calamitates. in quarū una
ad annum salutis quadragesimum supra nongentesimum Joanne decimo
pontifice romano vngari etruriam omnem spoliarūt. et mortales qui caedi
bus superfuerant utrunque sexum in ungariam asportarūt. Aelius spartia
nus de eadem etruria honoratius scribit qui adrianum dicit imperatorem
in etruria praeturam gessisse. Sed iam ad nostrum reuertamur ordinem.
Secus Macram amnem uetusta interiit luna inter capita etruriae nume
rata quae Eutichianum pontificem romanum patre maximo genuit. eius
uero urbis desolationem quā nunc habet diutissime antea inchoasse indicat
lucan? in primo his uersibus. Hoc propter placuit thuscos de more uetusto.
acciri uates quor? qui maximus aeuo. arons incoluit desertae moenia lunae
Indicatque martialis poeta eius urbis regionē casco abūdasse his uersibus
Caseus etruscae signatus imagine lunae Praestabit pueris prandia mille

Luna. pisae. populonia. volaterra. agillina. Fesulae. Rusellae. arretium. perusia. Clusium. faleria. vulsinum.

arretii uolaterrae clusium florentia. pistorium. luca. pisae. luna imperii. caeteraepontio.

Fossa noui. Ort⁹ nouus. Villafrancha. Bagnon⁹ fl. ⁊ op. Filatera. Malgratum. Pontremulum. fiuizanum. Bragnola.

tuis. Eius tamen urbis retinet denominationē regio lunensis appellata. Genuensibus maiori ex parte subiecta. Est ad Macrae dexteram supra lunam Sarzana cuius arcem sarzanellum appellatam. Thomas fregosius genuensis uir sicut ostendimus illustris ⁊ egregie communiuit. ⁊ intus lautissime ac splendidissime exaedificauit. Sunt etiam ad eandem dexteram Lastrum nouum. Fossa noui. Ortus nouus. villafrancha. Torrens Bagnonus cum oppido eius nominis. filatera. malgratum. Et in appenini radicibus Pontremulum nobile regionis oppidum. Sunt quoque interius hinc Fiuizanum. ucrucula. et gragnola. Inde Montionum Chararia massa. et aliquot minora castella in montibus olim uiolatum. Tiguliorum et Segaunorum ac Appuanorum populorum olim ligustinorum appellatis qui montes ab appenino in littus inferi maris transuerso ab oriente ad meridiem tractu producti montana nunc lunensis charrariae dicuntur. Bebisque sic habet in decimo Liuius. Sempronius a pisis in appuanos ligures uastandoque uicos et castella eorum aperuit saltum usque ad metam fluuium et Lunae portum. hostes autem antiquam sedem maiorum suorum ceperunt. et inde supata locorum iniquitate praelio deiecti sunt. Ex ipsis montibus fodinas habentibus celeberrimas magna uis marmorum romam olim importata est adeo ut usque in praesens tempus columnae ibi et alia marmorum ingentia cernantur frusta: quae post fractas romani imperii uires derelicta nullus qui quaesiuerit aut potuerit aut deterrente impendio asportare uoluerit est inuentus. Quom tamen minoris impēdii et laboris marmora Pisas olim et nuper Florentiam et quandoq; Romam genuamque importata sint. Unde Iuuenalis de marmoribus ligustinis quae Romam portabantur sic habet. Nam si procubuit qui saxa ligustica portat axis: diciq; Plinius albos liguriae lapides ferr[illegible]iter secari. Secundus in etruria fluuius anxeris a quibusdam uetusti[illegible] uio Vera ut supra apparet appellatus quem nunc Serclum di[illegible] remotius ad finistram in maris littore mutronum arx uetustissi[illegible] numento aedificata. quam a Florentinis ad annum salutis sexage[illegible] quintum supra ducentesimum et millesimum captam Carolus [illegible] rer lucensibus reddidit. et tamen eam aetate nostra receptam nunc [illegible] lus obtinet florentinus. Intus petra sancta. et ad anxeris ipsius ostium [illegible] Virego. Libet uero priius q̄ mediterranea et ad dexteram anxeris ripam sita attingam: ad certiorem locorum indaginem oram etruriae. mariti mam usque ad Tyberim describere. Quae quidem sicut semper bacten⁹ fuit: nunc maiori ex parte est syluosa. Nam flauius Eutropius in Aureliani imperatoris uita sic habet. Statuerat uinum gratuitum populo romano dare ut quemadmodum et panis ⁊ porcina gratuita praebentur sic etiā uinum daretur. quod perpetuum hac ratione constituerat facere. Etruriae per aureliam usq; ad alpes maritimas ingentes agri sunt. biq; fertiles ⁊ syluosi sunt. Statuerat itaq; a dominis locoq; incultoq; qui tamen uellēt gratis dare emere atq; ex eo uinū dare gratuitū prima post anxerim finit arni ostia a quibus paulum recedit liburniū pisani port⁹ munitissima arx apud quā in scopulo passus mille a continenti recedente fundata est turris pharea nocturnū tyrrheno mari nauigātibus lumen quā remotissime praebēs

Petra sancta.

Turris pharea.

⁊ pisanum a longe ostendens portum armūq; recedentes tertio a mari milla rio pisae pontibus iungunt superbisq; aedificiis ornāt. eam urbē uetustā et gestarum rerum gloria claram ab alpheis originem habuisse dicit Virgil⁹. Et plinius pisas inter Auxerim et arnū amnes a pelope ⁊ territanis graeca gente ortas asserit. Justinus uero dicit pisas in liguribus graecos auctores habere. Et Lucanus in primo. Hinc tyrrhenā uado frangentes equora pisae. Liuius. xxi. ea causa consulī causa fuit cum pisas nauib⁹ uemisset ad padum festinandi. pisae tertio eugenio pon. ro. ornatae fuerunt. eam urbem florentibus romanorum rebus nullum habuisse potentatum uidem⁹. postquā uero maritimae urbes etruscae. hinc lima inde populonia deletae fuerunt quiescentibus per Caroli magni et filiorum tempora italiae rebus pisae multos habuerunt praestantissimos maritimo bello uiros quoruz gesta. in nostris historiis celebrantur. Sed ab annis quadraginta postquā ciuitas florentinis subiecta fuit infrequens populo opibusque exinanita penitus est reddita. Liburno intus contigua sunt stagna eius oppidi nomine appellata. deinceps est mons niger. Succedit eo in littore fluuius Cecina ficur nunc fit a plinio appellatus cui ad sinistram in ostio haerent uada uolaterrana a priscis appellata. q̄ autem hic portus fuerit uolaterranorum et uolaterrani cognomine uolienses appellati sint: auctor est plinius. Magna debinc ad umbronem fluuium quem plinius nauigiorum capacē fuisse scribit intercapedo habetur. In qua primum est in littore oppidum sanct⁹ Vincentius. Interius est uibona uetusti nominis oppidum. Superius est Subretum. Sinum deinceps efficit mare ad quem oppidum est port⁹ baratus. Supra est Campilia. maior deinde habetur sinus. ad quē est plombinum noui nominis oppidum. quem locum romanae ecclesiae rerum scriptores anno nunc trecentesimo plumbinariam dixerunt. Ad partem plūbini sinus aduersum est portus foresius in mediterraneis scarlinum oppidū deinceps in littore castrum troue Castilionum piscariae. debinc habet littorem pene castellum ad paludis olim caenosae emissorium. Inde pgressi lacum inueniunt orbitelli olim aprilem dictum postea umbronis sunt fluuii ostia mediocres admittentia naues. apud quae populonia fuit uetustissima. de qua liuius libro. xxx. Claudium cos. profectum ab urbe inter portus Lonsanum larentinumq; atro; uix tempestatis adorta populoniā impulit. inde quom fletiset ibi dum reliquum aestatis exiret. Iluam insulam ⁊ ab ilua Corsicam. a Corsica Sardiniam traiecit. ⁊ uirgilius. misit populonia mater. Nicea patritius constantinopolitanus dux naualis exercit⁹ regnante in italia Bernardo Caroli magni nepote ui captam diripuit ⁊ igni ferroque funditus euertit ut parua ipsius urbis uestigia nunc appareant Umbroni ad finistrā adiacet grossetuz ciuitas. ad dexterā uero iscbia. post insula superius boncōuentus ⁊ paulo infra eius fluuii fontem assianum. de inceps maritimo in sinu thelamonis est portus thelamotosa a plinio appellata: senensis populi mercaturae satisfaciens. inde argentarius mons in pene insulam mari immissus in quo est uetusti nominis portus Herculis quae loca nullae nunc inhabitant gentes. Quom tamen eo in monte et circa portum multa aedificiorum fundamenta cernantur. post montem Argentarium a mari paululum recedit caput aluei castellum: ad cuius

pisae.

Lucanus.

Mons niger.

S. Vincentius op.
Subretū. port⁹ baratt⁹.

portus herculis.

Caput aluei

Pissia fl.

Barba fl.

Mons altus.
Virgilius.

Minio fl.
Cornetum.

Tarquinia.

B. cornet. epc

Centumcelle.

Martialis.

palus perge.

finces Pissia labitur torrens mutilate in patrimoniū sancti Petri etruriae finium limes. Terra nāq; quam de etruria Matildis certe gloriosa ut scri ptores appellant, comitissa Anno tunc tricesimo supra tricentesimum septi mo Gregorio pont. ro. in beati Petri patrimonium dono dedit. Ad illum Pissiae torrentem hac in parte terminata fuit. Sequitur fluui? Barba appellatus lacu uulsinensium nunc Bolsenae effusus: super cuius ostia pau lum a mari recedit, mons altus castellum uetusto in loca grauiscarum ut ap pellat Virgilius in tempestatum quod amnis propinquitas indicat. Situs Scribit uero Plinius apud grauiscas corallum gigni solitum prout nunc et gigni & expiscari constat. Minio inde habetur cuius meminit Virgilius. eo item nunc nomine appellatus, iuxta quem tertio a mari miliario Corne tum est ciuitas quam turrium frequentia moeniumq; superbia uetustissimā esse ostendunt. Id uero esse crediderim quod Ptolemaei Plinii Pompo nii mellae descriptiones castrum nouum appellant. Auctum uero traditur esse Tarquiniae ibi proximae olim urbis uetustae ruinis: qua ex tarquinia postremi Romae reges Tarquinii priscus et superbus originem duxere. Magnum aetate nostra ornamentum habuit ea ciuitas malo terminatum fine. Joannem uitellensem Romanae ecclesiae cardinalem: qui in Hadria ni mole castello sancti Angeli captus interiit. Eius supereſt nepos litteris et prudentia ornatus Bartholomeus Cornetarius et montisfalconensis episcopus. Abest a Corneto passus milia decem portus celebris arcem ba bens munitissimam cui ciuitati ueteri nunc est appellatio. Nec dubito quin is fuerit centumcellensis portus, mentio cuius apud ueteres saepe habetur Paruo enim spacio inde abest centumcellensis olim ciuitatis locus, quam sarraceni per tempora Italiae regis Bernardi Caroli magni nepotis destru xerunt, & postea aedificatam nos ultimo habitatoribus anno nūc undeuice simo destitui uidimus. Fuitq; is locus in quo Plini? posterior in epistolis narrat Hadrianum imperatorem centum aedificasse cellas centum iudici bus audiēdis se pśente causis publice institutis deputatas. & in quo beatū aurelium Augustinū libris de Trinitate cōstat scripsisse. Ciuitatis uero ue teris portum praetergressi magna inueniunt uetusti aedificii fundamēta in quibus Virgo appellatis paruum est sacellum: cuq; in loco virgos fuisse ue teres a Virgilio appellatos constat. Et proximo in littore monasterium ē Seuerae uirgini dicatum, quod in arcem portūq; primis temporibus cō minutum ē. Proximusq; mare influit caeretanus amnis, secus quem intus est Ceruetere nunc, quod fuisse scimus cere seruator quo tēpore Galli se nones urbem ceperunt sacrorq; memoria celebre oppidum, cuius facti exēplar cerimoniis nocabulū dedisse grāmatici affirmāt de quo Liu? in pmo Inde turnus rutilicq; diffisi rebus ad florētes opes etruscor Megentiūq; eorū re gem confugiūt qui caere opulento tunc oppido imperabat. Et Martialis coqu? poeta scribit Pernam fieri optimā apud Ceretanos, sic ceretana mi bi fiet uel massa licebit. Et interius mille quadringentis passib? sicut vult Plinius ab oppido Caere distat loc? agellinae urbis uetustissimae, quā int capita etruriae diximus numerata fuisse Estque nunc saxoso in tumulo par uis aedificiorum reliquiis notus. Sequitur pertem? locus in paludib? cui perge olim appellato nunc palus dicit, aburtinis possessus. Hec est quicq

fo lxv.

Romanus portus.

Formosus papa.
Marmora.

Plinius.

anxeris fluui? Serclus
librafacta.
Brignanum.
Carfagnana uallis

castrumnouum. Barcha
luca.
Narses.

lucius terti? papa.
alexander secund? papa.

Paulus guinisi?.

Nicola? piccinin?.

Victorin? feltrensis.
Verecula.
alt? passus. lumclicus.
Colodi? fl. & op. Pisa

aedificior aut ruinar ultra quousq; romani port? a Claudio primū posita Traiano aedificati reliquiae inueniuntur certe maiores q̄ credere possit qui illas non inspexerit quorum partem in Roma instaurata diximus. & tamen quod inaduertentia ibi est omissum addere hic uolumus portuensem urbem genuisse Formosum pontificem romanum et omni ea in palustri littorea q; insula quam scissus supra Ostiam urbem secundo miliario Tyberis efficit. marmorum frusta herbis rubisque & uirgultis obsita ac alluuionibus semisepulta passim pene contigua uideri quae scabra et impolita a mercatoribus per foelicia rei publicae et imperatorum tempora mari aucta quoscunque in aedificii usus poterant dedolari. & quom multitudo sit maxima urbē. ut uidetur aedificatura: cernere est eorum partem tantae molis. et qui obeli scos ignoret aegypto aductos illa non credat potuisse naubus comportari litteras unumquodque frustum numerales duobus in lateribus est inscriptum, quarum unus docente Plinio pondus lapidis, alteris missorum a mercatore frustorum ordinem significari nouimus. Ut autem unde supra digressi sumus reuertamur. anxeris fluuius quem nunc Serclum uocāt primum habet ad dexteram oppidum Librafactam. ad ortum suum in appenino habet Brignanum ignobile castellum. et ad perpetuum fluuii alueum quousque ad mediterranea sit descēsum: uallis est Carfagnana castellis. uillisque plurimis habitata. maiorem cuius partem nunc obtinet marchio ferrariensis. Eorum uero oppidorum quae anxeri descendendo ad dexteram adiacent notiora sunt Castrum nouum et Barcha Sercluſque in mediterraneis lucae urbis romanae Coloniae latera abluit, de qua liuius. xxi. hannibal in ligures Sempronius lucam concessit. Ostendimus uero in historia Narsetem eunuchum lucam a Gothis possessam septem mensibus oppugnasse priusq; ea potiri potuerit. Ea urbs tertium lucium pont. ro. atque etiam alexandrum secundum aduersus quem lombardi Cardolum parmēsem erexerant in idolum genuit. quam ad annum quinquagesimum malo suo sibi subegit Paulus gente lucensi guinisia nobili genitus. Cumulauerat is triginta in annis ingentem uim pecuniarum et filios procreauerat. Sed quom magno in fastu ipse et filii adolescentes degunt. beatique sibi et suis esse uidentur fortuna derepente mutata exemplar facti sunt multis. quam nihil in rebus humanis solidum nihil est firmum. Capti enim et patria uiolenter abacti diuitias diu accumulatas postea uitam in carceribus amisere. luca autem post guinisiorum electionem uariis et multiplicib? agitata bellorum motibus intra uiginti annos magnas est passa calamitates. quae tamen florentinum populū eius ambientē dominiū pariter afflixerūt Nam praeter alias ibi acceptas clades eorum exercit? cui Guidātoni praerat urbini comes. sicut in historiis diffuse ostendimus a Nicolao piccinino superatus fususque est. quo in praelio quatuor equitum. tria peditum milia. et ingentem machinarum bellicarum uim florentinis amisit. lucaque dudum honestis mercatoribus frequentata Janipetro ornata est graece et latine eruditissimo. et Victorini feltrensis sui praeceptoris mores redolēte habet item ad dexteram luca colles in quib? est binc castellū uerucula inde altus passus supra lumenicus. & ad fluuium Colodum eiusdem nominis oppidum. cui fluuio item adiacet Pisa oppidum quod ad annum salutis

L. arreti. Bugianum.
Ugianum.
Bētina palus. mons Carolus. Bientina oppidum
Pistoria.

Summanū. Seraualle.
Victolinū. mons Catin?
Stella ⁊ Umbro flo.
mons Lupus op. visenti?
P ratum oppidum
mons murlus oppidum.
mumio flo.
Florentia.
L. arretinus.

Plinius.

Alcuinus.

farinata ubertinus.

Ecclesia sci Miniatis

Priores artium.
Basilica cuba.
Pbilippus brunalitius.

septuagesimum supra ducentesimum ⁊ millesimum florentini lucenseſq; sicut Leonardus scribit Arretinus destruxerunt. Et paulo inde abest Bugianum superiusq; est Ugianum. Qua uero Lucensis ager uergit in florentinum palus est Bentina in lacū a florentinis cōclusa. cui supereminet mons Larolus oppidum. ⁊ ubi is lacus in aruum exoneratur. Bientina est castellum. Supremo autem in sinu ample quam habet primum etruria planicies Pistoria est ciuitas In cuius agro Catilinae exercitum fuisse supatū multi ex uetustis scripsere. Ea sicut arretino placet prima fuit etruriae urbiū; q̄s populus florentinus tunc primum liber ad annum salutis duodecies centenum et quinquagesimum in potestatem redegit. Circūstantq; pistoriā Sūmanum. Seraualle. Victolinum. ⁊ superius mons Latinus. Circumdant Pistoriam paruo distantes spacio amnes duo Stella ⁊ Umbro. qui secus Larmagnānum delapsi apud montem Lupum oppidum in arnum exonerantur. Visentiusq; amnis deinceps ex appenino defluens prati oppidi omnium etruriae opulentissimi moenia praeterfluit. Supra pratum est Murlus oppidum ⁊ Marina torrens Calencranum oppidum praeterlabitur. Ultimusq; ad Florentiae moenia Munio babetur amnis. Florentiae urbis inclytae originem gestaq; res abunde complexus est in historia clarissimus Leonardus arretinus. Quod autem ad nos attinet eius urbis origo refertur in Syllanorum militum quibus is ager a Sylla assignatus fuit aduentum. ⁊ quia primas illi sedes ad arni fluenta coeperint Fluentiam inde primo dictam uolunt. Et quidem Plinius apud quem primum eius loci mentio facta est fluentinos dicit profluenti arno appositos. Uenerunt uero bi milites ad annum cōditae urbis Romae sexcentesimū ⁊ septimum supra sexagesimum. unde initium Florentia habuisse uidetur ante Christi dei nostri aduentum annos circiter octogintatres. Multis ea ciuitas per gothorum tempora incommodis agitata est. Nec tamen a Totila aut alio quopiam tunc aut alias unq̄ destructa fuit. Idque quod de reaedificatione a Carolo magno facta aliqui sentiunt non probamus. quom gesta Caroli ab Alcuino eius praeceptore scripta tantummodo dicant illum Romam euntem bis in florentia dominicum pascha celebrasse. Seruata uero est ab ingenti desolationis quod incurrerat periculo unius ciuis Farinatae ubertini uirtute. Cum pisanis senensibusq; et aliis etruscis in conuentu apud Emporiu habito florentiam esse destruendam cēsentibus farinata licet longo posslimino in ipsam patriam reuersus eam se dixit quam non aedificasset se uiuo abillis destrui non passurum. Itaq; florentia acceptis vi et in se populariter ductis sesulanis ad annum salutis quartum ⁊ uigesimum supra millesimum plurimum opibus ⁊ gloria est aucta. Quo item anno Henricus prim? imperator ecclesiam sancti Miniatis ad muros florentiae aedificauit. Arsit uero florentia duobus incendiis paruo in temporis spacio ad ānum salutis sextum ⁊ septuagesimum supra undecies centenum. Ex eo fere tempore primum per priores artium et uexilliferum iusticiae sicut nūc fit gubernari coepit. suitq; inter primos uexilliferos ex nobili gente stroza unus basilica insignis quae per nostram aetatem curante Pbilippo Brunalicio nobilissimi ingenii florentino stupendi operis fornice est ornata gloriosaeq; uirgini dicata anno salutis duodecies cēteno ⁊ nonagesimoquarto inchoata ē. ⁊ quarto

abinde anno palatium item superbissimum. quod inbabitant priores aedificari coepit. Quintoq; postmodum anno pductum est pomerium ⁊ moenibus quae tunc extant urbes est ampliata. Turris uero marmorea inter caeteras orbis campanarias speciosa ad annum inde primum ⁊ tricesimum excitata. per quae tempora ciuitas Florētina duobus ornata est poetis Dante aldegherio. ⁊ Francisco petrarcha. quorum hic patre florentino sed exule apud Arretium natus. ⁊ arquade inter colles euganeos mortuus ac sepultus est. Ille florentinis parentib? florentiae nat? obiit Rauennae patria exul Paulo post Florentia Jotum babuit pictorē celeberrimū Apelli aequiparandū. Babuit quoq; accursium iureconsultor principē qui ius ciuile nunc extans egregie interpretatus est. famaq; est nullo nobis confirmata auctore Claudianū poetā fuisse florentia oriundū. Lolutius uero salutatus ⁊ si priꝰ didicerit q̄ ciceronianae imitatio eloquentiae sui saeculi adolescentibus notа esse coepisset ⁊ eloquens est habitus. ⁊ multa scripsit prudentiam magis ⁊ doctrinam q̄ eloquentiā redolentia. Nicolaus nicoli per aetatē nostrā et si nibil scripserit ⁊ doctus fuit ⁊ multis adolescentibus ut litteris operā darent: opem attulit. Ab bis uero plus minus centū annis qui Francisci petrarchae mortem ⁊ haec tēpora intercedunt mirabili foelicitate florentia opes auxit. Cuiꝰ imperio per aetatē nostrā castrum caꝛ Mutiliana Bonadula. cassianum. porticus. ⁊ alia castella in romandiola ⁊ pisae ac Cortona urbes uetustae ac Burgum ad sepulchꝛ ⁊ regio Casentina in etruria sunt subactae. Ab ipsis uero centum annis supauit omnia florentiae ornamenta concilium in ea celebratū. in quo quartus Eugenius pontifex gloriosissimꝰ orientalis ecclesiae cum occidētali unionē maximo diu quaesitam impēdio celebrauit: Joanne paleologo imp. constātinopolitano ⁊ patriarchis archiepiscopis episcopisque ac ingenti doctissimoꝝ nobiliūque totius graeciae uiroꝝ qui interfuerant multitudine romanae ecclesiae sumptibus in patriam reportatis. armenii etiā aethiopes georgiani ⁊ iacopitae Libyam asiamq; incolentes catholicae fidei documento in eodē cōcilio a praedicto pon. Eugenio acceperunt. Uiris etiā nunc florentia sicut antea consuevit omni uirtutum laude praestantissimis ornatur. Cosmo imprimis mediceo quē omnes totius europae ciues opū affluentia supantem prudentia humanitas liberalitas. ⁊ quod nos maxime ad eius laudes incitat: bonaꝝ artium praesertim bistoriaꝝ peritia celebrē reddunt. Cumulantque eius foelicitatem Petrus Joannes ⁊ Carolus nati paternae uirtutis imitatores. Nec suppaimenda sunt maxima quae Cosmus florentiae urbi addidit ornamenta. Monasterium celebre sancti Marci in quo quom superbae sunt. ⁊ ut aiūt insanae extructiones caeterae. tum maxime bibliotheca alias supat omnes quas nūc habet italia. Et ad sancti Laurentii fornices marmoreae colūnae ⁊ opꝰ totum summi uiri magnificentiā ostendunt. Quid quod priuatae aedes suae recens in uia lata extructae romanorum olim principum et quidem primariorum operibus compara ndae sunt quin egoipse qui Romam meis instauraui scriptis affirmare non dubito nullius extare priuati aedificii principuꝝ in urbe romana reliquias quae maiorem illis aedibus prae se ferant operis magnificentiam. Palla strozza clarissimus equestris ordinis florētinus opera studiis pbilosophiae assidua paraui impensa exilii incommoda prudentiſ

Campanarium.

Dantes. f. petrarcha.

Jotus.

Castrum carum

Cosmus.

Monaster iū. s. marci

aedes Cosmi.

B

angelus acciaiolus.

Janectus manectus.

Fesulae.

Munio fluuius.

Mugellum.

Pons ad scuam.

Vallis arni.

sime consolatur. Angelus acciaiolus equestris ordinis nō minus claraē gē
tis suae nobilitatem prudentia ingenuis moribus ꝛ litterarꝫ studiis ornat q̄
ab illa decoratur. Andreas floccus apostolicus secretarius canonicusq; flo
rentinus uir optimus eloquentia ꝛ edito de magistratibus opere ac Jane
ctus manectus litterarū graecarꝫ latinarumq; peritia atq; eloquentia ꝛ Ba
ptista albertus nobili ꝛ ad multas artes bonas uersatili ingenio patriam ex
ornant. Decorat etiam urbem florentiam ingenio uetꝫ laudibus respondē
te Donatellus Eracleonti zeusi aequiparādus ut uiuos iuxta Virgilii ver
ba ducat de marmore uultus. Secus Florentiam Fesulana urbs uetusta
ꝛ multorum scriptis praesertim Salustii in bello catilinario ꝛ Liuii illud
idem scribentis bellum libro centesimosecundo celebrata interiit. uel quod
supra diximus in florentiā populum opesq; mutauit. Oritur ex montibus
fesulanis qui ad orientē uergunt solem Munio torrens florentina abluens
moenia, secundum cuius alueum sexto ab urbe miliario sacellū est cui ea ra
tione inditum ad cruces nomen fuisse opinor quod eo in loco sepulta fuerit
moles illa cadauerꝫ quae facta fuit in stupenda strage illa magnae partis du
centorum pene milium ex Radagasii gothorum regis exercitu apud fesulas
sicut in historiis ostendimus interfectorum. Interq; eos montes ꝛ appeni
num uallis est amoenissima, ꝛ uicis uillisq; praesertim mediceorum specio
sissimis frequentata Mugellum sicut consueuerat appellata quae Binum
habuit mugellanum iureconsultorum superioris saeculi celeberrimū. Eā
illabitur diuiditq; mediā Seua fluuius ex appenino oriundus. Primumq;
regionis mugellanae oppidum est uia bononiēsis Scarperia Jacobo orna
ta Angeli filio cuius latineq; doctissimi extat. M. Tullii Ciceronis uita
ex Plutarcho in latinitatem luculenter traducta. Beinceps habetur nico
laium dura picciniui obsidione cui fortiter restitit nostris in historiis clarū.
Inde scuam influit Ronta torrens ad quem uia fauentina eiusdē nominis
est uicus ꝛ sub eo sancti Laurentii burgus. Quinto ab inde miliario scuā
pariter illabitur Bucaria, a cuius torrente apud Baudentium appenini ui
cum oriundo quicquid magno sinu cōplectitur arnus amnis usq; ad agri ar
retini fines dicitur Casentinū. quam regionem montusam populo florenti
no proximis temporibus quaesitam fuisse ostendimus. Ubi uero Seua flu
uius arnum illabitur est castellum moenibus munitum pons ad scuam di
ctus. Florentinam urbem diuidit Arnus amnis pontibus in ea quattuor
magni operis iunctus. sed quantum ad inchoatam attinet florentini agri
descriptionem secundum arni fluenta sub florentia sunt castella mons Lu
pus ꝛ Signia quousq; nauigia admittit arnus. Supra florentiā ad quin
tumdecimum lapidem primum est ad arni fluenta oppidum incisa: cui⁹ op
pidi nomen originem habuisse coniector ab succiso obiice saxeo cursum ar
ni solito remorari. Indicant nanque quernarum trabium stipites maximi
quos defodientes inueniunt agricolae. Vallem arni superiorem qua nullā
habet nunc ager florentinus uini optimi feraciorem. quantum ꝓfluenti ar
no apposita planicies ambit fuisse palustrem. ꝛ qui. xxii. historiarum Liuii
patauini in principio attente leget: paludem illam in qua Hannibal aeger
oculis et uerna primum intemperie uariante calores frigoraque elephāto
qui unicus superfuerat quo altius ab aqua extaret uectus uigiliis tum et

fo Lxvii.

nocturno humore p̄lustriq; ceno grauāte caput altero captus est oculo. hāc
fuisse uallem arni puidebit. Nam quom fama esset Flaminium cos. arretiū
cum exercitu praeuenisse Hannibal ex hibernis mouens quae in liguribus
habuerat arretium contendebat. Sunt autem Liuii haec in parte uerba.
Quom aliud longius caeterum commodius ostenderetur iter: propiorez
uiam per paludem petiit qua fluuius arnus per eos dies solito magis inun
dauerat. Et paulo infra: exercitus incommoda et iumētorum hominūq;
stragem quae fiebat describens per praealtas dicit fluuii ꝛ profundas uora
gines haustos pene duces. ꝛ maxime omnium confecisse uigilias per quatri
duum iam et tres noctes toleratas. cum omnia obtinentibus aquis nil ubi
in siccо fessa sternerent corpora inueniri posset. Iter igitur quod longius ar
retium ab liguribus ducturo ostendebatur per lucensem. pisanum. volatera
num ꝛ eius quae nunc est sena agros esse oportuisset. quod certe nullus re
gionis peritus dubitat fuisse commodius q̄ quom propiorem ingressus ad
arni fluenta ubi nunc est Florentia uenit. ꝛ inde amnis arni alueum apud
nunc incisam uel paulo supra est ingressus. tādiuq; per paludem qua fluu⁹
arnus per eos dies solito magis inundauerat est profectus quousq; siccum
ubi consisteret primum in arretino inueniret. Eam uero inundationē easq;
paludes non fuisse sicut aliqui uoluit in ea planitie quam pratum signamq;
et Florentiam intercedere uidemus. ea constat ratione quod regionem illā
dicit Liuius in qua bannibal primum in siccо constiterit iuprimis Italiae
fertilem tunc fuisse etrusci campi qui fesulas inter arretiumq; iaceret. Sub
iungitq; Liuius quoq; pronior esset in uitia sua consul irritare eum atque
agitare poen⁹ caepit. ꝛ leua relicto boste fesulas petens etruriae agros prae
datum profectus quantum maximam uastationem. potest caedibus incen
diisque consuli procul ostendit. Qui itaque relicto boste apud arretiū agen
te ad laeuam fesulas petiit uallem arni superiorem profecto attigerat atque
ut in siccо consisteret ea post tergum relicta ulterius processerat. Sed pal⁹
illa quo obduruerit modo ut aratrum pateretur quom aliquando scire cu
piuerimus confragosas saxis apud incisam oppidum arni ripas et saxorum
fragmenta medio adhuc alueo haerentia cernentes ad apertum fuisse re
mus humano ingenio tumentem saxo. ꝛ repagulum aquae facientem flumi
nis fundum. labentibusque postea pro iusto amnis cursu aquis quae reside
re ꝛ superiori in parte quaqua uersum stagnare fuerant consuetae. exsicca
tum limi humorem. quod alibi saepe contingit campos feracissimos reli
quisse. habet ea uallis ad dexteram arni post incisam Ficbinum. quod oppi
dum Arretinus scribit a comite Guidone nouello exulibusque florentinis
occupatum pace per quam exules in Florentiam reducti sunt facta fuisse a
populo florentino destructum. habet quoq; ea uallis sanctum Joannē mon
te uargū ꝛ quaratam. ad sinistram uero Castrum franchum. terram nouā.
laterinam. pontenanam. quorum sanctum Joannem et castrum franchum
populus florentinus ducentesimo et nonagesimosexto supra millesimum sa
utis anno aedificauit. et terram nouam Poggii uiri eloquentissimi et ali
quot editis operibus clari patriam Guido petramalensis arretinus episco
pus muro quem nunc habet cinxit. In montibusque altissimis qui ad sini
stram arnum intercedunt est uallis umbrosae monasterium. Sunt etiam

Ficbinum.

aliquot regionis de qua dicimus caſentinae oppida. quorum primaria ba
bentur Romena burgus ⁊ puppium a comitibus dudum habitata cogno
mine guidis quos proximis temporibus pepulit populus florentinus. Ad
alteram uero arni ripam ⁊ ſub ipſius fonte eſt Porclanum. inferius Stia.
poſt Pratum uetus. infra quod oppidum arnus Corſolana augeꝫ torren
te ſecus Bibienam oppidum ut in montibus nobile delabente. Augeꝫ etiã
Archiano torrente qui ad dexteram habet Bellum ⁊ Chorettiũ parua op
pida qua etiam arnus ſi arretium uerſus inclinat eſt Caſtrum nouum. Di
agrum florentinum arretino ſenenſi ac piſano ⁊ uolaterrano conterminum
deſcribere uolumus ad proximam uallem uerſus meridionalẽ plagã tranſe
undum eſt a Peſa fluuio appellatam. cui fluuio ad ſiniſtram proxima ſũt ad
oſtium quo exoneratur in arnum. Mons lupus. ſupra Colina. Supra ipo
ſub fonte Sambuca. ad dexteram mons iuſtus. Linarium. ſanctus Bona
tus. aliuſq; ſequitur fluuius Elſa appellatus. cui ſunt ad ſiniſtrã Emporiũ
mons Rapolus. mons Partolus. Barberinum. Caſtellina. ⁊ ad dexte
ram Saminiatum. Bambaſſium florentinum. Certaldum Joannis Boc
catii uulgaris potius q̃ latinae eloquentiae fama clari patria. ⁊ ad fontem
Caſulum. Augetur uero Elſa amnis torrente uno qui apud Staggiã oppi
dum delapſus fertur ad Bonicium nobile oppidum. ⁊ in ea inſula quã El
ſa fluuius torrenſq; praedictus efficiunt Collis ⁊ Beminianum ſũt oppida
paucis etruriae oppidis ſecunda. Eſt etiam Elſam inter ⁊ proximum. qui
arnum illabitur torrentem mons Topul⁹ oppidum. Sequiturq; Era flu
uius; cui binc eſt pons ad eram oppidum praelio clarũ in quo quom piſani
lucenſes florentinoq; ſotios' fudiſſent ſupueniens florẽtinoq; exercit⁹ fortuna
praelii cõuerſa piſanos fudit. ex quib⁹ ad tria milia ſũt caeſi. ⁊ ſuperius eſt
Peticlum. inde Calcinaria. primoq; torrenti in arnũ defluenti. binc pons
Sachi oppidulũ. inde eſt balneum aquae in quibus ſolis calẽtib⁹ a ſulphu
re aquis ranas gigni Plinius dicit. ea in regione Piſani agri caſtella ſunt.
alia ualaterranis contermina. Superiuſq; arduis in montibus Volaterra.
de qua Liuius in decimo Scipioni hoſtes etruſci ad uolaterras ſtructo eg
mine occurrunt. Pugnatũ maiore pte dici magna utrinq; caede: nox incer
tis qua data victoria eſſet interuenit. fuitq; uolaterra Perſio ſatyrico ciue
ornata. Nunc Aſparis noſtri patria qui graecas latinaſque litteras edo
ctus celeberrimi graecoꝝ cardinalis Niceni biſſarionis epiſtolarũ eſt ſcriba
uetuſta eſt haec ciuitas quam ſimul cum arretio ⁊ cluſio a tyrrhenis añ bel
lum troianum fuiſſe conditam Leonardus arretinus in Polybio edoctus
affirmat. Noſque ſupra docuimus inter capita etruriae numeratã fuiſſe Li
uius belli ciuilis Marii ⁊ Syllae deſcribens libro. lxxxvii. dicit uolaterras
quod oppidum adhuc in armis erat in deditionem accepit. auctoq; eſt Pli
nius in calidis uolaterranorum aquis haud procul a mari ſitis piſces gigni.
ea urbe in hunc maxime modum potiti ſunt florentini ad annũ ſalutis quin
quageſimum ⁊ ducenteſimũ ſupra milleſimum. Quom uolaterani a floren
tinis praelio quod ad montis in quo ſita eſt urbs radices cõmittebat ſupa
ti in urbẽ confugere enitterentur inſecutus eos miles florẽtinus victor pari
imperu cum victo ingreſſus urbẽ cepit. Ab agri uolaterrani finib⁹ regio in
cipit maritimae oraе etrulci pelagi quã deſcripſim⁹ adiacẽs quae uaſtiſſima

Porclanum. pratum uetus Stia.

mens rapolus Barberium. Caſtellina. Bambaſſum. Certaldum. Staggia.

Volaterra. Liuius.

fo lxviii.

⁊ populis p ambitu infrequens ſenenſi populo ſubdita eſt. in qua ſũt prae
ter ſuperius enumerata. Maſſa ciuitas. mallianum. paganicum. poſt ad ſi
niſtram Capagnaticum arduo in colle ſitũ. vinis caeteriſque frugibus fera
ciſſimũ. petrioli ⁊ alia balnea. Hã multa quae nunc etiã frequentãtur agri
ſenẽſis balnea oli fuiſſe grata uidem⁹ Martialis coqu⁹ poeta ad Oppianũ
Etruſcis niſi tremulus laueris illotus morieris Oppiane. ⁊ ad dexteraꝫ in
montibus mons Altinus. ea regio maritima ſuperiori in parte ueſtigia ha
bet urbis Ruſellanae quam dicimus inter capita etruriae numeratam eſſe
de qua Liuius in decimo. M. Valerius maximus dictator caſtra in agꝝ
ruſellanum promouit eo ⁊ etruſci hoſtes ſecuti ubi quom forte quodam loco
male denſatus ager pondere ſuperſtantium in foſſam pcubuiſſet. atq; eo cũ
deos pandere uiam fugae conclamaſſent. plures inermes q̃ armati euaſere
hoc praelio fractae iterũ etruſcoꝝ uires. ⁊ pacto anno ſtipẽdio ⁊ duũ menſiũ
frumento inducias biennii datae. ⁊ infra in Roſulanum agrum exercit⁹ du
ctus ibi non agri tantum uaſtati ſed oppidum etiam oppugnatũ capta am
plius duo milia hominum: minus duum milium circa muros caeſa. ⁊ infe
rius tres ualidiſſimae urbes etruriae ruſellae. peruſia. arretiũ pacem petie
re. Adiacetq; ruſellarum loco balneum cognomine ruſellarum. Sena eſt
interius urbium etruriae uiribus opibuſq; nunc ſecunda quae et ipſa inter
nouas numerari poteſt. Quom nullis in ueterum monumentis reperiat.
Suntq; qui affirmant Carolum cui malleo fuit cognomentum eam condi
diſſe. et Caroli aetatem plus min⁹ ſexcenteſimo ⁊ ſeptuageſimo ab binc an
no abfuiſſe cõſtat. Ex nuper uenetiis in ſancti Georgii de alga celebri mona
ſterio quod glorioſus pontifex Eugenius relicto primum ſaeculo propria
aedificauit paternae haereditatis pecunia inuenim⁹ in libro litteris ſcripto
puetuſtis Joannẽ romanum pontificem nominis ordine duo de uiceſimum
acceptis de perufina. cluſienſi. arretina. feſulana. florẽtina et uolaterana di
oceſibus ſex plebatibus ciuitatem banc aedificaſſe quae ab ipſo ſex plebatuũ
numero Sena fuerit appellata. Habuit ea ciuitas tertium Alexandrũ pon
ti. ro. qui a Federico barbaroſſo agitatus quatruoꝝ aduerſum ſe erectos in
idola adulterinos pontifices ſupauit. Magno autem decori Senarũ urbi
fuit celebratum in ea concilium in quo Gerardus florentinus epiſcopus in
ſecundum Nicolaum pontt. ro. creatus conſtitutionem fecit quae in decre
tis patrum extat diſtinctione tertia et uigeſima pontifices romanos eligen
di cardinalium collegio et nemini ulterius ius eſſe: cui concilio centũ et tri
ginta epiſcopi interfuere. Praelio etiam foeliciſſime geſto ornati fuerunt ſe
nenſes. Nam quom florentini altinatibus foederatis opem laturi ad arbiã
fluuium quarto a Senis miliario uia arretina diſtantem conſediſſent ſenen
ſes auxiliaribus copiis Manfredi regis exulibuſque florentinis immixti fa
cta eruptione florentinum exercitum fuderunt: occiſi que ſunt florẽtini tres
mille capti milia quatuor et curru qui ex more uexilla deferebat cum ipſis
uexillis Senas relato: tantus florentinos pauor inceſſit ut urbe propemo
dum deſerta meliores quique pars Bononiam. pars Lucam commigra
rint: exuleſque in patriam ſunt reuerſi. Obiit proximo tempore Ugo ſenẽ
ſis medicus et philoſophus caeteris ſui ſaeculi poſt functum uita Jacobus
forliuienſem doctior clariorque habitus. Habuit etiam nuperrime Sena

Maſſa. mallianum Paganicum. petrioli balnea

Sena

S. Bernardi. illustrans sidus sanctum Bernardinum cuius reliquiae apud Aquilam urbem miraculis per singulas dies multiplicatis coruscant. Quãquã nescio quae maiora uiri unius dici aut scribi possint miracula operibus quae per triginta annos in religione fecit: qui eloquentissimis tam uehemens tãque efficax diuinorum eloquiorum suasor fuit ut omni in Italia mirabilẽ fecerit animorum a uitiis ad uirtutee commutationem. primusq; omnium ordinem beati Francisci ad eam quae nunc tantopere uiget obseruantiam regulae perduxerit. Quo in diuino opere eum summis adiuuit conatibus quartus Eugenius pon. omni in gerendo pontificatus munere. sed imprimis augenda conseruandaq; religione praestantissimus. Nunc; Sena Siluio Aenea poesis primum laurea post episcopali mitra redimito Francisco ex patritio studiis et eloquentiae deditissimo. uiris quoq; plurimis iurium et philosophiae doctrina excultis ornatur. Umbronem senensis agri fluuium inter et paludem Banam siue fluuium Paliam quem ea palus efficit multa sunt montana ac campestria oppida quae nullo ut in superioribus factus est ordine describi possunt. Inestq; Clusium uetustissima urbs quam Plinius Carmon olim nominatam fuisse dicit. Fuit uero inter capita etruriae primaria olim numerata quam gallorum senonum bella et Porsennae regis sui historia imprimis claram reddunt. Ea pene derelicta nũc urbi Senae subiecta est. nec aliqualiter dubitamus quin populor caeterarumq; rerum reliquiis interiture olim Clusium et Ruselle urbem Senam a principio dum conderetur auxerint. Refert ex. M. Varrone plinius porsennam regem extruxisse sibi apud Clusium monumentum in quo mirabili opere laberintbus fuit. cuius nullae plinii temporibus extabant reliquiae. Adiacet uero ciuitatis ipsius ruinae episcopo etiam nunc ornatae palustri fluuio danat a plinio sicut etiam nunc fit dicto. ad superiorem; eius partem Senas

ãcticas siluius.

uersus Policianum est nobile oppidum florentinis subditum amoenis in collibus situm. post Turrita. de hinc Lucinianum. Interius sunt sanctus Quiricus. Corsignanum. Chiancanum. et ardue in monte radicofanum est ultimum ea in parte patrimonii beato petro et romanae ecclesiae a Matbildi comitissa dati castellum. Deinceps ultra clusium Sartbianum ẽ oppidum Alberto minorista diuinorum dogmatum praedicatore insigni ornatissimum. et post Cetona fecit agrorum florentini et senensis describẽdorum necessitas ut illis conterminam urbem arretium distulerimus. Ea ciuitas uetustissima inter primaria etruriae capita annumerata est. Nam Liuius libro decimo dicit legatos ad consulem uenisse ex arretio cortona et perusio quae nunc principes ciuitatum etruriae erant. Innuit uero plinius arretium in duas urbes fuisse diuisam. Nam scribit arretini ueteres, arretini noui causam huius eam uidemus fuisse. de qua principio etruriae diximus cum Hannibale italiam premente etrusci ducibus arretinis in rebellionem pcliues uiderentur sicut in Liuio habetur: xxvii. c. Terentius Varro obsides ab arretinis senatorum filios accepit centum uiginti. romani enim tu multum in etruria ab ipsis oziri uerebantur. et quom claues ac seras nouas portis imposuisset in appuliam rediit. postmodum bello marsico siue sotiali quom etrusci sese marcis et picentibus furoris sotios adiunxissent. L. Sylla qui ei bello finẽ imposuit i fesulanos arretinosq; desaeuit adeo ut arreti

Policianum.
Turrita.
Lucinianum.
Corsignanum
Radicofanum.
cetona.
arretium.

T. uarro

fol xxix

ciuibus proscriptis extinanito: nouam postea Coloniam superinduxerit. unde noui et uetera fuerunt arretini. Dicere enim solitus fuit Leonardus arretinus se uidisse arretii in ecclesia sanctae Mariae ad gradum lapidem litteras incisum uetustissimas: inscriptumque decretum arretinorum uetustum. Aucti tamen postea sunt opibus arretini. quos Liuius in bello secundo punico dicit iuuisse classem mirabili illa celebritate ab Aphricano paratam: multis uariisque rebus construendis nauibus et alendo milite oppor tunis. utros Arretium habuit praestantissimos. Extat nanque in Macrobii saturnalibus Diui augusti epistola per quam affirmat mecoenatem suum fuisse arretii oriundum. et Horatium uidemus dicere Mecoenatem ipsum regiam ab etruscis regibus duxisse. Cornelius uero nepos in atici Pomponii uita quod ad arretii dignitatem facit. aticum ipsum dicit praedium in arretino possedisse. quod cecilianum sit appellatum remotionibus postea temporibus arretium ad annos salutis millesimum et decimũ octauum Guidone ornatum fuit celebri musico. et anno inde ducentesimo altrum Guidonem episcopum ex petramalensi familia habuit ciuem et dominum qui urbem ipsam muro cinxit quem nunc habet. Burgũ quoque sancti sepulcbri ciuitatem castelli Castilionem. arretium. terram nouam. uallis arni et ciuitellam. nunc ea de causa episcopi appellatam moenibus cingi communirique curauit. Insuper uias quae ad omnes portarum arretii exitus nunc cernuntur dirigi. dilatari. et ubi oportere uisum est sterni aut pontibus iungi fecit. Quin etiam eius fuit opus recta et spaciosa uia in qua ab angulario ad burgum ad sepulcbrum ducente Nicolaum Piccininum ab ecclesiae copiis supatum uidemus. Per aetatem quoque nostram eloquentissimo ac clarissimo Leonardo arretino Caroloque graecis et latinis litteris eruditissimo nunc populi florentini cancellario. et Benedicto ac Francisco fratribus iure consultissimis cognomine accoltis. quorum franciscꝰ non minus bonas artes et oratoriam ac omnem historiã q̃ leges excellenter edoctus est. Et Joanne Tortello romani pontificis subdiacono et cubiculario graecis ac latinis litteris ac singulari humanitate praedito: cuius praeclarꝫ de orthographia opus uerba edocet selecta. quibus e graecia sumptis latine utimur: arretina urbs decorata est. Nec indignum ducent quod refere mus tam multi praestantes arretini Plinium scripsisse arretinos in Italia fictilium uasorum nobilitatem obtinuisse. quod quidem Martialis affirmat libro primo. Sic arretinae uiolãt cristallina testae. Cortona sequitur urbium etruriae uetustissima quam Pelasgi condidere. isque pulsis possedere tyrrbeni. Expugnauerunt uero eam ac moenibus pmauerunt arretini a quibus diu possessa fuit. Per aetatem uero nostram Ladislaus rex neapolitanus ipsam uendidit florentinis in quorum subiectione perseuerat. Quam Jacobus perusinus episcopus ciuis suus nunc plurimum exornat Ad eius urbis agri proximos fines lacus est Transimenꝰ qui dicitur perusinus acceptae per Flaminium cos. ab Hannibale cladis memoria notissimus. Isque lacus in circuitu oppidis ornatur et castellis Malbozgbetto ad eam partem quae in Cortonum uergit. castilione. clusino. et panicali clauus uersus. deinceps monte pontigbino. et qua Perusium a Florẽtina pertitur passignano. Transumenumque et clauas inter oppidum est castellum

Cortona.

Ladislaus rex.

Perusia

placebis. Sunt etiã in lacu tres insulae habitatae Succedit ordine Perusia urbs uetustissima capitum et ipsa etruriae sicut saepe supra dicimus olim primaria: quam Justinus ab acheis conditam fuisse dicit. Estque haec sola inter omnes italiae urbes felicitatem nacta penitus inauditam q̄ eandē pene status et rerum conditionem quam ante conditam urbem Romam et postmodum roma sub regibus consulibus et imperatorib⁹ et tyrannis agēte habuit nunc retinet. passa est tamen varias sed tolerandas agitationes. Nam Liuius in nono eodem anno cum reliquis etruscorum ad perusiam quae et ipsa indutiarum fidem ruperat fabius cos. nec dubia nec difficili uictoria dimicans ipsum oppidum quom ad moenia accessit cepisset. ni legati dedentes urbem exissent. Et libro decimo. Nec in etruria pax erat. nam et perusinis auctoribus post deductum a consule exercitum rebellatum fuerat. fabius quattuor milia quingentos perusinorum occidit. Cepit ad mille septingentos quadraginta qui redempti sunt singuli aeris. cccc. praeda alia omnis militi concessi. Et inferius tres ualidissimae etruriae urbes Rusellana. Perusia. et Arretium pacem petiere. Et si uero per infaustissimi triumuiratus tempora. L. Antonium. M. Antonii fratrem Octauius Caesar in Perusia obsedit: famemque raro alias similem auditam Antonii exercitus in ea clausus. et perusinus populus sustinuere et capta urbs diruta que est. Eam tamen breui instauratam moenibus portisque nunc extãtibus communiuit. Idem Octauianus augustus quam a suo cognomine perusiam augustam sicut literae cubitales portis incisae ostendunt uoluit appellari. De causis autem diruționis sic habet Liuius libro. cxxv. L. antonius cos. M. Antonii frater fuluia cõsulente bellum Caesari Octauio intulit. et receptis in partes suas populis quorum agri ueteranis Caesaris narum olim partium assignati erant inter quos perusinus erat. et. M. Lepido qui custodiae urbis romae cum exercitu praeerat fuso hostiliter in urbem irruit. Libro autẽ. cxxvi. Liuius sic sequit. Caesar annor. xxiiii. obsessum in oppido perusia. L. antonium conatũ aliqñ erũpere ⁊ repulsũ fame coegit in deditionẽ uenire. ipsisq; et omnibus militib⁹ ignouit pusiã diruit. Baldus patr noster memoria in ea claruit. put magis magisq; ei⁹ nomen in dies claret qui cũ Bartolo sasso ferratensi iurium ciuilis et pontificii obtinuit principatum. Viris uero pacis et belli artibus. sed imprimis docendo et dicendo iure praestantissimis ea nunc abundat. inter quos Juonẽ. Salustium. Joannem petruciũ. ⁊ Benedictum bargiũ p̄manos nouimus. Ex bis uero qui rei bellicae operam dedere Biordus ⁊ Ceccolinus michelocti primum. post cos Nicolaus. franciscus ⁊ Jacobus piccinini. de quibus in montono oppido simul cũ Braccio dicemus fuere clarissimi. nũcq; huius balionus incipit esse clarus. Supra perusiam a tyberis ripa paulisper recedunt cisterna primũ. post Anglarium quod e regione burgi ad sepulchr regionis Umbriae situm uiam habet ad illud rectissimam in qua Nicolai piccinini copias a quarti Eugenii gloriosissimi copiis fusum fuisse in historiis ostendimus. Distatq; ab anglario tyberis ea uia passus tria milia. et superius ad tyberis fontem est Cotulum arx aerea. Restat in etruriae pribus regio quã beati petri patrimonium dixim⁹ appellari Supra pusiã rozzenti ad quem eam in maritimis inchoare dixim⁹ est Soana oppidum septimẽ

Liuius.

Biordus.
Ceccolinus

Gregorio pontifice ro. põtifice certe praestantissimo ciue ornatum. Superi usque est oppidum sancta Flora. interiusque medium id quod binc Soanam inde montem alcinum et radicofanum interiacet spacium montes cõplent altissimi appenino pene a quo plurimum distant caelsitudine comparandi monsamita appellati. in quibus diuersa regione aliquot sunt castella. sed praestantius est sancti Philippi balneum. ⁊ proxime illis montib⁹ uulsinensium inter lacum et paliam amnem sunt porcenum. aquapendẽs. gripae. sanctus Laurentius romanae ecclesiae oppida. Vulsinensium uero lacui adiacet oppidum Bolsena dictum in ruinis aedificatum urbis uulsinensium inter capita etruriae olim numeratae. de qua Liuius in decimo. Consul alter Postumius in etruriam traducto exercitu primum perusta uerat uulsinensium agros. deinde cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus eorum depugnat duo milia trecenti etruscorum caesi. Et infra idem Liuius undecimo libro eam dicit totius etruriae potentissimã a seruis occupatam qui dominos ceperant romanis permittentibus populo in libertatem restituto subactam fuisse. Scribitq; plinius nullum esse in italia agrum feraciorem olea q̄ uulsinensem in quo sata primo anno fructificet. Ad dexteram haud longe absunt castella caput montis lacui imminens cui propinqua est insula nunc a fratribus sancti Fraciſci habitata ⁊ in qua rex secundus ostrogothor⁹ almaticus Amalasiuntham genitricẽ suam praestantissimam mulierem occidi est passus. et post martha ad lacus emissoriũ ubi fluuius eiusdem nominis incipit. Deinceps in mediterraneis castrensis ciuitas cauis rupibus adeo circundata ut speluncam potius ingredientes q̄ ciuitatem adire suspicentur. Obiitq; nup clarus ciuitatis ipsius ciuis paulus iureconsultor saeculi facile princeps. ⁊ proxime est tuscanella oppidum ecclesiae opulentissimum. Demum arduo in colle mons falisc⁹ corrupte dictus mons flasconus. Interiusq; arduis item in collibus palie amni uicinis ciuitates sunt. binc balneum regium. inde urbs uetus. nomina quae ãmillesimum annum nullus ponit scriptor. Sed in historiis asserit arretin⁹ urbe ueteranos a florentinis originem habuisse. Fuit uero urbs uetus p̄ hanc aetatem in solicitate par Bononiae et Varriae ciuitatibus q̄ in hac sicut ⁊ in illis inter ciues mercurinae ⁊ muffatae ut appellant factionis maxima ac crudelissima sanguinis effusio est commissa. eaq; ciuitas ornata est ecclesia et palatio magnifici operis. quod Urbanus. v. pon. ro. ad annum salutis sexagesimum septimum supra millesimus extrui curauit. eam urbẽ praeterlabitur pallia fluuius qui a clauis paludibus ut diximus ortum ducens inter ameriam ⁊ ortam cadit in tyberim. estque orta ad tiberis fluenta ciuitas uetusta cuius nomen prior habet inter ueteres scriptores plinius nisi forte eam esse uelimus de qua Virgilius: ortane classes. post eam secundũ tiberis ripam in uia flaminia pons inuenitur olim tiberi ad uiam flaminiã a Caesare Augusto impositus nuncque castello superimposito dirutus. Continebant uero stante romana re ad eum pontẽ bincinde maxima aedificia quae ab ocriculo ad ipsam urbẽ romam ita continuabant ut nõ uicus unus nèq; plures uillae uiderent esse. sed ipsam urbem usque ad ocriculũ prendi appareret. Siquidẽ amianus marcellinus Constantii Caesaris Constantino primo nati aduentum a Constantinopoli romam libro sexto

S. Flora.
mons apiaca.

amalasiuntha.
martha op.
martha fl.
Castrum.
paul⁹ de castro

Palatium.
arx.
Pallia fl.
Orta.

amianus mar.

Ormisda pſa. decimo describens dicit ipsum duxisse in comitatu Ormisdam persaꝝ gentis architecturae peritissimū iussisseq; illi ut primaria quaeque dignioraq; urbis romae aedificia diligenter inspecta ordine sibi ostenderet. & quom ocriculum de itinere esset uentum persam imperatore iubente omnium colloco destitutum ab Ocriculo romam prius ingressum fuisseq; quo in loco urbe incboasset discernere ac intelligere nouerit. post tyberis pontem ut diximus dirutum prius in uia flaminia borgbettus est uicus sancti Leonardi appellatus. octauoque inde miliario eadem uia est ciuitas castellana altissimis insuperabilibusque rupibus adeo circundata ut ad inexpugnabilem munitionē nullo indigeat muro. Eam uero nonnulli ex doctioribus aetatis nostrae opinantur praedicantque fuisse locum ueientanae urbis decennio a romanis obsessae et post ea a Camillo foelici in relegatione sua habitatae. sed Tyberis remotior primum. post Plinius eos redarguunt erroris. Dicit nanque Tyberim intra sextumdecimum lapidem diuidere uientem agrum a crustumeno. et post a fidenatae. deinceps latium a uaticano et Crustuminum fuisse ubi nunc mons rotundus. fidenasque prope romam secus anienem in umbriae descriptione ostendimus. quod quidem Francisci fiani poetae romanarum bistoriarum peritissimi auctoritas confirmat. Is enim fiano ori undus propinquo Liberi castello certissimis docuit coniecturis uebeios fuisse apud Pontianum castellum liberi item et fiano propinquum. ueiox urbis loco situque ostenso rerum quas cum po. ro. gesserunt breuiarium confi cere libet. Fidena uientium etruscorū Colonia transtiberim fuit inter crustuminum romanumque agrum. fidenates itaque praeda onustos in Romano agro facta romulus tanto impetu est insecutus ut fugientes insecutiq; fidenas simul sunt ingressi. ueii ut fidenates ulciscerentur agrum populati sunt romanum. in quos Romulus legiones eduxit paxque inter utrosque composita. Postmodum rege Tullo Hostilio regnante fidenates romanis per Romuli pacem subditi rebellarunt: uientesque opem tulerunt. Metio suffectio rege Albano in id bellum aduocato qui quom neutris fidē seruasset: a Tullo in quattuor frusta corporis laceratus est. Tullusque uictor fidenas recepit Albam euertit. Tertium regibus exactis cum populo romano uientibus bellum fuit. in quo prima pugna romani fuerunt inferiores. Secunda uero omnium atrocissima superati milites iurare coegerunt: se nisi uictores nunquam redituros. qua religione obstrictis animis obstinatius q̄ ante pugnatum est non fine utrorumque maxima occisione. Ceciderunt que Cn. Manlius cos. et Quintus Fabius alterius cos. frater capta romana castra. sed mox fortuna mutata sunt recuperata uictique tunc romani uicerunt. Quartum exinde fuit bellum in quo trecentos fabios cū quinque milibus seruorum clientumque uientes ad cremeram interfecerunt. Quinto bello uientes. L. Aemium cos. non procul item a Cremera castra habentem magno aggressi impetu repulsum fugatumque castris exuerunt. Moxque fugientes romanos insecuti Janiculum ceperunt. urbemque romanam aliquot mensibus obsessam tenuerunt. Sexto demum bello urbs Uientana decem annis a Romanis obsessa a Camilloque capta est. Ubi tantum praedae fuit quantum romani ante per annos quinquaginta et trecentos ex omnibus aliis uictoriis habuerant. Uni

Pontianum.

uersusq; populus ro. tunc ad praedam in castra uocatus est. fuitq; tam gratus romanis situs ut de roma relinquenda uetusq; transferenda aliquando fit cogitatum et inter patres actum. hinc est uersus. Roma domus fiet uios migrae quirites. Sequitur ad tyberim mons Soracte a priscis dictus. de quo Virgilius. Di soractis arcem habent. Et plinius ad soractem Varro asserit fontem esse cuius fit latitudo quatuor pedum: soleq; oriente cum erundare feruenti simulem. auesque quae gustauerint iuxta mortuas iacere. quod quidem nos certius ea ratione credimus. quia quom ut fim? Prosper cardinalis colūna romanus nosq; simul antiquis urbis ruinas plurimas uisuras ibi uicinas in quibus maxime sunt ruinae ingressi fonticulum offendimus. in cuius labris auicelae duae post gustatam ut apparebat aquam occubuerant. Soracti autem monti nomen mutatū est nouū sancti Siluestri. ab eius sancti pontificis romani sacello quod summo in cacumine aedificatū habet. Idēq; obtinet Siluestri uocabulū ad radices eius montis Tyberi imminens oppidulū. Soracte autē per hiemē esse niuosum ostendit Horatius epistolaꝝ primo. Uides ne alta stet nive candidū soracte. neq; iam sustineant onus siluae laborantes geluq; flumina cōstiterint acuto

Soracte mons

ulterius uia flaminia est Arianum oppidum quod ab ara iam olim dictum in Theodozae nobilis romanae mulieris praedio per tēpora beati Gregorii aedificatū fuisse legimus. ultra arianū eadē flaminia est castr nouū. et nil ultra usque ad portam olim fluuentanā post flaminiam nunc populi dictā habet uia flaminia cōmunitum. at post portam ciuitatē intus sunt hinc gallienſium oppidū romano urbis romae pontifice ornatum. Inde Nepesum ciuitas in romanoꝝ historiis crebro inuenta. quam Liuius. xxvii. dicit fuisse unam ex duodecim coloniis quae difficillimis rei p. temporibus Hannibale in Italia agente militiam detractauere. et libro. xxviii. scribit eā cū aliis post sextum annum dedisse duplum. lacum uulsinensium praetergressos campi excipiunt amplissimi in quibus est viterbium ciuitas parum ue tusta. cuius primum nomen paruo in castello ad annum nunc sexcentesimū erat uiturnium. et e regione illius ad sextum lapidem ruinae extant ingēres Faleriae urbis quā dirim? inter capita etruriae numerata fuisse. Et? a Camillo captae celebris est memoria q̄ perfidum ille grammaticum uinctum uerberatumque in urbem reduci curauit a pueris quos hosti prodere quae fuisset. Scribitque plinius in falisco agro amnis aquam potatam cādidas boues facere. Et alibi haud procul urbe roma in faliscorum agro familiae sunt paucae quae uocitātur hirpiae quae sacrificio annuo quod fit ad montem Soracte apollini super ambustam ligni struem ambulantes nō amburuntur. Ob id perpetuo Senatus consulto militiae omniūque aliorū munerū uacatione habent. Adiacet Viterbium monti quem Ciminum fuisse appellatum constat. quod etiam nomen olim fuit subiecto ad alterā mōtis pattē lacui nunc uici dicto. quoꝝ utriusq; Virgilius sic meminit. Et cimini cum monte lacus. de quo monte et rebus apud eum apudq; Sutrium gestis sic habet Liuius in nono. Sutriū ab etruscis obsidebat. flectit cōsul Fabius in cliuos agmē. aspera erāt strata saxis. nō tulerūt impetū etrusci uersiq; signis fuga effusi castra repetūt. Sed eqtes romani pueri p obliq; cāpi quom se fugientibus obtulissent in siluā Ciminā penetratū est roman?

Gallienſium. Nepesum.

Ciminꝰ mons.

Cimina sylua.

multis militibus etruscor caesis duo de quadraginta signis militaribus ca
ptis castris etiã hostiũ cum praeda ingenti potit. Silua erat Cimina ma
gis tum inuia atque horrenda quã nuper fuere germanici salt? nullus ad eã
diem nec mercator quidem abdita ea intrare aut ferre quicq praeter ducẽ
ipsum audebat. tum ex ducibus qui aderãt. M. fabius caeso uel caesa aut
capta eo die hostiũ milia ad quadraginta eodemque in monte qua uia olim
fuit Cassia castellum est Surianum arcem habens omnium italiae munitis
simam quae diu a barbaris etiam postea q eos Albuicus Cunii comes
italia expulerat possesse fuit nullaque itinera romã perducentia per aetatez
nostram aliquãdiu tuta esse permiserunt quousq Martini. v. pon. ro. opa
portuitque in potestatẽ ecclesiae arx ipsa peruenit. cunctisque ea uia romã
petentibus esse oppidum nunc Vetralla olim for Cassii dictum quod indicat
sanctae Mariae ecclesia uetrallae cõtigua quae in foro Cassii appellatur.
Adiacent ad sinistrã Sutrium uersus colles castigatioresque monticuli qui
bus dicitur Montaniola quae est aliquot oppidulis habitata in quis duo
fuit quae romanae ecclesiae integerrimã fidẽ longobardor tẽporibus seruа
uerunt. Polimartiũ z Bleda duobus romanis pontificibus suis ciuibus
Sabiniano cuius tẽporibus fames horrenda italiã z urbẽ romã uexauit. z
Paschali primo ornata. Deinde Sutriũ ciuitas uetustissima apud quam
praeliũ illud ingens superius sumptũ ex Liuio commissum fuit. cui urbi in
montibus adiacet hinc Roncilionũ. inde Crapalica. z in uia Cassia duode
cimo a Sutrio absunt Bacbane uetusti nominis locus qui sicut nunc ẽ sp
antea tabernis hospitatoriis depuratus fuit. ex paruoque lacu bacbanas
attingente paruus oritur fluuius apud Valchã in tiberim cadens qui licet
aquis sit tenuis ac exilis celebratũ in historiis habet nomen. Est nãq Ere
mera apud quem trecenti fabii cũ quinq militibus seruis a uicinis? sicut su
pra diximus ad internicionẽ caesi fuerunt. barbanisq secundo miliario adia
cet Campagnanũ urfinor oppidũ. Supra Sutriũ ad dexterã quintodeci
mo miliario est lac? Tarquiniae nunc Anguillariae ab oppido quod illi im
minet dictus ex quo familia fluxit ut in romanis nostrae aetatis uetusta co
mitũ anguillariae appellata. quor ursus urbis senator Fraciscũ petrarchã
laurea insignuit. Adiacetq lacui huic Barbatanum populi praesentis ro
mani peculiare oppidũ. inde Vicarellum z romã uersus galeria urfinorũ.
Sunt quoq plurima. sutriã. ameriã. nepesumq inter z romam castella in
uillis olim ciuiũ romanor aedificata quae z alia loca mihil uetustatis aut alĩ
cuius memorandae dignitatis habentia duxius omittenda. Praeter unũ
fama celeberrimũ z aspectu penit? negligendũ. Nã ad montẽ rosulum qui
quattuor passus milia a Sutrio nepesoque pene pariter abest lacus est altã
quidẽ aquar pfunditatem habens. circuitu uero breuis quem inspecta Li
uii descriptiõe lacũ esse coniicim? uadimonis apud quẽ supati romãis etru
sci ad annũ urbis conditae septuagesimũ supra quadringentesimum manũ
dedere. z sese ro. po. publice permiserunt. sicut in Liuii nono his uerbis ha
bet. Interea res in etruria gestae ad Vadimonis lacum etrusci lege sacrata
coacto exercitu quom uir uir legisset. Tandẽ supati sunt. illeque primũ di
es fortuna uetere abundantes etruscorũ opes fregit caesum in acie quod re
liquit castra eodem impetu capta direptaque.

Roncilionum. Crapalica. Bacbane.

Barbatanum. uicarellum. Galeria.

fo lxxxii.

Blondi Flauii Forliuiensis Italiae illustratae Regio tertia Latina Incipit foeliciter.

Finis etruriae ad Tyberim nos perducẽs Romã ordine describendã offerebar. Sed quom id anno ante quarto tribus libris quarto Eugenio ro. põ ti. celeberrimo in scriptis sub Romae instauratae titulo effecerimus urbẽ ipsam relinquẽtes regionẽ in qua est latinã nouo uolumine describemus. hui? regionis uocabuli causam Virgilius in. viii. ponit his uersibus. Primus ab aetherео uenit Saturnus olympo: arma louis fugiens z regnis exul adempti: Is genus indocile ac dispersum montib? altis cõposuit legesq dedit: Latiumq uocari malu it. his quoniã latuisset tutus in oris. Seruius aũt grãmaticus Virgilium in septimo exponens populos ppie latinos appellatos dicit eos qui intere rant albani montis uisceration quos quidem latinos tanto amore romana gentem pfecutos fuisse uidemus ut Liuius libro. lxx. ii. enumeratis Italiae populis qui bello sotiali defecerũt a romanis dicat auxilia latini nominis et exterarum gentiũ missa po. ro. banc aute regionem aetatis nostrae ac supio rum aliquot saeculorum more licet absurdum secuti campaniã z maritimã appellabimus z quidẽ Campaniã scimus dictã fuisse a priscis regionẽ quae est circa Lapuam. scimusque latii appellationem a principio angustiora cõ pleram fuisse q quae nunc cãpaniae z maritimae uocabulo cõprehendunt. Sed contra uidemus Strabonem cretensem qui per tempora Tyberii au gusti floruit ponere in geographia. fines latinorũ maritima regione ab hosti is tyberinis ad sitanum sinum in quo fuit Sinnessa urbs maritima z in me diterraneis aborigines. Rutulos. uolscos. hernicos equicolos marsos z eos qui proximum marsis incolunt appenninum usque ad ueteris cãpaniae termi nos. unde peritissimum hunc uetustatis scriptorem z simul Plinium qui ab eo sumpsit secuturi eam latinorum regionẽ nostrae nunc campaniae z ma ritimae cogimur applicare. nec satis scio si in ipsa praesentis tẽporis latina regione satis potero facere. sicut Liuius parauin?. Diuus augustus. Vir gilius. Strabo z Plinius ut uetustissimis satisfaciam adiuuabunt. q q nõ est go in flore nunc quẽ priscis habuit tẽporibus adeo ut per eius oppida ha drianum imp. gloriosissimum dictatorẽ aedilẽ z duũuirum fuisse scribat be lius spartian?. Ut ergo a maritimis incipiam?. Ostiã urbẽ condidit mare inter z tyberim Ancus marcus. quãquã Seruius grãmaticus in Virgilii vii. dicit exitum tyberis naturalẽ non esse nisi circa Ostiam ubi primũ aene as castra constituit. quom postea in agro lauino castra fecerit ingentia quo rum uestigia suis temporibus uidebant. describit uero eam Strabo impor tuosam ppter alluuiones tyberis. oportuisseque dicit nunc adhiberi staffor copiam quae ministeriis seruirent z onera exciperent ac rursus onerarẽt ut leuatae naues facilius flumen attingerent. Per ea enim tempora port? nõ erat romanus quem postea Claudius fecit. z Tiberius Strabonis tempo ribus antii portũ inchoabat. unde haec legens scribensq in eã uenio conside racionẽ quae prudentes quosq debet attentos uigilesq ut reb? humanis

Ostia.

parum confidant reddere non potuisse imperatorum romanorum ꝛ quid ex potentissimorum ꝓfusionem opum ꝛ adhibitam diligentiam efficere quin ostiae ciuitatis antiatisq; ꝛ urbis et portus ac romani item portus opa pau cioribus annis mille integra permaserint. ꝛ eadem quae prius fuerat ostiae annis tam quingentis manserit importuositas. Primam calamitatē passa est ostia Cinnae ꝛ Marii temporibus quom scribat Liuius libro lxxviii. Cinnam ꝛ Marium quattuor exercitibus ex quibus duo. Q. Sertorio ꝛ duo Carboni dati sunt urbem circūsedisse: ostiam coloniam expugnasse ac crudeliter diripuisse. habuitq; aliquando ostia ingentia aedificia quoꝝ nullū nunc extat uestigium. Flauius Eutropius scribit aurelianū Augustum coe pisse fundare ostiae soꝝ nominis sui ad mare in quo postea praetoriū publi cum fuit constitutum. Nec omittendū duximus eam optimos habuisse me lonce. quoꝝ decem Clodium albinū imperatorē unica cibatione inter mul ta alia comedisse scribit Julius Capitolinus. Et quia aerem semper habu it ut in maritimis habitatoribus grauem sacrosancta lege populi romani uacationem militiae ꝛ publicoꝝ munerꝝ habuit. quam uacationem Liuius xxvii. scribit sub aduentum Hasdrubalis in italiam fuisse ad dies. xxx. suspē sam ut plures milites res pu. haberet. Urbem Ostiam quom a sarracenis fuisset destructa Leo quartus pon. ro. instauram corsis replenit. ertā diu destructa ac derelicta mansit ut nihil sit reliquiaꝝ praeter turrim quā cele bris famae pon. ro. Martinus quintus in urbis Romae portus q̄ in ostio rum Tyberis et portus custodiam aedificari curauit. Heinceps antius est romana Colonia, de qua Liuius in octauo. Antium noua Colonia missa naues inde longae abductae interdictumq; mare. ꝛ infra naues antiatū par tim in naualia Romae subductae, partim incensae, rostrisq; eaꝝ suggestaeus in foro extructum adornari placuit. rostraq; id templum appellatum. Eam urbem Strabo dicit ab ostia distantem stadiis ducentis seraginta fuisse. ré poribus suis aedificatam super saxo ab imperatoribus Liberio Bruto. et Germanico ad otium relaxationemque laborum ciuilium. ꝛ additas fuisse aedes multas magnificētissimi operis quom antea antiates praedae studiū cum tyrrhenis cōmune haberent quauis romanis subiecti essent. unde Ale xander epirotas ꝛ postea Demetrius successor captiuos praedones remit tentes romanis dixerunt donio eis dare corpora ꝓpter illam quā cum grae cis haberent cognationem. Indignum tamē ducere uiros ipsos ꝛ simul ita liae im pare et myoparones ad piraticam emittere. Fuit autem in antiatū foro Castoris et Pollucis templū: quos seruatores suos nominabāt. haec ex Strabone. Sed Horatius uoluisse uidetur fortunam ab antiatib? impri mis fuisse cultam his uersibus ad fortunam scriptis. O diua gratum quae regis antium potēs uel imo tollere de gradu mortale corpus. uel superbos uertere funeribus triumphos. Liuius autem libro. lxx. scribit Cinnam ꝛ Marium expugnasse Antium. Et uidemus Suetonium ac alios scribere Neronem postea tam insanis molibus extruisse. ꝛ portū ꝛ urbē antiatum ut nō modo aerarium sed romanum quoq; imperium pecunia exhauserit effodiendisq; postea thesauris ita applicuisse animum ut mēpitos per singu la mathematicos arioloscq; nihilominus sectaretur. habuitq; antium sicut supra de ostia diximus sacrosanctam a publicis muneribus uacationem.

Julius Capitolinus.

Horatius.

quae pariter eodem tempore est suspensa. Urbem uero antiatum nunc esse nullam sed in mari. in littore. in nemoribus mirādas extare ruinas uidim? Neptūnium autem oppidum in antii uestigiorū āgulo aedificatum nouam ꝛ iocundam in re parua consideratione effecit. mirariq; soleo nullā eius rei quam cum orbe condito originem habuisse oportuit fieri a Plinio men tionem. Alitur eius oppidi populus non exiguus piscatione aucupio et ue natu ꝙ antiatum olim ager ut Strabo innuit tunc segetis uinique feracissi mus nunc a Lauinio oppido in maris littora duo de uiginti milia passus la titudine syluis obtegitur. Estque haec non Lauinia sicut multi opinantur prima aeneae urbs: cuius incolis postea ob aeneae memoriam bello latino romani pepercerunt. sicut Liuius octauo libro sic scribit: Lauinitis ciuitas data sacraque sua reddita cum eo ut aedes lucusque sopitae Junonis com munis lauiniis cum populo romano esset. quin potius lauinium cardinalis columnae Prosperi oppidum a quo murenarum gēs romae praeclara flu xit. quodque omnibus pene in uetustis romanoꝝ monumētis celebre habe tur. Sed ad neptūnium pisces quidem saxosum uel potius glareosum ma re multos ac optimos habet. uenationē sicut alibi amplissime syluae apris capreisque abundanté praebent. aucupiū uero est duplex cuius tēpora sunt diuersa. Nā quom ad prima ueris signa hirundines ꝛ simul cū ipsis cotur nices nunc dictae a sono uocis Qualeae transmisso mari infero in Italiam redeunt. omnia antiatum quōdā littoꝝ supercylia passus quinque milia ne ptunienses contiguis retibus cōplet, sedensque unusquisque in fundi pro prii ꝛ magno ꝑcio cōparati loco ad particulā retium ꝓpriam uenientes no ctu coturnices phystula illectit. ꝛ quom turmatim illae retibus intricentur si aliqua de longissimo uolatu fessa extra rete in sabulum ceciderit eam au ceps manu percipit. fuisseque audiuimus intra mensem unum quo id conti nuaꝰ aucupium dies aliquot in quoꝝ singulo centum huiusmodi auicularū mille fit captum. De ipsis uero coturnicibus sic habet Plinius. Coturni ces ante semper adueniunt q̄ grues. parua auis ꝛ quom ad nos pueuit: ter restris potius q̄ sublimis. aduolat non sine periculo nauigantiū quom ap propinquauere terris. quippe uelis saepe incidunt. ꝛ hoc semper noctu mer guntque nauigia. austro non uolant humido scilicet ꝛ grauiore uento. aura tamen uehi uolunt propter pondus corporum uiresque paruas. Et infra in campania primum ueris principio multiplicare conspicūtur priusq̄ ue nisse sciantur. Aliud item in antiate agro est aucupium per autumnū Palū bae cum mari transuolato italiam relicturae sunt aliquādiu in nemoribꝰ an tiatum commorantur. Quare peritissimi neptūnienses retia q̄ maxima in id aucupii magno parata impendio suspendunt. Exinde palūbes quascūqꝫ longo tractu uiderint congregatos in arboribus considere iactu lapidis et clamore territas in aera uolare compellunt: dumqꝫ aues in magnam coa ctas numerum aduolando tensis retium insidiis uiderint supereminere con torta funda, paruum lapidem uel naturaliter album. uel gypso delinitū ma xime emittunt crepitu. quo territae bombo palumbes ut accipitres Chi luones a Plinio appellatos quibus nunc falcbombus est nomen quas in la pide bomboque fundae timent declinando seruentur: terrae. q̄ possunt uo latu rapidi? appropinquāt ficqꝫ amētes in retia se praecipitāt. De palūbis

Neptūnium.

Qualeae.

Coturnices

Palumbae.

Chiluones.

ardea. Strabo.

Humicus.

Plinius dicit eas quotannis aduolare mari in ueliternum agrum qui quondam ager antiati continet. ⁊ alibi scribit post birundines sturnos turdos abeunt palumbes. sed quonā incertum. birundines uero in ꝓpinqua aphricos montes petunt. ex aucupio palumbaꝝ romanus nostri temporis populꝰ nuptias ⁊ conuiuia maiori ex parte parat. Melioris nāq; saporis ⁊ nutrimēti hae paruae q̄ aliae sunt palumbes. In medio duarum quas descripsimꝰ maritimarum urbium Ardeam ponit Strabo rutilorꝫ olim habitationem stadiis circiter septem a mari recedentem. ⁊ dicit prope eam fuisse aphrodisium ubi panagirim latini agerent. Idq; Plinius appellat locum solis indigeris: cui propinquus est amnis Numicꝰ. Virgilius autem libro septimo sic habet. Iudacis Turni ad muros. quam dicitur urbem ausonijs demū fundasse colonis Praecipiti delata noto locus ardea quondam dictus auis ⁊ nunc magnum manet ardea nomen. ⁊ infra. Quinq; adeo magnis positis incudibus urbes tela nouant: Antina potens: tyburque superbum: ardea crustameri ⁊ turriginae amiternae. ⁊ Seruius Virgilii septimo dicit. Igitur ab augurio auium ardeam. ⁊ Ouidius impropꝛie ac fabulose incēlam libro uerbum exponens sacranae acies dicunt quendam coribantem uenisse ad italiam et tenuisse loca quae nunc urbi uicina sunt. ⁊ ideo populos sacranos appellatos. nam sacrata sunt matri deoꝝ coribanti. alii sacranas acies ardeatum uoluut qui aliquando cum pestilentia laborarent uer sacrū uouerunt. unde sacrani sunt dicti. dicit Plinius ardeam fuisse conditā a Danne Persei matre. Fuitque ardea una ex duo de uiginti coloniis quae dum Hannibal magis urgeret romanos militiam ⁊ collationem tributorum detractauerunt. Id uero oppidum raro habitatum colono nunc Jacobus columna possidet. quod Leone x. pon. sicut conijcio nominis ordine secundo ornatum fuit. Humicus uero fluuius quem Strabo dicit ꝓpinquū esse ardeae a Virgilio sic celebratur in septimo. ⁊ fontis uada sacra numici. Et infra. ac fontis stagna numici. Super quo Seruius. Ista iam ab incolis difcuntur quod ait stagna uerum est. Nam numicus ante ingens fluuius fuit in quo repertum est cadauer Aeneae ⁊ consecratum. Post paulatim decrescens in fontem redactus est qui ⁊ ipse sacratus est. Vestae enim libari non nisi de hoc fluuio licebat. Post antium est quinto miliario Astura Antonii columnae arx mari circundata. ꝓpe quam astures fuere uetustissimi. de quibus Virgilius astur equo fidens ad quam parū foeliciter diuertit. Ab. Licero Antonij gladios fugiens. euasurus tamen si coeptam ibi nauigationez continuasset. Pari item infoelicitate ad eandem asturam se de fuga cōtulit Conradinus Henrici filius quem genitor Federicus secundus imperator Siciliae rex in carcere mori coegit. nanq; rex Petrus arragō insulā triacriam Constantiae uxori suae haereditario iure aui sui Federici superi di cti debitam armis ceperat. Conradinisq; Carolum primum andeganēsem sic posse neapolitano regno pellere confisus sicut illum arragō trinacria expulerat apud Beneuentum infauste conflixerat. Qui unico sociatus comi te fugiens asturae interceptus ad Carolumq; perductus tam detestando q̄ semper alias regibus. ⁊ praestantibus insueto principibus more exemplocircumdatus: in quo Circae fabulae perhibent habitasse. habuit nēro is mons strabonis aetate urbez ut dicit paruam ⁊ Circes templum ac minerual antra: dicitq; monstrari consueuisse quandam ulyxis fialam. Seruius in Virgilij septimo super circeae radūtur littora terrae. Mons ē ante insula fuit. Paludibus enim a continenti separabatur quas exclusit Liuius de albanis montibus fluens: ⁊ dicebatur circeis ab errore transuntium: quia homines mutabat in ferās. de qua re beatus Aurelius Augustinus dum dei ciuitatem aedificitcat: sic habet. Varro astruit circem sotios ulyxis mutasse in bestias. Et infra: naz de mulieribus malis artibus imbutis ⁊ nos dum essemus in italia audiebamus talia de quadam regione illarum partium: mulieres imbutas his malis artibus in caseo dare solēt quibus possent siue uellent uiatoribus unde iumenta verterentur necessariaq; comportarent Post quae perfuncta opera iterum ad se redirēt: nec tamē in eis mentem fieri bestialem sed rationalem humanāq; seruari, in hoc monte oppidum fuit: quod ⁊ circeum dictum est. Liuiusq; utrumq; Circeos appellat. Sed nos in romanae ecclesiae gestis rebus praesertim Gelasii secundi temporibus ad annum salutis centesimū vigesimum ⁊ milesimū saepe legimus: in Circeo monte fuisse arcē circeiā omnium quas romana ecclesia ubiq; haberet munitissimā. quae afflictis romanae ecclesiae rebus auxilio saepe fuit. Nunc ad eius montis radices oppidum est sanctae foelicitatis fluuium qui proxime illabitur floracem Strabo. Plinius nymphaeum vocat super quo biformium fuisse dicunt oppidum Beinceps perpetuum mare. Et in mediterranea regione porrigitur campus pontinus: quam regionem totam vetustissimis ⁊ multis ante conditam urbem temporibus Ausones habitarunt qui etiam campanum habebant agrum: unde italiam ausoniam: ⁊ Ausonium pelagus vocitatum fuisse Strabo asserit. Post ausones fuerunt Osci: quibus ēt campania erat communis: ⁊ postmodum omnia fuerunt latinorum usque ad sinuessam. Sed quicquid strabo hic habeat Plinius sic dicit. mirum est quod de hac re tradere hominum notitiae possumus. Theophrastus qui primus externorū aliqua de romanis diligentius scripsit. Nā Theopompus ante quem nemo mentionem habuit urbem rantūmodo a Gallis captam dixit: Hiharguas ab eo proximus legationem rantū ad Alexandrum missam. hic iam ⁊ plusquam fama circeiorum insulae mensurā posuit stadia octuagita milia eo uolumine quod scribit Nicodoro atheniensium magistratui qui fuit urbis nostrae quadringentesimo quadragesimo anno. Quicquid uero terrarum est praeter decem milia passuū ambitus annexum insulae post eum annum accessit italiae. aliud miraculum a circeis palus pontina est quem locum uiginti quattuor urbiū fuisse mutianus ter cos. prodidit. Deinde flumē ausentum supra quod tarracina oppidum uolscorum lingua auxur dictum ubi fuere amycle a serpentibus delerae Repecii a Strabone Plinioque uetustissima quae ⁊ ipsa a uetustissimis acceperunt. Liuius uero. xlvi. scribit pontinas paludes a cornelio cetbego cos. cui ea prouintia obuenerat siccatas. agrumque ex his factū a campis pontinis ad tarracinensem agrum stadia fuisse tradit. Strabo:

Circeius mōs.
Strabo.
Seruius.

.s. Augustin⁹.
Varro.

Storax fluui⁹.
.s. foelicitas op.

Pōtinus cāp⁹
Ausones.

Ausentum flu
Palus pōtina.
Tarracina.

quom nostri octo milia nunc computent. Terracinae etiam nūc adiacet paludis pontinae para: quam paludem faciunt amnes duo: eorumq; maior ausens appellatus: apudq; terracinam via appia primū mare inferus attingebat terracinā dicit Liuius quom fuisset a romanis directa; cāq; dedisse solutioni stipendii militaris. Fabius quod maxime petebatur ad anxur oppugnandum sine ulla populatiōe accessit. Ansur fuit quae terracinae nunc sunt: vbs prona in paludes: & ab ea parte oppugnationē ostē dit. Circūmisse quattuor cohortes. Cum. C. Seruilio babala quom iminentē urbi collem cepissent loco altiore qua nullū erat praesidium igēti clamore ac tumultu moenia inuasere pronūtiatum ne quis praeter armatos violaretur reliquam omnem multitudinē voluntariā exuit armis quorum ad duo milia quingēti uiui capiuntur: a caetera praeda Fabius militem abstinuit postea ubi venerunt tribuni: oppidā vetere fortuna opulentū tres exercitus diripuere: cuius praedae gratia factū est ut stipendiū miles: tunc primū acciperet: quom ante id tempus de suo quisque munere eo functus esset. Octauo autem libro Liuius hēt. Cohors una quom haud procul anxur esset ad lautulas saltu angusto inter mare & montes consedit. Et seruius septimo virgilii super verbo circeiumq; iugum dicit Circa hunc tractum campaniae colebatur puer Jupiter qui anxurus dicebat: a verbo graeco quod sine nouacula interpretat: qr nō barbā rasisset Est autem fons circa terracinā qui aliquādo dictus est anxur. Et infra Seruius: haud longe a terracina oppidum est satura: & eius cognomine fluuius vfens quem virgilius significat Angustus esse: qui inter valles serpēs mare petat. Suetonius tranquillus in vita tiberii imperatoris scribit. Juxta terracinam in loco cui praetorio nomē est cenāte eo complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multisq; amicorum & ministrorum elisis praeter spē euasit. Elius spartianus in vita hadriani dicit palmam consularem uirum hadriani insidiatorem terracinae interfectus fuisse Idemq; elius spartianus scribit Antoninū pium instaurasse terracinensem portum. Et Liuius libro. xxvi. dicit ansurinam coloniā habuisse sacrosanctam vacationem: quae aduentu hasdrubalis sit suspensa libro at xxi. dicit Minutium a fabio maximo dictatore missum ad firmandum saltum qui sub terracina imminet mari ne hannibal per & viam appiā i agrum romanum iret predatum. Lucanus autē accessum Caesaris primū post leges ad rubiconem transgressas describens sic dicit. Jāque praecipites superauerat āsuris arces. Et qua pōtinas uia diuidit vda paludes. Ex ansure sic habet martialis cocus poeta ad faustinum. O nemus o fontes solidumque madentis harenae litus: & aequoreis splēdidus ansur aquis. Et ad frontinum. Ansuris aequorei placidos frontine recessus. Seruius grāmaticus virgilii uersum libri noni aeneidos. Tacitis regnauit amiclis exponens sic habet. Inter Caietam & terracinam oppidum ē cōstitutum a laconibus qui comites castoris & polucis fuerunt & ab amyclis prouinciae laconiae ciuitate. hi secundum sectā pythagoream a caede eium animalium abstinuerūt adeo ut natos in vicinis paludib⁹ serpētes occidere nolent a quibus interempti sint aliter quom frequenter nutriaretur

Stipendium.

Seruius.
Anxurius

Fons

Vacatio.

Saltus.

Amycle.

hostes affuturos & inani terrore ciuitas quassaretur lege cauerunt ne quis hostes huntiaret affuturos postea quom uere uenirent hostes nullo nuntiante deleti sunt: & sic amyclae silentio periere unde lucillius satyricus mihi necesse est loqui nam scio amyclas tacendo periisse. Solum terracinum dicit strabo intus attingere formias minturnam & sinuessam addit q; venientes a brundusio romā prope terracinam attingere fossam plenam in multis locis palustribus & fluuiatibus aquis propinquam viae appiae & nauigari nocte maxime quādoq; interdiu. eosq; qui ad uesperā intrant, mane egredi Deincepe haberi phormias laconicum aedificium quod anteā hormiē dicebatur. Ab ono portu quem lacones euormon dicunt. Eam urbem amoenissimi situs in qua Cicero phormianam habuit uillam Sarraceni ad annum salutis octingentesimum quinquagesimum sextum destruxerunt & tunc erasmi martyris reliquiae Caietam translatus datus ē caietanae ecclesiae a gregorio quarto romano pontifice primus episcopus & tū strabo consentit Caietam scribere quosdam a nutrice Aeneae fuisse dictā sicut Virgilius sexti principio. Tu quoq; litoribus nostris aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dedisti. Sed licet. Caietae sinus arxq; celebris & peruetuste fuerint famae ea tamen non fuit ciuitas priusq; phormias ut supra ostendimus destruxerint sarraceni Distat uero a terracina arx ut strabo & ut nunc est ciuitas Caieta stadiis centum quae nunc uiginti milia cōputātur portū Caieta eo in sinu habuit semper optimum quem tamē Elius spartianus ab antonio pio magnis extructionibus instauratum scribit. Et faustinam eius uxorem scribit idem elius conditiones sibi & nauticas & gladiatorias caiete elegisse. Primaq; est ea in uia ciuitas fundana decimo a terracina miliario de qua liuius libro octauo. fundanis q; per fines eorum tuta parataq; semper fuisset uia ciuitas sine suffragio data. & infra fundanus uitruuius bacchus priuernis se ducem rebellionis exhibens romanos compulit ut. Lu. papirium cos. in eos mitterent fusi priuernates. Plautius alter cos. in fundanos ducebat ingredienti fines senatus fundanus occurrit negare se pro uitrubio sectamque eius secutis precatum uenisse. sed p fundano populo. quem extra culpam belli esse ipse uitrubius indicasset. quom receptaculū fuge priuernum habuit non patriam fundos cos. co laudatis fundatis eis pepercit. fundanorum uina martialis coquus innuit non esse talia quae inueteranda sint. haec fundana tulit foelix autumnus opinia expressit mulsum consul & ipse bibit. eumbusque a fundis formias sinistrorsum est uilla oppidum a quo galba imp. originem duxit Dextrorsumque est lacus fundanus. Inde itrum quinto quae ciuitas lemurnarum fuit de qua Horatius Tandem defessi lemurnarum uenimus urbem et altero item quinto sed extra uiam applam est Caieta ea abest decem milia passus uiam habent silicibus romāo ueteri modo strata. inter arduos celsosque montes sed uiti olea arborumque consitionibus amoenissimos. et secundum littus marisque undas a terracina petitur turris sancti Anastasii deinde oppidum spelunca appellatū ubi dicit strabo spelunceas patere ingētes. quae habitationes magnas speciosasque excipere

Fossa.

Villa Licer

Caieta.

Portus Caie.

Vina fundana

Villa oppidū.
Lacus fūdanus.
Itrum.
Lemurnae.

Turris. s. Vina
Spelunca op.

Caieta.

Post speluncas in littore est Caieta a qua nunc urbe ad traiectum sue
rim fluuium nunc Suarrianum appellatum milibus decē terra ē ōium
nedum italiae sed orbis totius amoenissima q̄ fontibus ibi scatentib⁹ aq̄
passim lucidissimae citrangulis arantiisque consita interfluunt irrigātq̄
Mole op. loca praecipuusque fons decimo post primam scaturiginem passu molas
uersat plurimas uico celebri pulcherrimoque circundatas perquae loca
scipionem laeliumque concbas ⁊ umblicos legisse Cicero indicat in se
cundo de oratore Laelius ⁊ scipio semper ad inuicem rusticari: tuncque
mirabiliter repuerascere erant soliti quom rus ex urbe tanquā e uinculis
euolassent ⁊ ad Caietam laurentumque conchas ⁊ umblicos legere con
suessent. ⁊ ad omnem animi remissionem ludumque descendebant quo
quidem in decem milium spatio berculantea fuit uia omnium quas rōa
Sileta. num ubique habuit imperium amoenissima de qua Cicero oratione i le
gem agrariam rulli secunda sic habet Accedēt si leta ad minturnas adiū
gitur ⁊ illa uia uendibilis berculantea multarum delitiarum ⁊ magnae
pecuniae. Suntque deinceps castellonum oppidum ⁊ bonoratum ulla
bonoratum. quam bonoratus fundorum comes speciosissimam aedificauit In cōspe
Castellonū op. ctu autem speluncarum quas ad caietae sinum esse diximus sunt propo
Pandana. sitae in pelago insulae duae pandana ⁊ pontia colonia sicut Liuius nono
Pontia. libro dicit a romanis deducta easque dicit strabo paruas sed pulchrae ha
bitatas inter se parum sed a continenti ducentis quinquaginta stadiis
distare. Fuerunt uero hae insulae post Strabonis tempora multorum
Ceculus mons. martyrum ⁊ christi confessorum exilio decorate sinum caietanū cecubus
Vinum cecubū monsuini praestantia celeber tangit ⁊ cecubum ciuitas fundorum in uia
appia baecque omnia loca boni uini copiā habere dicit strabo utraque
Belasi⁹. ij. pap autem ciuitas uetusta singubo ornata fuit romano pont. caieta secundo
Soterus pap. Belasio funda Sotbero patre concordio. Sed iam limites attingimus
nostrae buius latinae regionis sinuessam ⁊ liris siue gauriani bostia ⁊ ma
rittimam absoluimus oram ⁊ tamen priusquam ad mediterraneā rede
traiectum. amus ea docebimus quae liris ad sinistram in regione latina habet. Su
Speninum. pra traiectum oppidum tria milia passus a mari distans est liri contiguū
Speminum castellum a quo distant octomilia passus fracte oppidū to
tidem a ponte coruo semotum quod oppidum fregellas fuisse ostendim⁹
Superius aliis item octo milibus abest ceparanum nobile oppidum re
liqua ad fontem liris proximus accedentia in uestinorum samnitūque
partibus dicentur in mediterraneo autem latinorum solo frequentes fu
ere urbes infinitaque pene oppida ⁊ castella ex quibus auctor ē. plinius
quinquaginta tres populos sine uestigiis interūsse. bac autē describenda
mediterranea regione modum bactenus in aliis seruatum a fluuiorum
ostiis fontibusque ⁊ discursu seruare nequibimus sed alium certius factu
rum satis qui in nulla reperiatur alia italiae regione tenebimus: uiis ince
Appia. dendo tribus Appia. latina ⁊ tiburtina quae inter se diuersae ad lirim
Latina. amnē ⁊ sinuessam caietamque perducunt Nec tamen certiore gradu ita
t.burtina. per singulas pedem figere poterimus. quin delabi ⁊ aberrare uideamur
quod quidem necessitas faciet quom uiae alicubi diruti⁹ pōtib⁹ aperse

alicubi ut penitus ignorentur omnino sint perditae Igitur roma nunc
petentibus terracinam iter est primum duodecimo miliario marinum
quod n̄ absurde marianam uillā fuisse ut credā facit prima. L. murenae
uilla semi etiam integra et praedium portium uulgo notum Eademque
lucii murenae villa priscum etiam retinens nomen nos bactenus fecit cre
dere aut marinum si non fuit vt diximus mariana uilla aut zagarolum
noui nominis oppidum sed ut indicant ruinae vetustum fuisse lamiuium
ex quo uetustissimo et celebratissimi nominis municipio urbi propiquo
murenas patritios et consulares uiros originē duxisse Cicero i oratione
pro. L. murena affirmat nuper autē in oppido quod corupte ciuita incli
uina appellant a prospero cardinale columna possesso lapis repertus est
litteras inscriptus maiusculas que lamiuiū illud oppidum esse ostendūt
A marino aūt octauo distant velitre ciuitas uetusta de qua liuius in octa
uo. In ueliternos ueteres ciues q̄ totiens rebelassent graniter saeuitum
et muri deiecti et senatus inde abductus iussiq̄ transtyberim habitare in
agrum senatorūm coloni missi quibus ascriptis speciem antiquae frequen
tiae uelitre receperūt Estq̄ ea ciuitas tū aliter uetustate sua tū ea ratione
notissima q̄ octauii caesaris augusti progenitores ide originem habuere
Quintoq̄ ab ea miliario ad sinistrā distat vetustissimi nominis oppidum
cora abuno trium fratrum condita quorum alius tibur aedificauit alius
monti proximo Catillo cognomen dedit: de quo virgilius in septimo
Tum gemini fratres tyburtia moenia linquunt fratris tyburti dictam
cognomine gentem. Catillusq̄ acerque coraq̄ argiua iuuent⁹. deinceps
a velitris recto itinere instituto distat quartodecimo oppidum sarmineta
et tertio absunt aquae foetidae ad quas palus incipit terracinā usque non
minus nunc q̄ Strabonis aetate consueuerit nauigabilis quam locorum
vicinitatem Martialis cocus poeta indicat his uersibus o nemuę. o
fōtes solidumque madentis arenae littus ⁊ aequoreis splendidus anxur
aquis et non unius spectator lectulus vnde qui uidet binc pupes flumi
nis inde maris Ab bisq̄ adq̄ quito distat setia vetustinominis oppidum
arduo in colle sitū uini ut refert plinius optimi ferax Et martialis cocus
poeta. pendula pontinos quae spectat setia campos. Exigua vetulos mi
sit ab urbe cados. et alibi setinum dominaeque niues densique trientes
quando ego te medico non probibēte bibam priuernumque item uetustū
quinto a setia distans non ut olim campestre est sed arduum in collem mi
tatum postquam theotonicā simul et britonum rabie fuit destructum cui⁹
alumna fuit Camilla quam uirginem virgilius miris effert laudibus uol
sca de gente camilla. super quo uerbo seruius exponit eam fuisse priuerna
tem solidior uero et certior priuernatium laus fuit illa argutissima orato
ris eorum ad senatum romanum responsio quom interrogatus qualis
esset pax quam priuernates tantopere peterent. respondit perpetuam si
bona daretur futurā Fluuiusq̄ ipsum praeterfluens oppidum dictus est
olim amasenus de quo virgilius in septimo amasene pater circumstantq̄
priuernum oppidula maientia arx gorga et arx sicca sonimum binc quin
abest oppidum quod sit arduo in colle situm pro summino dictum a

Marianum.

Predium.

Portum.

Velitre.

Palus pōtina

Camilla.

Terracina. Via appia.

quo abest item quinto terracina banc inter ubique montosa et eam uiam que primo secundum littus est descripta habetur appia eiusque uiae prima urbs alba sextodecimo ab urbe distat. qua quidē in uia multo maiora sunt aedificiorum monumentorumque et factarum molum vestigia q̄ quisq̄ possit credere qui omnia attente si viderit Estq; hec alba cuius meminit uirgilius in primo albanique patres. Nam treſdecim fuerunt albani reges de aeneae et lauiniae gente. Et liuius scribit Alba a romanis destructa albanos i urbem receptos caelium montem incoluisse de cuius origine virgilius in octauo. Ascanius clari condet cognominis albam eam urbem trecentis ante romam annis conditam ultimo inmunitam reddidit hericus tertius rex germanicus in paruo cuius angulo oppidulū nunc extat a Sabellis ciuibus romanis possessum sicut et possident sabellum uetustissimi nominis nunc oppidum a quo familiae hinc romanae nobili nomen fluxit lodouicusque cardinalis aquileiensis romani pontificis camerarius monasterium quod bonori⁹ tertius de gente sabella ibi aedificauit pene funditus dirutum magna instauraūit impensa adeo ut siue monasterii siue uillae inter caeteras italiae amoenissimae rusticanas inibi habitationes habeat ductus aquarum instauauerit q demortuae urbi aliquam oppidi faciem reddiderit. eademque in uia appia est proxima albae sexto miliario Aritia olim ciuitas vetusta de qua Liuius in octauo Aritini eodem iure quo lauinii in ciuitatē accepti. nunc vero penitus est derelicta: cuius marmora q caetera ornamenta marini oppidi ecclesiae decorarunt estque aritia una ex urbibus quinque quas facit virgilius in septimo ministrasse telia aeneae quo in loco appellat eam potentem quia fuit praestās in regione ciuitas eam dicit seruius nactam esse nomen à moribus quos g[illegible]ret / quia vicina esset pontinae palludi. q alio loco dicit aritiam a Virgilio appellari matrem ut plauderet adulareturque Augusto cuius mater fuerit aricina Nā iulia Caesaris soror genuit actiam ex balbo in aritia q actia ex octauio genuit Octauianum sic enim habet Virgilus Ibat q byppoliti pubes pulcherrima bello. Urbius insignem quem mater aritia misit. est vero haec byppolitu fabula ab ouidio scripta nam Diana byppolitum ab inferis reuocatum misit aritiā quē nutriri curauit ab egeria nympha nūmae Pompilii amica cuius monitis et consilio rempu. administrare simulabat appellat itaque virgilius byppolitum urbium, ideſt bis uirum Nota est uetus historia etruscos qui cū arunte regis Porsenae filio ad oppugnandū aritiam iuerant amisso duce redeuntes romam amice q hospitaliter fuisse acceptos quibus fuit datus ad inhabitandum in urbe q celerrimi loco vicus semper postea rhuscus appellatus quamobrem Porsenna obsides in foedere habitos benigne remisit Liuius libro. lxx. scribit Cinnam q. C. Marium expugnasse Aritiam coloniam Plinius uero dicit brassicam aricinam altitudine non excelsam reputari utilissimam quia sub omnibus pene foliis fructificat cauliculis peculiarib⁹ quom Sabellanae brassicae folia dicat fuisse in admiratione crispa eorum que crassitudinem extenuare caulem sed dulcissimum ex omnibus perbiberi et martialis poeta arinnos potros

Ductus aquarum aritia.

sic laudat mittit praecipuos memoralis Aritia porros. Deincepe eadem uia secus storacem siue nymphaeum amnem ubi olim fuit forum appii uetus oppidum nunc est monasterium fossa noua appellatum quod centū olim pluribusque monachis habitari solitum postquam multis annis mā serat derelictum quarti Eugenii pontificis religiosissimi opera adiumentoque cistertiensium abbas anno ante quinto decem duodecimue monachis habitari curauit fundique ciuitas postmodum habetur quae superius descripta ab honorato gaietano principe humanissimo possidetur alia que nos ad latinorum limites ducit uia est latina in qua primum decimo ab urbe miliario cernūtur uestigia colūnae oppidi a quo clara colūmnensium familia multis ante saeculis originem habuit q cognomen ibiq; algidum incipit vetusti q in historiis celebrati nominis sylua in cuius medio bifurcatum est iter hoc nostrum q hinc ad dexteram quartodecimo s colūna distat ualmontonum ubi lanicos fuisse ad finem huius regionis ostendemus inde ad sinistram minore spatio abest gallicanum quem locū gabios fuisse coniicimus Eo autem itinere in ipso algidi sylvae ingressu regillus est lacus apud quem aulus postumus dictator prospere aduersus Tarquinium superbum patria eiectum q latinorum exercitum romanis bellum inferentes pugnauit a gallicano autem siue gabiis tertio distat p neste ciuitas de qua inferius copiose dicemus. Et inde secundo abſūt caue adoardi columnae oppidum q pariter secundo item miliario abest zinzanum quod oppidum ciuitaculae cuipiam aedium ornatu populi frequentia q opum fluentia comparandum a martino quinto pontifice glorioſissimo multisque romanae ecclesiae cardinalibus q simul a praestantibus romanae curiae uiris per aestatis commata saepenumero inhabitatum est. abest a zinzano decem milibus anagnia ciuitas in hernicis uetustissima. de qua Virgilius hernica saxa colunt quos diues anagnia pascit Seruius uero exponit virgilium alluſisse ad historiam. Nam antonius fuluia augusti sorore cōtempta postquam duxit cleopatram aegipti reginam eius monetam in anagniam cudi iussit unde diues est a virgilio appellata hernicos autem Seruius gabinia lingua a saxosa patria dictos uult quia herne gabini saxum dicerent. Liuius in nono. P. Cornelio aruina. M. tremulus cos. concilium populorum omnium habentibus anagninis in circo quem maritimum uocāt praeter alatrinatem q uerulanum omnes hernici bellum romanis indixerunt et infra martius cos. Omnem gentem hernicam in deditionem accepit Et inferius anagninus quia arma romanis intulerāt ciuitas sine suffragii latione data concilia connubiaq; adempta q magistratibus praeterquā sacrorum curatione interdictum fuit anagnia ciuitas duobus romanis pontificibus. tertio Innocentio et octauo bonifacio ciuibus decorata Bonifaciusque uel ea ratione glorioſus pontifex fuit q annum iubileū primus romanorum pontificū romae instituit usque qui quartum praeteri anno celebratur iubileus maiorem

Storax flu. nymphaeus.

Anagnia.

Gabii. Gallicanum.

multo caeteris bucusque habuit populorū multitudinem melius in dies
ut uidebatur processurus nisi exardescere incipiens praesenti iunio pesti
lentia et multos absumpsisset et curiam abire suasisset et populus ab ad
uentu deterruisset. Inde uero fuit bonifacius infoelix quod saram colum
nensem capitali prosecutus odio preneste uetustissimam vrbem. quam
is Sara paterna possederat successione solo aequauit et duos ex ea fami
lia cardinales dignitate priuauit. quos Clacmens quintus illico restituit
et postmodum regem franciae. Bonifacius adeo irritauit ut. imissus
adiutusque ab eo Sarra eundem pontificem in patria et domo paterna
ceperit romam que captiuū abduxerit. ubi nulla magis ratione alia diem
male obiisse creditus est quam quia simplicem corde et sanctum virum
caelestinū quintum qui pontificatu quo se per renuntiationem exuit illū
ornauerat in fumonis carcere mori coegerat. Scribit plinius fucinum
Fumo oppidū. lacum. qui marsorum appellatur subterraneos habere cuniculos quib⁹
aqua certo effluens tempore amnem faciat. et siue plinii textus ut saepe
alibi eo in loco corruptus siue aliter uitiatus et mutilatus est non satis
topbanus fons potuimus intelligere quo in loco fluuium ille oriri affirmet. Sed fontē
esse scimus anagniae topbanum nomine qui byeme quādo fucinus glatie
astringit siccus uere postmodum aestate ac autumno ingentem. euomit
uim aquarū quae lirim amnem a sancto vito oriundum adaugent. distat
quinto ab anania ferentinum romana colonia olim et ipsa hernicorum
de qua liuius libro tertio pregressus, tullius ad caput ferentinum et li
bro septimo ferentinum urbem hernicorum ui cepit. Et libro nono her
nicorum tribus populis alatrinati. uerulano. ferentinati. suae leges quis
maluerunt. quam ciuitatem romanam redditae. Item inferius ferentiū
vnde quanquam nihil quietis dabatur tñ summa alacritate ductum
caeterum ibi plus laboris et periculi fuit. et defensa summa in moenia
et locus erat munimento natura que tutus. sed euicit omnia assuetus
praedae miles ad tria milia hominum caesa praeda militū fuit Suetoni
us autem tranquillus scribit otonis imperatoris qui Galbae successit
Frusinona. maiores ortos fuisse oppido ferentino familia vetere honorata atque ex
principibus etruriae ⁊ ab eo totidem frusinona de qua Liu⁹ frusinates
tertia parte agri dānat q⁹ hernicos ab eis sollicitatos compertum fuit q⁹
duobus olim ornata romanis pontificibus hormisda patre iusto per si
machi ⁊ hoctii tempora consulatus ⁊ siluerio eodem genito hormisda
quem Justiniano primo imperatore theodatus rex gothorum tertiuq⁹
pecunicm ordinauit a frusinona que distat quintodecimo Ceperanū no
strae huius regionis alter limes Sed propinquo huic itinere sūt ad zina
zani dexteram pallianum serronum pillium accutum, triuilianum, collis
padi. Anticulum uernlae uetus oppidum de quo liuius in nono. Veru
lanis suae leges qua maluerunt quam ciuitatem Romanam reddite cō
nubiumque inter suos quod aliquandiu soli hernicorum habuerant pmis
sum fumone Caelestini pontificis romani carcere, ⁊ morte clarum. Dein

Fo Lxxvii

ceps alatrum uetusti nominis ciuitas Cui simul cum verulanis suae le
ges redditae a romanis ⁊ cōnubium permissum ⁊ babucum olim ciui
tas apud liuium bouillarum nomine nota turritium. Poste uicus: ripe. Babucbum.
porcilianum. treuū. selectinum. Altera autem via quam medio in algi Bouile.
do liquimus. primum est oppidum olim lauicanum de quo liuius libro
quarto ⁊ renuntiatum est nouos hostes lauicanos consilia cum ueteribus
iungere lauicos legati missi quom responsa inde retulissēt dubia qu bus
nec tum bellum quidem parari nec diuturnem pacem fore appareret tus
culanis negotium datum aduerterent animos nequid noui tumultus la
uici oriretur nuntiarunt legati lauicanos arma cepisse. ⁊ cum equorum
exercitu depopulatos agrum tusculanum castra in algido posuisse. Q.
Sulpicius priscus dictator captis direptisque illorum castris oppidum
lauicos corona circundatum scalis captum diripuit censuitque senatus
frequentem coloniam lauicos deducendam. Coloni ab urbe mille quin Valmoncone.
genti missi bina iugera acceperunt. id oppidum nunc dicitur valmonto
ne quod a nobili comitum familia cuius est possessum nuper magno pri
uatum est decore lucido diacono cardinale studiorum humanitatis flagrā
tissimo. Sed eius frater altus uirdoctus simul ⁊ prudens Joanne orna
tus filio rei bellicae gloria apud venetos florente oppidi illius aliorumq⁹
quib⁹ praesunt decus conseruat fuitque lauicanum olim vuis copiosum
optimis ex quibus Clodium albinum pondo viginti unica cibatione co
medisse scribit Julius capitolinus proximumque est valmontoni mōs for
tinus oppidum Stephani nostri familia nobilique oppidi cognomen ha
bet oriundi patria atque villadeinceps sunt zanchatum gauignanum ⁊ si
gnia oppidum vetus vinum ut inquit plinius faciens signinū quod aluū Gauignanum.
maxime restringit et martialis cocus poeta Potabis liquidum signina Signia.
morantia uentrem Ne nimium sitias. sit tibi parca sitis quae signia vita
liano pont. ro. patre Anastasio ornata fuit. Ulteriusq⁹ sunt scurcula me
rulū. supinum patrica cecanum ⁊ castrum ubi alius est nostrae latinae re
gionis nunc campaniae limes. Tertia restat nobis per quam ad alios no
strae latinae regionis limites itur tyburtina via. Eam ciuitatem sexto de
cimo ab vrbe distantem multo ante romā originē a graecis habuisse vult
strabo et virgilius eam a Tyburtio conditam facit cuius frater Catillus
nomen monti dederit propinquo. Fuitq⁹ tybur ex quinque ciuitatibus,
q⁹ facit virgili⁹ aeneae arma fabricasse ubi tybur appellat supbū ⁊ seruiꝰ
exponit aut nobile aut q⁹ aliqñ tyburtini a senatu rñsū acceperūt. q⁹ essēt
supbi vbi ēt virgili⁹ i. vii. dicit sub albuenea. seruius exponit Albuneam
altū eē fontē i tyburtinis mōtib⁹ ab aq̄ qlitate q̄ i ipo fōte ē sic dictū ⁊ pli
ni⁹ tyburtinū lapidē si magis ab ipo uocabulo romae trito ostruēda ornā
da ꝯuādaq⁹ roma iuuisse dicit ostare q⁹ eū ad ōia forte idoneūq⁹ fuisse sūt
tyburi ppiq̄ sgētes admirādeq⁹ ruinae cū alioꝝ pene infinitoꝝ magnificētis
simi operis aedificiorum tum villae quam hadrianus impe. extruxit de
qua sic scribit elius spartianus tyburtinam uillam mire aedificauit ita ut

in ea ⁊ prouintiarum ⁊ locorũ celeberrima nomina poneret caetera stra
bonis uerbis paulo post dicemus ea ciuitas simplicium pont. Ro. genuit
quam federicus primus impe. ro. theotonicus ab aliis theotonicis ali
quot annis priue spoliatam diruitamque reaedificauit supra eam ciuita
tem montes sunt ardui ⁊ late diffusi in quibus fortissimi olim habitaue
rũt equicoli de quib⁹ Virgilius in septimo aeneidos horrida praecipue
cui gens assuetaque multo uenatu nemorum duris equicola glebis. Ar
mati terram exercent semperque recentes conuectare iuuat praedas ⁊ ui
uere rapto fuerunt uero ex primis latinorum populis qui romana re pu
blica crescente deleti sũt. Nam liuius libro nono populus romanus bellũ
fieri equis iussit ad. xl. oppida intra. lx. dies omnia oppugnãdo ceperunt
quorum pleraque diruta atque incensa sunt nomenque equorum prope
ad internitionem deletum primum ipsis in montibus ad amenis sinistrã
est oppidum amens ursinorum talliachorii comitum domibus ornatũ
tilctis varronis appellatum superius porcella ⁊ cantalupum oppidula.
Deinde arduo in monte riuus frigidus quo superato alii item caelsiores
superandi sunt montes appenini iugis quantalibet altissimis comparan
di in quorum summitate putei ut fertur plures sed quos uidimus duo
extant tam alte excisi defossique ut delectum bilibre saxum non prius re
ferat casus sui sonitum quam duo uirgiliani uersus debita sint pausa pro
nuntiatique. quae quidem perforatis succisque ⁊ ex cauatis in imo mon
tibus siue a Martio aedile siue a Claudio imperatore perducendis ro
mam a lacu fucino aquis ne conclusus aer cursum aquae moraretur spi
racula fuerunt adhibita Suetonius nanque tranquillus claudium prin
cipem dicit triginta milia seruos undecim annis emittendo lacu fucino. ⁊
aqua romam perducenda tenuisse supra riuum frigidum recta est arceo
lum secus quod planities incipit ut in ea montium summitate gratissima
in qua uetustissimi fuerunt carseoli de qua Liuius libro decimo scribit:
eodem anno carseolos colonia in agrum equicolorum deducta: ⁊ libro
xxvii. dicit eam fuisse unam duo de uiginti coloniarum quae hannibale in
italia agente milites ⁊ pecuniam senatui dare recusauerunt deinceps sũt
Lelae sculcula ⁊ peretum unde in taliacocium est descensus quod noui
nominis oppidum sed populo diuitiisque refertum nuper maximum
amisit ornamentum Joannem cardinalem tarentinum philosophiae
litterarumque sacrarum dogmatibus clarissimum Jamque ad marsos
regionem est peruentum quam hannibal sicut Liuius vigesimo secundo
scribit deuastauit ⁊ iterum reuertens ab urbe roma sicut. Liuii. vigesi
mo sexto habetur per eius agrum iter fecit eaque in regione interiit vale
ria ciuitas Bonifacii quarti pont. ro. quo hortante focas iperator pan
theon romae in omnium Christi martyrum basilicam permisit consecra
ri patria a qua ciuitate plõgobardos tẽpora marsos nomẽ i valeriam est
conuersum. Fuisse vero marsos urbem a quo nomen regio accepit. Pli

Amenis.

Vicus varonis

arceolum.

Marsi.

Valeria.

fol xxxix

nius sic asserit Sellianus auctor est lacufucino hausturn marsorũ oppidũ conditum a marsia duce lidorum Virgilius libro septimo. Quin ⁊ ma rubia uenit de gente sacerdos. et Seruius exponit medeam quando relictis colchis Jasonem secuta est ad italiam peruenisse ⁊ populos quos dam circa fucinum ingentem lacum habitantes propter paludis magni tudinem docuisse remedia contra serpentes, quanquam alii marubios a rege dictos uolunt hique populi medeam angitiam nominauerunt. eo ꝙ serpentes suis carminibus augeret. et Plinius simile ⁊ in italia mar sorum genus durat quos a Circe filio ortum tradunt. et inde inesse eis uim naturalem eam ⁊ tamen omnibus hominibus contra serpentes inest uenenum Ferunt ictas saliua ut feruentis aquae contactum fugere ꝙ si in fauces penetrauerit etiam mori idque maxime humani ieiun oris quã serpentum in ea regione frequentium ⁊ peritiae incantationis marsorum opinionem confirmat Julius Capitolinus ubi uitam scribens beliogabali Imperatoris dicit serpentes eum per marsicae gentis incantationẽ collegisse eosque subito ante lucem ut solet populus ad ludos celebres cõ uenire effudisse multosque afflictos morsu aut fuga allisos nec falsa aut fabulosa tenenda sunt ea quae hic de serpentum incantatione sunt scripta Propbeta nanque dauid in psalmo. lvij. sic habet Furor illis secundum similitudinẽ serpentis sicut aspidis surdae ⁊ obturantis aures suas quae non exaudiet uocem incantantium ⁊ uenefici incantantis sapienter ⁊ bea tus aurelius augustinus in dicti psalmi expositione sic scribit attende ꝗd ibi dicatur ad similitudinem quid moneatur ad prohibitionem Ita ergo et hic data est quaedam similitudo de marso qui incantat ut educat aspi dem de tenebrosa cauerna utique in lucem uult educere illa autem aman do tenebras suas quibus se inuolutam occultat dicitur ꝙ cum exire nolu erit recusans tamen audire illas uoces quibus se cogi sentit allidit unam aurem terrae ⁊ de cauda obturat alteram atque ita uoces illas quãtum potest euitans non exit ad incantantem Liuius bellum scribens italicum libro. lxxii. quod quia a marsis inchoauit dictum est marsicum inter po pulos qui romanis rebellarunt enumerat marrucinos ⁊ marsos. et libro lxxvi. dicit marsos a. L. pinna. et Caecilio pinna legatis superatos pacẽ petiisse a Silla bellumque hoc id fodicitatis romae urbi attulit ꝙ. m. Cicero in eo militari abominatus est romanorum ciuium crudelitates et ad litterarum studia se contulit. inde factum est: ut roma ingenium haberet quod sua magnitudine illi par esset, abẽ a talia coecio fucino mar sorũ lacu decimo miliario ⁊ edito in colle appeninum uersus est alba mar sorum romana colonia sicut Liuium diximus libro decimo scripsisse qui ⁊ libro. xxvii. eam fuisse dicit unam ex duo de uiginti coloniis quae banni balis temporum dificultate militiam detractarunt eamque strabo urbẽ ut appellat solam in latina regione pro mediterranea scripsit quam dicit excelso in monte sitam lacui fucino imminere pelagi similitudinem ma gnitudine habenti ex eoque lacu ductos fuisse fontes aquae martiae qua potaretur Roma Nosque in roma instaurata ostendimus martium in ima aedilitate introduxisse aquam eius nomine appellatam quae qui

Fucinus lacus.

Dauid, pphe.

S. augustin⁹.

fucinus.

aqua martia.

Iuuēc⁹ fluuius. Piscis ostenis.

dem aqua supra omnes alias introductas probabatur ⁊ Plinius dicit iuuencum animē supernatare fucinum qui iuuencus romam a martio sit perduct⁹ additque alibi plinius in lacu fucino piscem esse qui octenis na ret pennis quom caeteri omnes ubique quaternis tātūmodo natēt alba uero dicit strabo quia esset natura loci ⁊ munimento arcis ualida saepe romanis praesidii loco seruandis in custodia noxiis usos fuisse ⁊ nos in li uio inuenimus libro. lxii. Q. Fabium maximum consulem pauli nepotē aduersus alobrogas ⁊ bituntum aruenorum regem feliciter pugnasse ex bitūtique exercitu occisa. cxx. milia ipsumque quom ad satisfaciendum senatui romam profectus esset albam custodiendum fuisse missum circun stant lacum sancti apetitus sācti ionae castella. paternūque transacum ga ianum auecianum mallianum oppida ⁊ cōmitatus titulo ac opibus pre cipuum ē celanum nostrae hac in parte latinorum regionis limes Q mis sa uero sunt a nobis superius nulli praedictarū trium uiarū propinqua aliquot castella ⁊ oppida una tamen eademque in montium regione p neste tyburque inter ⁊ vicum uarronis ac zinatianum sita rocha cauarū capranica quae praestantissimam romae dedit familiam capranicensem i qua paulus Archiepiscopus grauissimo Martini quinti pōtificis ro. testimonio maxime i suo saeculo prudētiae uir fuit. ⁊ Bōnicus cardinalis sanctae crucis frater suus multa ciuilis pontificisque iuris ⁊ studioꝝ bū nitatis doctrina multaque prudentia nunc claret quom tamen angelus asculanus episcopus ⁊ nicolaus protonotarius nepos eisdem doctrinis uirtutibusque ornentur Beincepſ sunt oppida guadagnolum polium ca sa corbola Sanctus gregorius rocha liricis dicta sunt etiam bis proxi ma oppida cecilianum sambuca. Sarracinescum rocha mutiorum Bi ranum cererum. āticulum. riuate. afile. ciuitella. ⁊ olibanū. clarissimae ac prudentissimae mulieris suevae. albae marsorum comitisse pspera car dinalis colūnae ⁊ fratrum genitricis delitiae post olibanum sunt piscia num ⁊ sanctus uitus oppidum fonte uno liris siue gauriani quem propinquum habet clarum. Estque superius caelsis in montibus sublia cum ueluti plinius appellat sub laqueum nobile oppidum lacui eiusdem ⁊ tamen prisci nominis imminens redditque utrunque fama celebratum beati Benedicti non magis diutina conuersatio ibi habita quam eius to to orbe notissimum ibi aedificatum magnifici operis monasterium cerni tur uero in dextra amenis ripa ab ipso sublaci lacu ad uicum usque uarro nis incisus saxeo in monte ductus aquarum quae formis partim eo inci sis modo partim altum defossis partim sublimi fornice muroque exci tatis romam quadragesimo miliario ueniebant sed in hac eadem latinoꝝ regione ad praedictorum declarationem romanis in conspectu esse dicit Strabo tyburam ⁊ praenestam. ⁊ tusculum. ⁊ tyburam quidem qua est heracleum habere cataractem quem facit annio decidens ex loco altis simo in profundam vallem. ⁊ per lucos iuxta ipsam urbem vbi incipiat esse nauigabilis inde digredi ad metalla lapidis tybur tini et eius qui est in gabiis. qui etiam dicitur rubeus. vnde plurima romae opera fabricata sunt. De praeneſta dicit Virgilius in septimo. Nec praenestinae sun

Sācti⁹ apetit⁹.

Sācti⁹ bfidict⁹ Aquaeductus.

Guadagnolum Polium.

dator defuit urbis caeculis et Plinius dicit praeneste dici quia arbor pri nus multa sit co in monte. eam vero ciuitatem dicit strabo habuisse in signe tēplum fortunae a sylla aedificatum a quo petebat oraculū. accidit que Plinius simulacrum id fortunae adeo fideliter fuisse inauratum ut crassissimae inaurationes dicerentur praenestinae ⁊ alio loco de pauimen tis tractās dicit lyi hostrata acceptauere ea sub Sylla parvulis certe cru stis quod in fortunae delubro praeneste caepit Et ambas urbes tiburā ⁊ praenestam Strabo dicit in eadem montana regione constitutas eē sed distare inuicem stadia centum. ⁊ praenestum distare ab urbe roma etiam duplo sed tiburam minus dicique a quibusdam graecas esse ābas atque praenestum polistephanum uocari prius qua in parte strabonem credide rim diuinasse cum possit praeneste nunc polistephanum dici quae ciuitas ē Stephani colūnae. Addit que strabo. q̄ q̄ utraque munito sit loco posi tam tamen munitiore praenestum q̄ urbis summitas montem habet excelsum ⁊ retro quidem a continenti montana regione dorsum ellatum quem non dubito esse montem in quo est munitissima arx rocha cauarū dicta dicit quoque idem praeter situs praenesti munitionem occultas fos sas undique foratas usque in campos esse alias aquationis gratia alias ob latentes invasiones in quarum una obsessus marius interit. Liuius libro. lxxxvii. scribit sylla. L. marium exercitu ei⁹ fuso deleroque ad sa cripontam in oppido praeneste obsedit. et libro. lxxxviii. praenestinos inter mes occidi iussit. Quam crudelitatis maximae historiam Lucanus in secūdo perstringit his uerbis iam quot apud sacri cecidere cadauera por tum ⁊ infra uidit fortuna colonos praenestina suos cunctos simul ense re ceptos unius populum peremptis tempore mortis. et item Liuius infra C. marius praeneste obsessus a lucretio asella sillanarum partium quom per cuniculum caperet fugam ⁊ sentiret se euadere non posse cum thele sio fugae suae comite utrinque gladio concurrerunt ⁊ occisi sūt. Usi aūt sunt libenter romani principes eo secessu ad animi curarumque relaxati onem sed Aurelius antoninus imperator optimus ibi parum fortunat⁹ fuit. Nam scribit Julius capitolinus. eum in secessu praenestino agentem filium nomine uerum caesarem septennem amisisse quem non plus die bus quinque luxerit. Et plinius de metallis tractans sic habet. āno ur bis sexcentesimo septuagesimoprimo quod ex capitolinae aedis incēdio caeteris que omnibus delubris caius Marii filius praeneste detulerat trec decim milia pondo auri sub eo titulo in triumpho transtulit ⁊ argenti sex Item ex reliqua omni victoria pridie transtulerat auri pondo quidecim milia argenti pondo centum quidecim milia. Prosequitur vero Liuius libro. xxiii. praenestinos milites miris laudibus quod quom apud cannas insolicissime pugnarum esse audisset apud casilinum diuertentes durissi mā in eo oppido obsidionem omnium memorabilē fortissime pertulerūt vnde senatus consulto duplex stipendium ⁊ quinquennii vacationem mi litiae habuerunt. addit vero vnum strabo vsu per aetatē nostrā ⁊ saepius añ actis tēporibus compertum munitioné. s. quae aliis ciuitatib⁹ cōdu cere cōsueuerit praestinis saepe calamitati fuisse ob romanoꝝ seditiōes de

Fortuna.

Polistephanū.

Rocha cauaꝝ.

Aurum

Ueretis fluuius

Thusculum.

fugere enim illuc eos qui tumultu sunt usi biqui expugnatis fieri ut etiaz praenestini urbem deserant causa in eos translata. Quod enim supra est dictum hac de qua strabo dicit ratione factum uidetur ut sarrae colūnē sis temporibus praeneste fuerit desolatum ⁊ poncelletti ac Nicolai forte bratii aliorumque urbi in festorum receptione factum uidimus ut urbs obsessa captaque solo aequaretur. Fluuium eius regionis uerretis strabo appellat ⁊ addit in ea montana regione ipsarum urbium aliud dorsuz eē quod inter tibias linquit algidum. et illud quidem dorsum esse excelsum usque ad montem albanum. In quo dorso sit thusculum sita urbs non inepte fabricata. Rom̄ae uero nascenti reipu. haec urbs hic infesta fuit ꝙ manilius tusculanus gener tarquinio exuli socero auxilium attulit uñ pugna ad regillum originem habuit cui romanus populus post rebellio nes cum latinis factas pepercit sicut liuius i octauo scribit. thusculanis seruata ciuitas quam habebant crimenque rebellionis a publica fraude in paucos auctores uersum ⁊ plinius inter insignia fortunae uariātis exē pla ponit lucium furium tusculanum. Io. thusculanorū romanis rebellā tium consul eodemquoque honore transfuga exornatus est a populo ro mano qui solus eodem anno quo fuerat hostis romae triumphauit exhis quorum consul fuerat liuius libro. xxvi. accessum hannibalis ad urbē ro mam describens dicit per anagninum agrum uenit in lanuinum inde al gido tusculanum petit. nec receptus moenibus infra thusculū dextrosū gabios descendit. continuat uero supradictis strabo thusculū ornari insi tionibus circū atque aedificiis. ⁊ ad eam maxime partem quae ē uersus romam thusculi nāque collem dicit esse secundum aquisque abundārē ⁊ paulatim multis in locis in altum attolli habereque regiam magnificē tissimi apparatus ⁊ continua esse loca quae ad albanū uergunt montem eandem. tum uirtutem. tum apparatum habentia deinceps campos esse quorum alii ad romā attingunt. eiusque suburbia alii ad mare haec sūp simus pene ad litteram ex strabone de hac regione colūnensi familiae āte quadringentos annos sicut nunc est maiori exparte subiecta ⁊ quidem apud preneste montes peritissime sūt descripti. sed minora nō ponit stra bo loca qui illis in montibus sitam boratii flacci poetae uillam omisit. ubi sancti ioānis in campo boratii nūc appellant alia etiam a Strabone omittuntur quae si tunc temporis nō erant scimus ante quingentos an nos fuisse cauas enim a situ dictas quem in caua fossa habent nūc Ꝺo dardi colūnae oppidum petrus colūna per secundi paschalis romani pon tificis tempora possedit paterna sicut pandulfus hostiarius scriptor tra dit haereditate sicut etiam tunc preneste pillum ⁊ pullanum. nunc dicta pilium ⁊ palianum possidebant quae autē de thusculanae olim urbis col libus dicit uera esse ostendunt etiam nunc monasterium sāctae mariae de gripta ferrata in uilla ciceronis thusculana aedificatum ⁊ marinum ac supiori edito in colle roccha papae Prosperi cardinalis columnae oppi da circa quaeduob⁹ aut tribus a tusculo milibus distantia agri fertilita tem ⁊ aquarum abundantiam uidemus esse maximam regiae autē ma gnificentissimi ut Strabo dicit apparatus fundamenta esse non dubita

boratii uilla.

Caue oppidū.

Pillum.
Pallianum.
tusculana urbs.

Gripta ferrata
Uilla Cicero.

fo Lxxxi.

mus quae proximis pariter griptae ferratae ⁊ marino locis fornices emanufactos cauernasque habere uidemus oppidi uius populum in ha bitationem ⁊ quidem cōmodam admissura⁹ et etiam tusculo propinquū olim lucullanum Lucii luculi villa: cui nunc dicitur frascatum: ubi aquā virginem quae nunc unica romā perducitur: inuentam esse constat: tusci lanique duce Rainone eorum tyrāno federici imperatoris barbarossae appellati copiis coniuncti populum romanum clade maxima affecerunt quae cannensi cladi prope similis numero caesorum fuisse dicit adeo ut roma postmodum caput nunq̄ attollere potuerit ūde factum ē ut anno inde septimo romanus populus ipsam urbem tanta animorum ferocia demolitus sit ut uix fundamentorum uestigia nunc appareant. ea uero aetus ⁊ praeclara olim urbs nunc solo titulo ciuitas gentem portiā inde oriundam: ⁊ quod ē consequens illustrissimos Catones habuit ciues: q̄ diu post pontificibus romanis tribus sexto benedicto qui primū bēricū regem theotonicum coronauit decimo nonoque ioanne illius germano: ⁊ septimo Benedicto utriusque nepote ornata fuit: nec aliā habet aliquā pristinae foelicitatis ⁊ glorie partem preterq̄ ꝙ eam titulo episcopatus gubernat uir sūmus graece latineque eruditissimus. ⁊ sūma preditus cū bonitate. tum etiam humanitate bissarion graecorum cardinalis nicenus bononiae nunc ⁊ exarchatus rauennates apostolicae sedis legatus. Be campis quos strabo dicit. aut ad urbem. aut ad mare pertinere. primis uerum esse uidemus ꝙ suburbiis tunc ⁊ uillis habitatos nūc solis tectos ruinis ⁊ syluis proprie magis campos appellari posse constat quom aūt Albam Strabo a principio nominauerit proximam illi aritiam omisit. quam nunc solo aequatam tunc urbem in uia appia fuisse supra ostende mus. est albe marinoque proximus albanus lacus. emissorio cuius mira bili opere facto licet tenues effluant aquae origo nūc habetur amnis qui apud locum caedis apostoli Pauli labens paludem ad aquas salui⁹ ap pellatū efficit estq̄ is lac⁹ de q⁹ uates etrusc⁹ sicut liui⁹ refert pdixit futuz ut si emitteret iade aq̄ romani ueis potirēt. distat ab albāo aritiaq̄ pariē pass⁹ circiter quattuor mille lac⁹ quē Suetonius trāquillus nemorēsem appellat ad quem dicit. L. Caesarem uillam incoasse quā reliquerit im perfectam. cuius quidem lacus aqua mirabilis operis emissorio educta numicū amnem efficit quē apud ardeā in mare labi diximus. Ad eūque lacum est situm oppidum nemus appellatum Seruius grāmaticus in septimo uirgilii uersus hos exponēs. audiit ⁊ triuie longe lacus. dicit ne mus appellari lucum haud longe ab aritia in quo lacus est ubi speculum dianae dicit et nemorem, si item oppidum proxime adiacet cinthianum quod a cinthia quae ⁊ triuia. nomen licet nunc coruptum habuit hunc uero lucum dianae speculum a maioribus appellatum romana re florēte eo fuisse dignum nomine nullus mirabitur. qui praesentis temporis amoenitatem eius inspexerit. uallem enim concauam duo in circuitu mille passus complexam hic lacus dimidiam optinet. pars reliqua ubi Caium Caesarem aedes diximus inchoasse. tunc ut uidetur ne inuisa fuit a qua oppidum ecrano nemus appelatum est.

Cauerna.
Lucullanum.
Frascatum.
Aqua uirgo.

Tusculum.

Portii.
Catones

Aritia.
Albanus.

aquae saluiae.

Nemorēses la.
L. caesar uilla.
Numic⁹ fluui⁹

Nemus op.

Speculū diāc.
cinthianū op.

Constitiones.

Laque nunc arboribus frugiferis adeo pulchre est consita. ut nulli i ita lia quantumuis cultissimo consitionibus loco cedat. Quantum autē la cus ipse maioribus fuerit gratus magnum hoc tempore apparuit argumentum. Prosper colūna cardinalis patriciusque romanus cum nemorense illud cynthianumque castellū paterna possideat haereditate aliqñ audiuit nemorenses dicere naues suo in lacu binas esse submersas. quae nec adeo putres sint ut laceratae funiculos de idustria alligatos. nec retia casu implicita tractae sequātur. nec integre suis ipsorum omnium incolarum viribus queant extrahi. quare uir ipse bonarum artium studiis ⁊ imprimis historiae deditissimus nec minus vetustatis indagator curiosissimus quid magne naues paruo ⁊ altissimis undique circundato montibus in lacu sibi uoluerint nosse animum adiecit. nosterque leo baptista Albertus geometra nostri temporis egregius qui de reaedificatori elegātissimos composuit libros. ad id operis ē uocatus. Qui uasa uinaria mitos colligata in ordines ea ratione i lacu disposuit ut de ipsis tanq̄ pontibus hinc inde penderent machinae quibus harpagones ferrei dēsioribus appensi rudētibus captam mordicus nauem fabri peritiores lignarii attrahere nequirent. Et a Genua urbe maritima mercede conducti aderant piscibus q̄ hominibus similiores nōnulli quorum partes fuerunt. in lacus profūdiora natando descendere. ⁊ quāta esset nauis q̄que integra sentire. ⁊ demissos funibus harpagones in morsum capturāque applicare. tandem capta ligataque ad proram nauis quom integra nō sequeretur fracta ē ⁊ eius particula trahentes harpagones eā secuta. Spectaculo fuit omnibus romanae curiae nobilioris ingenii uiris. particula nauis quā hac ratione fabricatam fuisse apparet. Nauis tota laricē ligno asseribus triū digitorum crassitudine compacta bitumine extrinsecus delibuta fuit. quod bitumen ut etiam nunc apparet croceum purpureumue contexit contra nuitque uelamen ⁊ plumbei e desuper chartis super fines tota ab aquis imbribusque nauem bitumenque defensura obtecta est. quas quidē chartas clauiculi nō ut nūc assolet fieri. sed aenei frequentes infixi. ita comprehendunt ut omnis humor perpetuo arceretur. Interior nauis pars nō ab imbribus magis ⁊ humore q̄ ab igne ⁊ ferro fortissimā habuit defensionē Nam cum argilla ⁊ creta quicquid lignee soliditatis nauem intus cōpegerat ad digiti unius crassitudinem tectum deliburūq; esset ferrum uehementi igne concoctū liquefactumque super infuderūt: quo ad digiti unius ⁊ alicubi duorum crassitudinem sensim dilatato: tantundem magnitudis ferrea ut ita dixerim habuit nauis quātum laricea prius habuerat: ⁊ ferro insuper alia argillae ac cretae bitumatio: uel ut olim in edificiis appellabatur complastratio super infusa est. obseruatumque fuisse uidemus: ut concocto liquefactoque ferro priusquā refrixisset argilla cretaque ⁊ ipsa eodem decuoquenda calore superinducerētur quo ⁊ substrata. ⁊ superiō deducta argilla unum sicut etiam nunc sunt cōmixtum ex lateritio ⁊ ferro bitumen efficerentur dūque hunc expiscandae naui omnis undique istudat multitudo phystulae in fundo lacus inuentae sūt plumbeae bicubitales lōgitudine: fūr missia crassitudine quas mutuo morsu ac cōpagine cōbassā

Naues duae.

Natatores.

Nauis admirāda fabrica.

Plūbee charte Claui aenei.

Phystulae plūbeae.

Fo. Lxxxii.

tes in quantūmis maximam longitudinem ꝓducere licuit. eaq; uero singulis elegantes insculptae sunt litterae auctorem ut conūcimus nauis suum Tiberium Caesarem Augustum indicantes. censuitq; Leo baptista fontis copiosissimi lucidissimiq; ad nemorense oppidum scatentis aquas nūc molas conuoluentes multo ipsaq; phystulaq; ordine ad medium usq; lacum fuisse productas: quae aedibus inseruirent amplissimis lautissimisq; quas nauibus praedictis superimpositas fuisse retemus. Pulchrq; autem ⁊ pene mirū est videre: clauos maiores aeneos quibus cubitalib? nauis constructa erat ita integros. ita politos. ut nuper a fabri ferrarii incudibus exisse uideant. Lucanius in tertio uiam sicut supra diximus describens. qua. C. Caesar pmū post belli ciuilis initia romā uenit: infrascriptos ponit uersus. qui ad albani quoq; montis descriptionem satisfacere poterunt. constabitq; Caesarem a terracina supra arritiam ad cinthianum. inde ad montē albanū ubi nūc castrum est Gandulfum peruenisse quo de excelso monte romam primū inspexit. Jamq; praecipites superauerat anxeris arces: ⁊ qua pontinam via diuidit vda paludem: qua sublime nemus scythicae quā regna dianae. Quaq; iter est latiis ad summam fascibus albā. Excelsa de rupe pcul iam prospicit urbem ⁊ dicit. Te ne deum sedes non vllo marte coacti Seruere uiri pro qua pugnabit vrbe. Ultima nunc reliqua est nobis in hac latinoq; regione pars vrbi Romae tibur anienēque uersus propinquā ostiis tiberinis unde incepimus e regione auersa. ⁊ ut eo unde huiper digressi fuimus reuertamur: praenestini montis radicibus algido proximum est Laurentii columnae oppidum nunc Gallicanum. qui ut diximus olim Gabii fuerunt vetustissimi. quos Liuius in primo dicit fraude Sexti Tarquinii filii captos a Tarquinio patre. ⁊ Virgilius in septimo. Quiq; arua gabinae Junonis. ubi Seruius exponit. Gabios diu in agros mozatos tandem gabios condidisse. quamobrem Virgilius dixit arua non moenia. Alibi tamen Seruius super uerbo nomentum. ⁊ gabios dicit ab albanis regibus eas conditas fuisse. ⁊ paucis milibus inde abest anio fluuius. quē Virgilius dicit frigidūq; anienem. habetq; originē a Sublaco. de quo scribit Plinius. anio in monte trebano; ortus lacus tris amoenitate nobiles qui nomen dedere subiacēs defert in Tiberim. Liuius scribit Camillum apud anienem gallos roma redempta exeuntes trucidasse. ubi Manlius torque detracto gallo Torquatus est appellatus. Is in via tiburtina ponte iungitur marmoreo maximis tamen quae habere solitus fuit ornamentis pene spoliato quē nūc Mamolum appellant. Hunc uero pontem Mammeam alexandri Syri imperatoris romani certe optimi genitricem christianā mulierē aedificasse in Gelasii secundi pontificis romani reb? gestis inuenimus. Sed quis proxime illi subiectū numentariae viae pontem construxerit nobis incertum est qui certiores sumus omnes tres anieni superimpositos pontes a romanis fuisse destructos quando vrbe a Belisario instaurata Totilae aduentū puidi expectabant. Secundusq; est viae numentanae pons ⁊ ipse licet integer ornamentis quae maxima habuit spoliatus. demū tertius in via salaria extat a Narsete eunucho duce praestantissimo ostrogothoꝝ oppressore sicut incisus illi marmore titulus indicat aedificatus. Ad proximaq; anienis ostia quibus in Tyberim fertur. sed vltra ipsum anienem in ymbria regiōe fuisse

Fons magnus

Bomus in manibus.

Claui aenei

Babii.

Pons mamol? Mammea

Pons numentanus

coniicimus Fidenas vrbem uetustissimā. de qua Suetonius Tranquillus in vita Tyberii Caesaris. fidenis casu theatri viginti hominum milia interierunt. Cui cladi simile Nero sacuissimus imperator sui imperii tēporib⁹ optauit. Plinius etiā dicit in fidenati agro iuxta vrbē Ciconiae nec pullos nec nidum faciunt. ⁊ alibi romanos accepisse lapides ad structuram ex fidenati agro circa urbē optimos. Et supra diximus Tyberim dividere agrū veientem a fidenate mox latiū a vaticano. de hac Virgilius in. vi. vrbem fidenā. Et Liuius libro. iiii. scribit. Legatis romanoꝝ a fidenatibus occisis. quia ob rem p. occisi erant statuae in rostris positae. ⁊ post fidenas in potestatē redactas: eoꝝ colonos missos. quibus occisis fidenates quom defecissent a

via hānibalis

M. Aemilio dictatore victi ⁊ fidenae captae ac desolatae sunt. Facta est alicubi superioribus in locis mentio accessus Hannibalis a Capua tunc a romanis obsessa ⁊ triplici vallo circundata ad vrbis romae moenia. Quare libet ordine viā repetere qua is venit. Liuius libro. xxvi. primū dicit. Q. Fuluiū flaccum cos. iturum Romā Hannibalē secutū via appia. ⁊ Setiam Lanuiūq; praemisisse qui cōmeatus in vis parent exercitui suo setiaq; et lanuium notissimae sunt ⁊ supra a nobis descriptae. Hannibalem uero dicit praeter cales in agrum Sidicinū per sueſſulam alipbanūq; ⁊ casinatem interaniam ac fregellas ad Lirim venisse. quae loca partim in veteri campania nunc terra laboris dicta partim in samnitibus a nobis infra sunt indicata. Hannibal postea Liri transmisso agrum praesentis latinae regionis attigit Primo fregellanū qui locus licet fuerit in samnitibus. tamen habuit agrum suum in regione latina. ⁊ nunc dicit pons Cozuus. de quo Liuius in sexto hannibal infestius ꝓpopulato fregellano agro ꝓpter incisos pontes. et in octauo. P. Plantio proculo. P. Cornelio Capula cos. fregellas Colonia deducta. Et infra. C. Petilius dictator quom audisset arcem fregellanam ab samnitibus captā omisso Bouiano ad fregellas pergit. Unde nocturna samnitum fuga sine certamine receptis fregellis praesidioq; valido impositō in campaniā rediit. Ornataq; fuit fregellana colonia. M. sextilio. quē liuius dicit respondisse pro duo de viginti coloniis. quae milites prius denegatos ⁊ tributa dare promiserunt. sequiturq; liuius in hannibalis itinere.

marcus Se

Post frusinatē ferentinatē ⁊ anagninū quae loca nunc parua nominis mutatione facta sunt notissima. ex anagnino aūr in lauicanū venit. quē locū maxima nominis mutatione facta diximus Valmontonē nunc appellari. Dicit enim liuius pitissime hannibalem qui esset in lauicano agro mouisse algido. quia oppidū illud sicut nunc est tunc etiā algido ꝓximū ac prope contiguū erat. ⁊ peruenisse tusculum. ea scilicet via qua nūc a valmontono marinum syluis petit. ⁊ quia sequit liuius hannibalē quom non esset tusculi moenibus

gallicanum.

receptus: dextrorsū descendisse gabios certissimū nobis facit quod supiore dixim⁹ loco gabios fuisse quod nunc est oppidū gallicanū. Quae aūt fuerit Pupina quā post gabios accesserit ignorarimus. quod plurimas ea regio habet oppidorū villarūq; ruinas a nemine habitatas prisca quarū nomina nullus nouit. Sed iam magno circuitu ab ostiis tiberinis secundum maris inferi litt⁹ ad lirū siue gaurianum. ⁊ inde p marsos ⁊ mediterranea ad anienē facto ad tiberim est reditum. Quo in circuitu omnis regio olim latina siue ut nunc dicitur latium campania ⁊ maritima est conclusa.

Regio quarta Umbria siue ducatus Spoletanus.

Rolixiores fuisse videmur tertia describenda latina regione ꝙ aliarum habenda ratio postulabat. ⁊ tamen multo pauciora ꝙ oportuit certe ꝙ uoluissemus in illa diximus quae plura habeat loca a Liuio Virgilio et a ueruſtissimis scriptoribus frequentata caeteris Italiae regionibus. Sed cum plus iacturae in ea ꝙ in caeterarum aliqua sit factum adeo ut nulla incultior populisq; infrequentior manserit breuitatem nostram ab inueniendi ea quae non extent impossibilitate consolemur. Ad quartamque regionem transeamus eam prisci dixere Umbriam. nostri ducatum appellant spoletanum. Idq; ducatus nomen primo ab exarchis Italiae sedem rauennae tenentibus sicut in historiis ostendimus inditum. eam habuit vim ut a militari consuetudine tractum dignitatem nunc referat quae post regiam est suprema.

Umbria quae ducatus Spoletanus.

Quantis vero olim polluerint viribus vmbri. hinc maxime apparet ꝙ Liuius in nono scribit vmbri se vrbem romam oppugnaturos minati fuerunt. ꝙ latos autem fines haec regio olim habuit hinc maxime constat ꝙ Plinius dicit sextam regionem vmbriam complexam agrumque gallicū circa ariminum. Et eam galliae vmbrorum gentem Italiae antiquissimā existimari: trecentaque eorum oppida a tbuscis quando etruriam ceperunt debellata fuisse. Sabinos etiam videmus fuisse in vmbris comprehensos. et vmbriam ad superum vsque nunc badriaticū mare pertinuisse hinc constat: ꝙ Trogus et magis aperte Plinius dicunt interisse in vmbris Spinam vrbem delphicis opibus a Diomede aedificatam quae ostio padi sibi proximo dedit Spineticum nomen et rauennam cui proxima fuerit Spina: cuiusque ruinis ea sit aedificata Sabinorum oppidum fuisse Valeri⁹ Martialis cocus poeta sic docet. Mollis et aequorea quae creuit spina rauēna. Nos itaq; quom vmbriae fines lati nimis fuerint. Sui⁹ nostrae regionis quam consuetudinis inueteratae necessitas ducatum spoletanum appellare coegit fines constituemus. Appeninum a tyberis fonte superius in etruria indicato vsque ad anienis fluuii etiam apud vrbem notissimi sinistram ripam. ⁊ Tyberim quousque eum anio illabitur. Prima ex appenino ad sinistram tyberis partem descendentibus obuia sunt oppida praetolinum ⁊ mons Bolius. exinde vnico a tyberi miliario abest oppidum sancti sepulchri burgus appellatum moenibus arcibusque quatuor munitissimum. quas Guido de petramala episcopus ⁊ dominus aretinus superiori saeculo extruxit. Nullum vetustatis signum eo in loco esse inspexerimus. et tamen. C. plinii nepotis epistolam legentes in qua villam suam ad radices appenini et prope tyberim amnem describit theatralem sicut ipse dicit montium in circuitu positorum aspectum hoc in loco esse deprehendimus ut in eius villae ruinis prima dicti oppidi fundamēta fuisse iacta credamus. Ornatur autem nunc id oppidum malatesta cataneo iurisconsultissimo quem non magis camertinorum cui praeest ecclesia: ꝙ vitae integritas sanctimoniaque conspicuum reddunt. Infra Tyberim

Galumbri

fines vmbriae

est Tiferni ciuitas castelli dicta quae nunc ciue ornatur praestantissimo Nicolao vitellio equestris ordinis quem studia humanitatis & mores ingenii apud quartum Eugenium pontificem praestantissimum imbibiti clarum reddunt. Ab eaque vrbe plinius maior in naturali historia dicit Tyberim ratibus romam vsque nauigabilem fuisse. Incipit eo in loco Tyberis q3 longe ab appenino recedere: ut quanto magis vrbi romae appropinquamus eo magis nostrae regionis distãtia amnem ipsum montemq3 intercedat distatque a Tiferno viginti milia passus Eugubium ciuitas ad appenini radices sita. quae vetusta romanae ecclesiae iuris a Federico gubernatur comite montis feretri: quem rei militari cum gloria deditus litterae et prudentia plurimum ornant. Supra Eugubium castella sunt Branchia. deinde Schigia. quo tramite facillimus est per viam olim flaminiam appenini in Romandiolam transitus. Et a Schigia secundum appenini latera hanc ingredienti prouintiam obuium fit Costaciarius eugubini agri oppidum. deinceps est sigillum perusinorum. inter quae duo oppida fluuius oritur Chiasius. qui inter eugubinos assisinatesq3 montes delapsus fertur sub Channaria oppido in proximum amnem tinum. siue ut nunc dicitur Topitium. Post sigillum est Fossatum arduo in appenini colle castellum. Et quarto inde miliario abest Vallidum cui Gaulduς dicunt. quod oppidum in ciuitatis a longobardis subiecto in campo exciſae locum fuit aedificatum. paruusq3 torrens a Vallido breui cursu labit in Chiesium. per cuius amnis aluеum venientibus Ancona Piceniq3 regione per fossatum Vallidumq3 qui ex fabriano traiecerũt appenini iter est Perusiam. Et medio itinere Casa castalda oppidum arduo in colle chiasio imminet. deinceps in Planellum vicum campis adiacentem via continuatur quousq3 ad Matullorum siue vallis Lippi siue sancti Joannis vicum pontibus Tyberis transmittitur. Post vallidum recedere ab appenino oppida incipiunt. primaq3 est Nuceria ciuitas cognomine alphaterna vetusti nominis. de qua Liuius cos. profectus ad Nuceriam Alphateniam oppugnando ad deditionem subegit. estq3 ad tenium amnem nunc Topinum posita. secundum cuius aluеum ingentes cernũtur moles sternẽda via olim flaminia iactae. Iturq3 illac duodecimo miliario Fulgineũ per quam is amnis defluit ciuitatem quae suffecta fuit foro flaminii uetustae ubi a longobardis propinquo in loco ad annum nũc septingentesimũ funditus exciſae. Fuisse tamen legimus vetustis temporibus alios in vrbis fulginates ab hoc loco remotissimos q3 apud Tuderdinos habitasse videntur: cosq3 crediderim ad hanc inhabitandam vrbem nouam populariter commigrasse. Ornata uero fuit Fulginei ciuitas patrum nostrorum memoria Gentili medico sui saeculi celeberrimo. Est apud fulginatium planicies totius vmbriae amplissima pariter & amoenissima. in qua sunt quinto ad fulginei dexteram a miliario pellium ut appellat Plinius. & ut nũc dicitur Spelium vetusti nominis oppidum. Deinde pari pene spatio assisia arduo in colle sita ciuitas vetustissima passus tria milia a Classio recedens. seraphicoq3 francisco cuius seruat reliquias ciue et eius templo omnium Italiae aedificii magnificentia celeberrimo ornatissima quam Propertius poeta Asim appellat: innuitq3 construendo eius vrbis muro consilium attulisse bis uersibus. Scandentisque axis cõsurgit vertice muros
murus ab ingenio notior ille tuo. Tennius siue Topinus amnis quoz ad Lannariam oppidum Chiesio iunctus est suum amittit nomen. et deinceps Chiesius appellat? Bettonio oppido a libertate diu seruata insigni ad sinistram relicto apud Torsanum oppidum labitur in tiberim. nec vllo tiberis praeter narem anienemque maiore augetur fluuio. Ad alteram vero Chiasii partem multa sunt perusini agri oppida quorum Fracta tiberi est contigua. & interius est montonum Bracteo rei bellicae praestãtissimo duce illustratum. a quo bractianorum sectam factionẽque habuim?. In qua magnae per aetatem nostram celebritatis fuerunt Nicolaus piccininus. & postea franciscus filius. fuitq3 pariter Nicolaus braccio ex Stella sorore nepos. Supersunt etiam Carolus braccii & Jacobus Nicolai piccinini filii: quorum ille aliquas: hic magnas in venetorum exercitu copias ducunt: maximo exinde pressi onere q3 paternae virtutis et potentiae eorum vterque exemplar ad imitationem propositum habeat. Supra fulginẽ ad sinistram arduo in colle: qui tamen longe appenino abest Trium est. cuius oppidi et situs & nomen faciunt. ut credam hunc esse locum de quo scribit Seruius in expositione Virgilii super uerbo oliuisse raeque mitustae. Dicit enim haec Treuia postea dicta est quã modo trebulam dicunt. de qua Martialis cocus poeta. Humida qua gelidas submittit trebula valles: Et viridis cancri mensibus alget ager. Et quidẽ hoc Trimium est nunc valde oliuiferum. et in sabinorum vetustis finibus situm. sicut mitustas fuisse scribit Virgilius. e regione autem triuii amoeno in colle falcum est oppidum. haud quanquã vetusti nominis. sed populo frequentatum. Ad collisque illius radices in via olim flaminia est meuania. de qua Liuius in nono. Decimus cos. magnis itineribus ad meuaniam ubi tum copiae vmbrorum erant perrexit. fuitque id oppidum ciue ornatum propertio aurelio nauta qui de se ipso scribit ad Tullum libro primo monobiblos uel ut Nonio marcello placet libro elegiarum. proxima supposito contingeris vmbria campo me genuit tetris fertilis vberibus. Idemque in elegiarum quarto. Vmbria te notis antiqua penatibus edit: mentior: an patriae tangitur ora tuae: qua nebulosa cauo irrorat meuania campo. et lacus aestiuis intepet vmber aquis. Scandentisq3 axis. et caetera. postquã vero propertii testimonium de scipso attulimus: alium vmbriae poetam dare volumus ignotae nobis sicut et ipsi proprio fuit patriae. nam in eodem elegiarum quarto sic dicit. vt nostris tumefacta superbiat vmbria libris. vmbria romani patria Callimachi. et Lucanus in primo. est qũi tauriferis qua se meuania campis. explicat audaces ruere in certamina turmas: planiciei item quam hoc in loco amplissimã esse diximus post Triuiũ imminet Spolitiũ. quã ciuitatẽ Liui? libro vigesimo Coloniam a romanis deductam fuisse scribit. et libro vigesimo secundo Hannibalem dicit post transumeni pugnam recto itinere per vmbriam usque ad Spolitium peruenisse. inde cum perpulato agro vrbem adorsus esset expugnare cum magna caede suorum repulsum coniectantẽ ex vnius coloniae haud prospere tentatae viribus quanta moles romanae vrbis esset in agrum picenum conuertisse exercitum. et libro. xxiiii. Idem

Eugubium.

fossatum oppidum. vallidum.

poutes. nuceria.

Gentilis. Planicies.

Topinus fl.

Bettonium. torsanu m.

fracta.

montonum Braccius.

triuium.

meuania.

Theatrum montana

collis floridus. Lacus.

Clitumnus.

Ceretum.

Liuius prodigia vnius tempestatis enumerans narrat. Spoleti tunc ex muliere virum factum. Eusebius autem dicit Melissum spoletanū grāmaticum insignem Spoleti natum fuisse. Martialisq; poeta vinum laudans spoletinum sic dicit. De spoletinis quae sunt carissa lacunis. Mal ueras q̄ si musta falerna bibas. Et nos historiarum duodecimo ostēdim⁹ Theodericum regem primum gothorum spoleti amplissimas aedificasse aedes. ⁊ alios qui successerunt gothos destruxisse Spoletum moenibus euersis. quam Narses eunuchus refici curauit. Ea ciuitas ubi stante romanae ecclesiae felicitate theatrum fuit. arcem habet omnium Italiae munitissimam ⁊ quae aedificiorum pulchritudine nuperrime ornatissima est reddita. Nuceriae ciuitati ⁊ praeterlabenti tennio siue topino amni ac Fulgineo treuio ⁊ spolitio adiacent atq; imminent colles montesq; altissimi. pluribus tamen vallibus torrentibusq; inter se diuisi: ut ab amplissima quā descripsimus planicie spoletana valle appellata ad appeninum magna sit distantia. castellis. oppidis. ciuitatibus vicis ⁊ villis etiam vetusti nominis habitata: quae altera pene regio sed montosissima possit appellari. Primum bis in montibus supra fulgineum est caput aquae castellum a scaturiente ibi celeberrimo fonte dictum qui fons amnem efficit breui cursu tenuium adaugentē. Supra est collis Floridus ite castellū lacui adiacēs parum amplo. et castelli ipsius nomine appellato. quem paruulus riuul⁹ prope fulgineum exonerat in Topinum. imminentq; vndiq; lacui montes altissimi in quibus sanctae notariae notius est oppidum camertinis subiectū Et per collem floridum itur ad arctissima appenini claustra per quae Serauallis appellata Camerinum petitur ciuitas vetustissima in piceno a nobis post hac describenda. quanquā Seraullis prima domus tectum habet: cuius anterior pars in vmbros: in picentes posterior aquam pluuiaq; dimittit. Subest colli in quo Triuium esse diximus plucidus fons tantaq; subito euomens aquam ut intra stadii vnius cursum efficiat fluuium: qui infra fulginium labitur in topinū. Est vero is amnis clitumnus. de quo Virgilius in georgicis. Hinc albi clitumne greges ⁊ maxima tauri victima saepe tuo perfusi flumine sacro romanos ad templa deum duxere triūphos. Quod vero Virgili⁹ supradictis in versibus innuit Plinius diffuse scribit eam oram taurros gignere omnium Italiae maximos in quis plurimi sint albi. vnde Lucanus supra ostendit Mevaniam secus quam clitumnus labitur in topinum esse in campis tauriferis. ⁊ Propertius item post superius ab eo scripta de mevania addit. ⁊ pecus ⁊ niueos abluit vnda boues. Triuium inter ⁊ Spoletium multa sunt spoletinorum castella quousq; montes arduos penetrantes ceretum ⁊ subiectum illi ponte oppida inueniunt. quorum primum infamis quaestus populo frequentatur q̄ omnem pene europam illi peragrantes diuersis ad fallendos homines suae miseriae suiq; religiosi alicuius instituti praetensis coloribus stipē mēdicando petunt. ⁊ diuitias inde multas accumulant. ⁊ eo ⁊ isq; gentis illi⁹ cessit infamia. ut quemadmodum a gnatone adulatores gnatonici: sic ab hac gente importuni inuerecundiq; petitores cretani ubiq; per Italiā vocitentur. quae ignominia per italos pene omnes ne europam ⁊ alios ducatus spoletani incolas per Italiā inquinet publico ro. pon. edicto inhibitū

Fo Lxxxv

est ceretanis ne vltra mensem iniussu praetoꝛ domo absint. Pontani vero licet a cereto originem ducant aliquot viros per aetatem nostram doctissimos habuerunt. inter quos Ludouicus iureconsultoꝛ consultissim⁹ fuit. ⁊ ex eadem cognatione ac pfessione paulus romae consistorialis aduocatus celebꝛ habetur. Magnae etiā indolis praedicrae succrescit pontanae genti adolescens Iouinus qui iambico versu ⁊ scribendis elegiis assiduo deditus studio propertii ⁊ Callimachi contribulū aut vicini Ouidii aut quem magis imitatur Catulli veronensis laudibus respōsurus videtur pontē oppidum a ponte dictum narem ibi ꝑpe fluuium iungente. praetergressi ad sextum millarium inueniunt Cassiam noui nominis oppidū. sed populo frequens ac libertate cōspicuū quod fluuius attingit Corus⁹ apud altissimum regionis montē qui et ipse cornus appellat oriundus. ⁊ in narem fluuium apud Tripontium castellū defluens. cuius castelli⁹ iurisdictionis possessionisq; causa nursini spoletiniq; crudelissima inter se ꝑmis tēporibus praelia commiserunt. in quibus capti superatique concertatoris sanguini ⁊ vitae null⁹ pepercit. Septimo a Cassio miliario arduos inter montes vallibus tamen cū amplis: tū etiā amoenis distinctos esse Nursia vrbs vetusta quam Liuius libro. xxx. dicit dedisse milites publio Scipioni armanda classe quam in aphricam duxit. paruusque illius moenia attingens torrentulus medio inter cassiam ⁊ narem tractu illabitur coruū amnem. Vetustum vero a scriptoribus celebratum est nursiae nomen. quod quidem oppidum libertate: sed imprimis beato Benedicto monachoꝛuꝫ patre alumno clarissimum priorem tempore Benedicto summum genuit virum Quintum Sertorium nulli romanorum ducum virtute secundū. Seruius grammaticus in virgilii exposition ubi verba sunt quos frigida misit nursia: sic dicit. Ciuitas frigida re vera aut certe venenosa nocēs. nam vbique in contionibus suis Gracchi nursinos sceleratos appellauerunt. Seruius vero videt sirum eius oppidi ignorasse. nanq; poeta excellentissimus qui omnia ⁊ imprimis historiam ac Italiae regiones peritius nouit q̄ Seruius: frigidam dixit nursiam. non quia sceleratos cum sceleratis gracchis nursinos indicauerit esse. sed quia altissimis frigidissimisq; nursia montibus cingeret. quod enim ipse docet effectus nursia gignit viros quoꝛ qui inferioris vident esse conditionis non magis perite et industrie aratꝛ et ligones siue fibulam ⁊ forfices q̄ rei p. ad quem sedent clauū tractare nouerunt. ⁊ dignioꝛ in ciuium coetu multos vidimus: plures audiuimus litteris ornatissimos qualem habet aetas nostra Benedictuꝫ reguardatum qui originem sicut ⁊ nomen referens in beati Benedicti ꝑgeniem vir est: non magis philosophiae ⁊ physicae quibus claret artibus q̄ prudentia et consilio excellens. nursinum multas gignere rapas Martialis sic indicat. nursinas poteris partius esse rapas. Est supra Cassiam decimo miliario Conissa noui nominis oppidum sed populo ut inde montosissimis frequentissimum. Et haec quidem in ea mōrium parte quae spoletium e regione respicit citra narem nissium est vetusti nominis oppidum viginti passuum milib⁹ a Cereto. ⁊ sub ipsis pene appenini iugis remotū vissii moenia ablait nar fluuius. de quo virgil⁹. Sulphurea nar alb⁹ aqua ortum suū superioꝛi in appenini iugo habens. Est amnis ipsi⁹ origo ea rōne

pontani

Lotuus. Tripontiꝰ

S. Benedict⁹

Q. Sertoriꝰ

Rapae.

memorabilis q̄ sicut a maioribus tradi videmus ⁊ vis ipsa verbi significat: fons geminus fluuium inchoans ex duobus manantibus orificiis nariis animalis cuiusplam speciem in saxosi montis capite imitantibus. Ad hāc naris ripam descendentes quom Ceretum Pontumq; oppida praetergressi sint Schizinum inueniunt oppidum ser a Spoleto milibus semotum ubi Subliceus pons Narem iungens iter spoleto ad montem Leonem oppidum Cassiamq; ⁊ Leoncellam ac ad castella circiter octo monasterii ferentili praebet. Et inferius narem pariter iungit pons lapideus ad oppidum baronem. infra quod oppidum fluuius Nar velini amnis lacusq; casu mirabili adaugetur. Is amnis Velinus in appenino binos habet fontes. primum remotiusque apud oppidum ciuitatem regalem appellatum ⁊ alterum apud Interdocbum oppidum. delapsusq; ad ciuitatem reatinā velinus intersecat pene mediam. de qua Liuius libro. xxxi. aduentū Hannibalis ad vrbem Romam describens Celium dicit scriptorē iter ab reate ⁊ cupiliis orditi. Ea ciuitas sicut recte opinari videor Vespasianū genuit ⁊ Titum ac Domitianum filios imperatores romanos. quandoquidem vicus phenne a quo ipsi duxere originem: non solum in reatino agro sed reati propinquum est. Dicit tamen Suetonius a quo haec sumpsimus phenne vicum modicum in samnio esse: sicut iure optimo reatina ciuitas est ponenda: quae Thomam nunc habet mirorum eloquentia ⁊ singulari memoria praeditū. Progressus paruo ab reate spacio velinus amnis et multis riuulis ⁊ fontibus quor vnum neptunini appellatū dicit Plinius alio atq; alio erorsi velinum facit lacum nūc a pede luci ppinquo oppido vocitatū. Prius vero q̄ in lacum tot colligantur aquae paludes efficiunt: in quibus tantummodo scripsit in admirandis Cicero vngulas iumentorum indurari. In eo aūt lacu Italiae vmbilicū esse. M. Varronem scripsisse refert Plinius. Decidit aūt eo ex lacu in narem idem fluui⁹ altq; rupe in quo exitu saxū crescere dicit Plini⁹. Sonitumq; facit is fluuii in narem amnem casus quae decimo exauditur miliario: quom tamen eundē ob casum fum⁹ ascendat ppetuus aerem in sublime obnubilans ⁊ spumas quom in fundū cadit aqua scintillas exilere facit: quae apud interamnia sexto distantem miliario conspiciuntur. Virgilius in septimo. Est locus hesperiae medio sub montibus altis: Nobilis ⁊ fama multis memorat⁹ in oris. Ansancti valles: densis hunc frondibus atrum. vrget vtrūq; lat⁹ nemoris medioq; fragosis. Bat sonitum saxis ⁊ toto vertice torrens. Hic specus horrendum: ⁊ saeui spiracula ditis Monstrantur: ruptoq; ingens acheronte vorago: Pestiferas aperit fauces. ⁊ caetera. Seruius sic exponit. Hunc medium cosmographi dicunt. Est autem in latere campaniae ⁊ appuliae iuxta Venusium ubi hirpini sunt ⁊ habet aquas sulphureas. ideo grauiores quia ambit syluis. ideo ibi dicit aditus infernor q̄ grauis odor iuxta accedentes necat adeo ut victimae circa hunc locū non immolent sed odore perirent. ad aquā applicatae hoc erat genus litatiōis. Scindū est tamen varronem enumerare quot loca in Italia sūt eiusmodi. vnde Donatus dicit Lucaniae esse qui describit locus a poeta fluuium qui color vocat quod adeo non procedit. quia cum Italiae medio sub montibus altis hoc nisi ad totam Italiam referas non procedit. ⁊ si non est in valle

Baro oppidū.

ciuitas regalis. interdocbum. reate.

vmbilic⁹ italiae

Italiae montosa. Nam in boc loco montes penitus non sunt. Seruius autem cuius sunt praedicta verba non minus a me q̄ Donatus abeo reprehendi potest. quia iuxta venusium non est Italiae medium. Sed in boc lacu velino sicut a Marco varrone habetur. Et licet venusii locus nobilis sit et habeat circa valles scās scilicet fertiles. tamen nō habet mirabilē fertilitatem: quam hic babuit velinus quando a principio fuit exsiccatus. Nam ipse idem Seruius verba virgilii alio in loco exponens Rosea rura velini dicit lacus iuxta agrum qui Rosulanus vocatur. varro tamen dicit lacum hunc a quodam cōsule in nare fluuio deriuatum. post quod tanta est consecuta fertilitas: ut perticae longitudinem altitudo superaret herbarum: qtin etiam per diem quantum demptum esset tantum per noctes crescebat. vide plinius libro octauo. Caesar vopiscus quoz causam apud censores ageret: campos Rosae dicit Italiae fumen esse. in quibus pertices pridie defectum gramen operiret. Dicitur ergo notanter virgilium significasse banc soli fertilitatem per verbum Ansancti. quod ipse Seruius exponit omni ex parte sancti. et quom caetera congruant medium Italiae altitudo montium casus fluuii et lacus qui speciem praeferat spiraculozum saeui ditis: esse hunc velini casum in narem locum Italiae medio a virgilio descriptum ostendunt. Inter amina est prima in ordine superiore. post Spoletum ciuitas vetusta. quam Liuius libro vigesimoseptimo dicit vtiam fuisse ex colonis romanis duo de viginti. quae difficillimis p Hannibalis praesentiam romani populi rebus militiam et collationem tributoriim detractauerunt. Cuius prata dicit plinius quater in anno irrigua secari et non irrigua ter. quod naris illam circūeuntis vicinitas efficere videtur. Ornatur ea ciuitas Joanne Bacincollo camerae apostolicae auditore legum ac bonarum artium studiis decorato. prius vero q̄s ad naris fluenta vlterius prosequamur: omissa secundum Tyberim repetamus. postquam amnis chiesiūs in Tyberim est delapsus primum ad iacet haud procul Tyberi oppidum dirura populo frequentatum. Deinceps Ameria ciuitas vetustissima. nam Marcus Cicero sicut refert Plinius eam ante persi bellum annis nongentis septuagintaquattuor condidam prodidit. virgilius in buccolicis. Amerina retinacula. ⁊ Seruius exponit. virgas quibus vites ligantur quae virgae abundant circa ameriam fuitq; hic roscio olim ornata clue quem Marcus Cicero patricidii accusatum contra Syllae dominantis potentiam defendit. patrem enim roscii hominem locupletem et bonum: sed magis q̄s par esset erga filium in claementem clam occiderunt quidam. filiusque per occasionem discordiarum quasi paternae caedis auctor ab bisdem interfectoribus accusabatur praeda ad Crisoganum quendam Lucii Syllae satellitē redibat. nemine itaq; ob Syllae metum audente defensionem suscipere innocentem bonumque adolescentem defendit Cicero qui in Syllano exercitu militauerat. Fuitq; postea Roscius tātae in bistrionia excellentiae ut Cicero ⁊ caeteri florentissimae illius aetatis viri recitantem sedulo audirent qui adeo doctus fuit: ut librum scripserit in quo bistrioniam eloquentiae comparavit. Interius est Tudertum ciuitas vetusta. siue ut plinius appellat tuder

interamina.

Virtus
Ameria

Fo Lxxxvi.

tertio Martino pon. ro. ciue ornata: cui multa subsunt oppida et castella tyberis ripas ⁊ colles montesque adiacentes complentia sed minime digna. quae describendo singulariter prosequamur. Proxime uero illis atq; etiam interamine nisi medius interesset nar est sanctus Geminus praestās in regione oppidum. Abest interamnia sexto miliario a Narnia arduo in colle sita a profluenti nare dicta quam Liuius ⁊ Plinius Nequinam fuisse dictam affirmant vna coloniarum: quae hannibale Italiam premente militiam ⁊ collatione tributoꝝ detractauerunt. in cuius agro dicit Plini⁹ scripsisse in admirandis Ciceronem terram esse ex qua siccitate lutum fiat imbre puluis. de qua Martialis sic dicit. Narnia sulphureo quam gurgite candidus amnis: circuit ancipiti vix adeunda iugo. Quae pontē habuit superbissimi operis nunc dirutum. de quo martialis. Sed iam parce mihi nec abutere Narnia quinto: perpetuo liceat sic tibi ponte frui. Ea ciuitas vetustissima ciuili diuisione alias per aetatē nostram sed magis magisq; prīmo tempore lacerata: horrendas suoꝝ mortes vidit quae Gattamelatā genuit clarissimum belli ductorem. ⁊ nunc Berardū habet Spoletanum episcopum ciuilis ⁊ pontificii iuris excellentia celeberrimum. septimo inde abest miliario in via item flaminia Ocriculum vetusti nominis oppidum. vltra quod sabinae fines tyberim attingunt. Liuius in nono. Ocriculani sponsione in amicitiam accepti. et in. xxii. dicit Fabium dictatorem via flaminia profectum obuiam consuli exercituiq; quom ad Tyberim circa ocriculum conspexisset agmen viatorem misisse qui nuntiaret ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. Igitur a velino lacu repentes omnē ex veteri vmbria nobis reliquam regionem ea quae ipsum velinum et reatinam vrbem: tyberim amnem flumina ad lacum marsorum interiacent explicemus. Maximus autem is est montium et campozum globus. et quem nec incolae satis norunt: in quo multa fuerunt prisci vocabuli loca quae praesentibus conferri nequeunt. tum quia interierunt quaedam. tum quia incomprehensibilis mutatio in aliis est facta. Erāt autem olim haec omnia sabinae loca regionis omnium italiae vetustissimae. Nam videmus Virgilium dicere ante inditum nomen italiae oenotros illam coluisse ⁊ oenotriam fuisse cōstat sabinorum tractum. quod docet Seruius in septimo super verbo oenotria tellus. Romanos etiā originem habuisse a sabinis p raptum mulierum constat. Unde est quod dicit Virgilius. in parte est data roma sabinis. ⁊ factum inter Romulū ⁊ Titū Tatiū foedus p quod recepti sunt in vrbē sabini ea lege ut in omnibus essent ciues romani nisi in ferendis suffragiis. Nam magistratus non creabant. Dicimus ergo fuisse in sabinorum montibus qui nunc reate ⁊ inter sabinam praesentis temporis regionem altissimi cernuntur. Terrice horrentis rupes montemq; sicuerum et casperiam ac foculos ciuitates. Fuerunt etiam arcades genus a Palante profectum: qui regem Euandrū comites sunt secuti. ⁊ Imela fluuius. His generatim dictis notiora particulariter explicemus. Primum est Auelini in narem casu sabinos nostri temporis petentibus colles Scipionis oppidum populo frequentatum. Post mons Bonus ⁊ terranū castella fluuiolo ppinqua qui nunc nomine carens Imela fuit. Ex montibus oriundus: quos Virgilius supra docuit casui velini in narem

imminere ⁊ inter ocriculum ac mallianum cadens in tyberim. Ab ipso autem Imele ortu apud pedelucum montes incipiunt: qui sinistra ciuitate reatina perpetuo in meridiem cursu continuati semperq; crescentes. ⁊ quā longe ab appenino recedentes aequicolorum olim nunc Taliacotii montibus proxime adhaerent tyburque ferantur: quos quidem montes si vetustiora quaerimus arcades incoluerunt. et tetricae horrentis rupes monsq; olim seuerus: mons sancti Joānis nunc et mons niger dicunt. Supraq; eos dextrorsum est oppidulum caput farfari dictum q; eo in loco farfarus amnis habet originem: qui fama notissimus Sabinam regionem praesentis temporis mediam diuidit. Imele autem sinistrorsum est propinquum Ullae. nunc oppidum Vacunna appellatum cuius meminit Horati⁹ ad Aristium: Haec tibi dictabam post fanum putre vacunnae. Acronq; exponit vacunnam apud sabinos plurimum cultam. quidam Mineruam. alii Dianam putauerunt. nonnulli venerem. Sed varro rerum diuinarum primo victoriam esse ait q; ea maxime hi gaudent qui sapientiae vacant. Imele vero dextrorsum imminet mallianum ciuili cultu habitatū et primarium hoc tempore regionis Sabinae oppidum. Post arduum montē in quo mallianum est descendentes in Sabinae mediterranea vallem inueniunt ut in montosa regione amplam in qua imele fluuio proxima est sanctae mariae sanctiq; Eutimi ecclesia Sabinae regionis episcopium cui dextrorsum adiacet oppidum turres. p curribus vetustissimis Numae Pōpilii patria appellatum. Beatus enim Gregorius in registro scribit. Bractioso episcopo numētano curam gubernationemq; sancti Eutimi ecclesiae curium in sabinorum territorio constitutae tibi prouidimus committēdā. Nomentum nanq; regioni Sabinae ad hanc vrbi Romae conterminam partem continet. quam vrbem Seneca epistola quinta supra centesimam dicit aerem habere insalubrem. vnde nunc penitus derelicta est. martialis autem cocus poeta quom villam ibi possederit eam saepenumero laudat. Nomentana meum tibi dat vindemia bacchū. si te quintus emat commodiora bibas. Et de rosa tractās sic habet. Seu tu paestanis genita es: seu tyburis aruis: seu rubuit tellus thuscula flore tuo: seu praenestino re villica legit in horto. seu modo campani gloria ruris eris. Pulchrior ut nostro videare corona sabino. De nomentano te putet esse meo. nomentumq; cui ue ornatum fuit praestanti Crescentio qui dignitatem consulare Eugenii tertii ⁊ quintidecimi Joannis pontificum romanoꝝ temporibus omniuz ultimus resumere ac aliquādiu retinere est ausus. habuitque p arce hadriani molem ab ipso postea castr Crescentii appellatam. Supra cures sinistrorsum in montibus sunt castella Stronconū. mons Calius ⁊ sanctus Petrus. inferius ad dexteram Cotanellum. rocha antiqua ⁊ aspa secus quam torrens labit calentinus breui cursu in tyberim cadens cotanellum etiā ⁊ Rocha antiquā supeminent colles arduī. vltra quos buccinianū est oppidum sancti Petri. Inter Calentinum etiam ⁊ mallianum oppidum sunt castella collis vetus. Stemiliana. Furanum. Babinianum. transmisso que calentino castellum est in colle poggiū mirretum. cui torrentulus adiacet riuus solis dictus. videturque is esse quem horatius in primo epistolarum sic describit. me quotiens reficit gelidus digentia riuus. Quem

Tetricae rupes
Aequicola

mons seuer⁹
caput farfari.

Sabinae.
Turres.
nūma pōpilius.

Rosae.

mandela bibit: rugosus frigore pagus quid sentire putas: quid credis amice precari. et Acron exponit: Mandela pagus in Sabinis ubi riuus digentia. supraque eius riui fontem dextrorsum est Montopolis oppidū publicam cuius aream innatum ferrei coloris obdurum sternit saxum. de dit vero Montopolis magnum huius saeculi sabinis ornamentum. Pe trum odum qui grammaticus Romae celeber nasonianam flaccianamq; simul in omni carminum genere facultatem facilitatemq; est nactus. Se quit ad Tyberim farfari amnis ostium: fuitq; is fluuius priscis tempori bus farfar & fabaris appellatus. Nam Seruius dicit fabarim esse fluuiu qui per sabinos transiens et farfarus dicit. vnde Plautus dissipabo te tā quā folia farfari, Ouidius vero. et amoenae farfaris vndae. put certe nūc etiam sunt amoenissimae. longissimo enim tractu postquā farfarus mōtes reliquit per plana labit cultu opacis vndiq; tectus arboribus. qua quidez in amoenissima planiciae monasterium ipsi fluuio dextrorsuz imminet am plissimum farfense appellatum castella ad decem possidens. quorum primū fara dictum colli impositum est monasterio imminenti. Et illi dextrorsuz adiacet oppidum Poggium curtesii a curtesio amne subtus delabente vo catum. quem quidem fluuium alliam physico nomine dictum fuisse constat farfensi etiam monasterio dextrorsum imminet Nerula oppidum nobile. Superius sunt Scandrilia. Tophia. mons sanctae Mariae. fratū. pog gium. Bonadeum. Salixanum. poggium maiani. haec vero vallis quā farfarus efficit tam multis habitatam castellis illa esse videt in qua hora tius villam habuit. Montes enim quos a pedeluco tybur vsq; continua ri ostendimus: hac sola valle interrumpunt. Horatius ad Quintum. Scribet tibi forma loquaciter et situs agri. Continui montes ni dissotiet opaca valle. Sed ut venies dextr; lacus aspiciet sol. leuum descendēs cur ru fugiente vaporet. Temperiem laudes: Quid si rubicunda benigni cor na vepres: et pruna ferant. & quercus & illex multa fruge pec?: multa do minum iuuet vmbra. Scribit etiam Horatius in primo carminum de eo dem sic. Velox amoenum saepe lucoetilem mutat lycaeo faunus et igneā defendit aestatem capellis vsq; meis pluuioſque ventos. Et Acron expo nit lucratilem esse montem in sabinis. ex eaque villa vinum fuit vile. sicut in frigidis locis nasci videmus. quod horatius moecenati misit cūm his versibus. Vile potabis modicis sabinum cantaris graeca quod egoipse te sta conditum levi. Datus in theatro cum tibi plausus. Erat etiam in hu ius villae agro sylua: de qua horatius carminum item primo sic scribit. Nanque sylua lupus in sabina dum meam canto lalegen. & vltra terminū curis vagor expeditus fugit inermē. fuitq; horatio tam grata haec villa ut carminū tertio scribat. cur valle permutē sabina diuitias opositores. & infra eiusdē villae fontē sic laudat. O fons bladusiae splēdidior vitro. Dulci di gne mero non sine floribus cras donaberis haedo. & infra Te flagrās atror hora can iculae nescit tāgere. Tu frigus amabile fessis vomere tauris: prae bes & pecori vago. Fies nobiliū tu quoq; fontiū. De dicente cauis impo sitam ilicē saxis vnde loquaces limphae desiliunt tuae. ut non sit mirādū si horatius ad hanc veniens villā fidem amico fefellit sicut his versibus. Quinq; dies tibi pollicit? me rure futur. Sextilē totū mēdax desideror

montopolis

nerula.

Sandrilia.

Sequuntur ad tyberim fluuii curresti siue alliae ostia ubi sabinae regiōis olim finis erat & crustumii incipiebant quoq; populorum locorumq; appel lationē Plinius scribit sextodecimo a urbe Roma miliario post Sabinos inchoasse. & veientes ab ipsis crustuminis e regione positis ibi fuisse diui sos. vnde mons rotundus vrsinae palumbaria sabellae familiarū vrbis ro mae patritiarum oppida ut in regione opulentissima in crustumeriis annu meranda erunt. Allia uero fluuius est de quo Virgilius. Quosq; secans infaustum interfluit allia nomen. & Seruius exponit. Allia fluuius haud longe ab vrbe est iuxta quem galli Brenno duce. xv. calen. augusti deleto romanorum exercitu postridie deleuerunt vrbem. Quam historiam Liui us in sexto diffuse narrat. vnde dies illa alliensis dicta prae caeteris omni bus nefasta semper est habita. fidenae debinc describendae inter montē ro tundum anienemq; & tyberim fuerunt. de quibus in latina regione & in e truria veios describentes quorum Colonia erāt abunde diximus. Orna ta fuit Sabina regio Landone romano pontifice cuius patriā ignoram?. Postquā ager Sabinus crustumenusque cum fluuio allia mōteq; rotun do post tergum est relictus annio fluuius tertio a roma miliario fertur in tyberim.

Crustumerii.

allia.

Fidenae.

Regio quinta Picenum siue Marchia anconitana.

Ed iam peruentum est ad fines omnes ducatus Spoletini annioque fluuius nos traxerat ad lo ca in Latinorum partibus a Strabone plinioq; enumerata. Quare pedem referentes ad propin quam conterminamque regionem transeamus: quae olim picenum dicta: nunc est Marchia anconitana: quom tamen aliquando prius fue rit appellata Marchia firmana. Nam in gestis

picenum Marchia āconitana.

rebus septimi Gregorii pontificis romani in concilio Lateranensi legim? Robertum Guiscardum quia Marchiam occupasset firmanam fuisse excommunicatum. piceni fines sunt a septentrione Appeninus eum a du catu Spoletano ut ostendimus diuidens. et ab oriente praesertim byema li fluuius olim Isaurus nunc folia dictus. A meridie superum mare. post fluuius Troentus Asculum praeterlabens. Liuius libro vigesimo secun do Hannibalis progressus describens post inflictam ad lacum transume num populo romano cladem dicit eum venisse in agrum picenum non co pia solum omnis generis frugum abundantem sed refertum praeda. Et Plinius scribit picentes quondam vberrimae multitudinis trecenta se xaginta milia in rei publicae deditionem venere a Sabinis orti. Quom vero sotialis belli incentoribus aut primi marsis incentoribus sotii fuissent in eos a romanis crudeliter est saeuituz. Liuius libro vigesimo tertio C. Terentio prōcos. negotium datum ut in piceno agro cōquisitionem mi litum haberet. Et libro vigesimo septimo. Claudii Neronis cos. ad Li uium Salinatorem cos. aduersus hasdrubalē ituri describens iter eū dicit

flexisse in picenum. Martialis cocus poeta attribuit rei triū propriēta
tē piceno his versib⁹ haec quae picenis venit subducta tarpetis: incboat
atq; eadem fuit oliua dapes. Et alibi. picentina ceres niuco sic nectare cre
scit. ut leuis arrepta spongia turget aqua. Item alibi. Filia picene venio
laucanica porcae pultibus binc niueis grata corona datur. Liber vero ab
orientali parte piceni siue marchiae anconitanae descriptionem incipere.
Isaurus amnis folia nunc dictus ex appenino ad cotulum arcem ortum
habens pisauri ciuitatis vetustae moenia attingit ubi portum sed tenuem
raro maioribus nauigiis apertum facit. eam ciuitatem q penes Isaurum
sit nomen nactam a romanis conditam fuisse constat. Liuius etiam libro
xxxix. eam a romanis simul cum mutina et parma coloniam deductaq; scri
bit. Scribit euscbius de temporibus Accium tragoediarum scriptorē na
tum parentibus libertinis pisaurum inter colonos fuisse deductum. ⁊ fun
dum accianum fuisse iuxta pisaurum. credimusque fuisse ubi nunc corru
pte dicitur Farnazanum pisaurum urbem nos a Totila destructam a be
lizario quoque instauratam in historiis ostendim⁹. Quae superiori saeculo prin
cipem nacta est praestantem malatestam pādulfi filium litteris moribusq;
ornatissimum: qui natos tres ⁊ vnicam inter rarissimas clarissimasq; nu
merandam mulierem genuit paulam mantuanorum praesentis temporis
principum genitricem. Primum supra pisaurum ad Isauri siue foliae sini
stram ripam oppidum est mons abbatis: e regione cuius oppidi Idaspis
torrens Isauro iungitur. quod poeta lucanus nouit ubi dicit. et iunctus
idaspis isauro. Suntque multa inter idaspim et isaurum pisaurensia et vr
binatis agrorum oppida. quorum mons fabrorum notius habetur. editis
simo autem inter flumina ipsa monte vrbinum est uetusti nominis ciuitas
cuius inter ueteres primum meminit cornelius Tacitus vitellensi bello
⁊ Plinius dicit vrbinates cognomine metbaurēses. Nosq; in quinto bi
storiarum ostendimus Belisarium quia fons in ciuitate p quaestatus cauma
ta arruerat: ciuitate ipsa per incolarum deditionem fuisse potitum. fuit
ea vrbs diu a montis feretri comitibus p romana ecclesia gubernata pro
ut etiam nunc gubernat idem federicus. cui supra diximus Eugubiū esse
subditum. Habet vero nunc ipsa ciuitas Sarapbinum iuris et bonarum
artium doctrina ornatissimum consistorialem in romana curia aduocatū.
supra Pisaurum ad sinistrum oppida sunt cplura sed notiora mons Ba
rocius. et Nuuolaria. inter quae torrens labitur Argilla nomen a Limo
quem altum et tenacem habet nacta fani fortunae moenia attingens quae
maritima ciuitas ⁊ ipsa romanos habuit conditores. a Totilaque sicut
Pisaurum destructa fuit et a Belisauro instaurata. Absunt tertio a fa
no fortunae miliario Metbauri fluuius ostia. Ad dexteram cuius partes
intus est forum Sempronii ciuitas vetusta viae imminens flammineae:
quam federicus idem feretranus pro romana ecclesia nunc gubernat.
Est uero is Metbaurus amnis velox a Lucano appellatus: clade
Hasdrubalis per Liūii Salinatoris Claudiique Neronis cos. romano
rum victoriam libro Liuii vigesimoseptimo copiose narratam. clar⁹ quē
ad sinistram tertio supra forum Sempronii miliario fluuius illabitur
Candianus sinistra in cui⁹ ripa viae flamineae quā Augustus octauian⁹

Isaurus qui so
lia flu.
Cotulum.
pisaurum.

vrbinum.

mons baroci⁹.
Nuuolaria.
argilla fluuius.
fanum.

ab vrbe roma arminum vsq; strauit pars uisitur mirabili ⁊ sumptuosissimo
opere facta. q durissimi sasi mons quingentis excisus in longitudinem pas
suū iter praebuit curribus. ⁊ ne subiectus amnis rapidum currens viae corro
deret fundamenta. murus ab aquis in summam viam quadrato lapide pū
ribus locis in sublime excitatus ullam sustentat. Sed maiori opa impensaq;
saxum siliceam habens duricien ducentis ut teneo passibus longitudine et
octo altitudine perforatum: curribus item factum est perūtum cui a forma
actuq; fozulo est appellatio: docetque titulus litteris cubitalibus in fronte
excisus. T. Vespasianum ⁊ non Octauianum Augustum qui viam straue
rat flaminiam: id fozuli opus fieri curasse. Is Candianus torrente auctus
vno ad dexteram habet Aqualeneam vicum tabernis hospitatoriis frequen
tatum. Et paulo supra habet montem falconem. supra vero ad sinistrā cal
lis ciuitatis moenia abluit Candianus. ⁊ superius est Candianum oppidū
ab eo fluuio appellatum. quod tamen ex Luceolis oppidi vetusti ppinquo
loco quaest via flaminia Eugubium est iter a lōgobardis excisi ruinis aedi
ficatum fuisse non dubito. Estque Luceolis locus ad quem libro historiar
septimo ostendimus Narsetem eunuchum castra habuisse quādo mox To
tilae sibi fuit nuntiata Et libro nono diximus Eleuterium Italiae exarchū
ab Eraclio imperatore constitutum. quia vsus perfidia ad imperium aspira
ret ab exercitu Raueunate apud Luceolim interfectum. Supra fozū Sem
pronii plus minus octauo passuum miliario metbaurus amnis Firmiani
moenia abluit oppidi vrbinatium. iuxta quod mons est basdrubalis nomē
babens q eum ducem ibi superatum fuisse et constans in regione fama est.
⁊ nos Liuii patauini libris attente lectis certissima deprehendimus conie
ctura. Interius vero ad metbauri superiora progredientes planiciem inue
niunt speciosissimam. in qua primum est oppidum a metbauro pene in insu
lam circundatum. quod guillelmus Durandi carnotensis decanus ponti
ficii iuris consultissimus speculi eius doctrinae libri auctor. cum Martini
quarti pontificis romani nuntius et Romandiolae thesaurarius esset a
fundamentis aedificauit. et a suo nomine castrum Durantis appellauit.
Quinto inde miliario abest sancti Angeli in vado oppidum mercatoribus
frequentatum. Et proxime appenino mercatellum. superiusque Imola ca
stellum ad appenini tramitem positum qua in etruriam a Romandiola dif
ficili ascensu itur. Eam vero regionem a Federico feretano possessam quae
massa trabaria appellatur: romanam ecclesiam cuius iurium est sic vocasse
constat. quia ex ipsis appenini iugis immensae magnitudinis abigenae tra
bes Romam in aediū basilicarum que structuram portari consueuerint.
prout etiam nunc portātur. vnde videtur bac ratione Plinium non absur
de scripsisse quod supra rettulimus Tyberim amnem a Liserno binc appe
nino appropinquante fuisse Romam ratibus nauigabilem prout certe nūc
est quando imbribus adeo intumuit ut clausurae eius cogendis ad molen
dina aquis ubique in alueo iactae omnino prohibere nequeant. Sunt etiaz
in montibus qui metbauru m inter et Isaurum ac appeninum massae immi
nent Trabariae Carola oppidum. ⁊ minora aliquot castella raspagatta mi
raldella. forbedulum. sanctus martinus Brasticaria. Belforte Campus.
turris fossati. paganicum. Perlum. potentis olim vbaldinorum dominii

Fozulum.

Aqualanea
mons falco
Callium
Candianum
eugubium.
Luceolis.

castrū durantis

Vbaldini. reliquiae quas Octauianus possidet vbaldinus patre genitus Bernardino cuius adolescentis egregie docti humanitatis modestia grauitate condiunt prudentiaq; senili ut alteq; in ipso expectemus Joannem accionis proauum qui patq; nostrorum memoria viroq; sui saeculi arma tractantium facile princeps. & tamen prudentissimus grauissimusque est habitus. Post metbaur fluuium in badriatici littore sequitur Cesanus torrens. ad cuius sinistrā intus est Mondolfum. & inde Mondauium. & supra sanctus laurentius oppidum Vgone ornatum domino familiae montis veteli qui vita et moribq; dignitatem magis decorat abbatialem q̄ ab ea decus accipiant. Et interius ad Cesani fontem pergula oppidum quod nuper habuit angelū reibellicae gloria clarum. Misa fluuius post torrentem cesanum primus mare illabit ad Senae nunc Senogalliae moenia vrbis vetustissimae a gallis quondam senonibus habitatae: qui vrbe capta. diremta. incensa ac auro redempta: postmodum a romanis duce camillo ad internitionem fuerunt caesi. & nunc solo aequata in cuius superboq; olim moenium partis ambitu arces sūt prenues duce a Sigismundo malatesta cū fano fortunae ac arimino pro roma na ecclesia gubernat. Sūt vero multa interius circa Misam amnem oppida & castella quorum notiora mons Boddii. corinaltum & Rocha. cuius nomen saepe in aetatis nostrae historiis inuenitur. Et paulo superius augete missa sentino amne ad sarsiferati moenia delabente. cuius oppidi nomē saepe personā virum volitare facit Bartolus iureconsultorum superioris saeculi excellentissimus. Habet vero nunc id oppidum alexādrum theologia ac philosophia & Nicolaū perottū eloquentia ornatissimos. Sentinus aminis vetustum retinet nomen. secus quē secundo supra sarsumferratū studio Sentina vrbs fuit vetusta. in cuius agro liuius libro decimo praeliū scribit praeclarū fuisse gestū. in quo fabio maximo decio cos. ab vmbris. etruscis. gallis. & samnitibus cum romanis pugnatū est. & Decius filius genitoris Decii exemplo deuotus hostiū telis obrutus interiit. romaniq; victoria potiti peditu; quadraginta milia trecentos triginta equitū sex milia de hostibus interfecerunt Samnitiumq; agmen cum fuga plapsi per agrum pelignum fugerent circūuentum a peligni est. ex militibus quinq; ad mille caesi. estque id praeliū in quo quom structae acies vndiq; starent. cerua fugiēs lupū e montibus ex acta per campum inter duas acies discurrit. inde diuisae ferae cerua ad gallos. lupus ad romanos cursum deflexit. lupo data est inter ordines via. cerua galli conflixere. Tum ex antesignariis romanus miles illac fuga iniquit. Hinc victor Martius Lupus integer & intactus gentis nos Martiae & conditoris nostri admonuit. ex sententiae vrbis a Longobardis destructae ruinis saxumferratum. et pariter sexto ab inde miliario fabrianum oppida fuerunt a principio inchoata. Ortum vero habet Sentinus in appenino ad tramitem vnde fossatum vmbriae oppidum est accessus. post senogalliam pma inueniunt in littore fluminis Esini ostia ad quae arx est munitissima anconitanorū praesidio custodita. Intus ad eūdem fluuium sui nominis est ciuitas Esis et ipsa uetus & interius ac sub primis appenini collibus frequens opificibus fabrianum. quod nobilissimū totius piceni siue marchiae oppidum Sentinae urbis vetustae ibi ad sex mille passus vicinae excidio aedificatum per aetatem nostram gentilem habuit pictorum sui saeculi

Misa fl.
pergula.
Sena.
Senogallia

Sentinus fl.

celeberrimum In eoq; familia nobilis clauelensium viri simul pueri & Matteo inquibus Baptista litteris ornabatur ciuium conspiratione dum sacris in basilica interessent ad internitionem sunt caesi fortunatum uero est praesenti anno sicut & proximo fuit fabrianū romanae curiae eo ducte pasentia unde multas diuitias maxima cum dignitate accumulat tulitque ipsius oppidi soze ut adulterini pontificis reliquiae pestiferi dogmatis in eo fuerūt punitae quod qdē memorabile facinus nō ab re censuimus referendū. Quom Joānes. xxii. pōt. ro. ludouici bauari adulterini iperatoris importunitatiac insolentiae cōstanter resisteret veniens roma ipse bauarus quendam petrum coluri de corbario rearinae dioceſis minorum ordinis in antipapam profanari curauit qui miser factae de se electioni quom esset assensus anticardinales creauit & complicibus in vesania ipie sateque sua coactis pro viribus est conatus scindere dei ecclesiae unitatē & tū iteri Joanna mathei filia de corbatio repetiit in iudicio eundem maritum suum qui secum annis quinque paiusq; ad fratres minores inbabilis confugisset matrimonialiter fuerat copulatus fuitq; per episcopū serato iuris ordine in petrum sententia redintegrandi matrimonii promulgata Sed quom petrus ipse in idolum propbanatus a bonifacio comite pisano captus & ad romanum pont. Auinionem perductus esset diem in carceris pedore obiit. Nec tamen semper postea defuerūt illius vesaniae sectatores fraticelli de opinione vulgariter appellati asserentes nec ioannem. xxii. nec quēpiam illius successorem iure & ordine creatū esse pōtificem quod malum adeo diffusum est ut in multis magnisque italiae ciuitatibus atque per oram graeciae praesertim in athenarum urbis reliqis multi hactenus sint inuenti romanis pontificibus eam ob sanctitatem animis & conuenticulis clam initis adseuerantes. Quanq; magis luxus de libidinis sequi oblectamenta videntur quā iuris pontificii quaerere fūdamēta. Nam praeter stupra & adulteria quae passim unusquisque abditis in locis & ad hoc occulte paratis committunt aliud publicis eorum ceremoniis tale fit scelus uocatae & de industria seductae speciosiores q̄quae uel uiduae uel uirgines uel matronae quom in antra noctu conuenerunt sacerdotes & clerici eius sectae eodem in antro clausi diuinas quidem laudes ad fidem a simplicibus comparandam ex ritu christiano legunt cantitant immurmurant quibus nocte ut aiunt media finitis sacerdos eorum maior alta admonet uoce binos debere masculum & foeminam sancto spiritu inuocato in complexū carnalemque copulam cōmisceri ide luminibq; illico extinctis quemque uirum proximam aut manu captam aut etiam de industria obseruatam mulierem sibi prosternere. si uero ex huiusmodi coitu conceperit mulier infans genitus ad conuenticulum illud in spelūcam delatus per singulorum manus traditur rādiu totiensque baiulandq; quoulque animam exhalauerit. Isque in cuius manibus infans expirauit maximus pontifex diuino ut aiunt spiritu creatus habetur et quom alter item ex rā multis uitiatis mulieribus offertur foetus eum sacerdotes collegialiter congregati prunis assant collectumque inde puluerem in uascula mittentes unum superfundunt quo nouitios & execrabilibus huiusmodi initiandos sacris eporant a quo combibendi modo crudelis haec

Antipapa.

Fraticelli de opi.

Barilotum. superstitio vasculi quo sit vocabulo barriłóttum appellata est. Retulitq; nobis religiosissimus ⁊ certe sanctus uir ioannes capistraneus. huic per sequendae hominum sectae praefectus scelestissimam mulierculam sponte sibi fassam fuisse cum eo ex diabolico coitu peperisset infantem genitu laeto animo laetioreque fronte in cistellam de industria ornatissimam ad speluncam detulisse praefatam se munus afferre pretiosissimum eandēq; parentem non modo siccis oculis sed hilari animo ciulantē miserandisq; uociferantem assari filium insperisse. Eam itaque crudelissimā haeresiq; quom fabriani degentes accuratius prosequuntur conuicti ad duodeci ⁊ rescipiscere pertinaciter recusātes igni ut erant meriti sunt cōsumpti. ē

Locus here. uero ad esis fluuii dexteram sub ipsis appenini iugis qua ualidū umbriae oppidum petitur locus fratrū seraphici Francisci heremita dictus quo uiso ut inquit poeta Ouidius potes dicere numen inest: aedificiis certe quantum religiosis uiris sat sit ea i locoꝝ asperitate tam commode istructus ut alia eiusdem ordinis italiae vrbium loca amoenitate superet seruaturq; picta in eo tabula Gentilis fabrianensis opus caeteris quāf uidemus praeferenda habet esis fluuius ad dexteram intus Serram oppidum sancti quirici appellatum quingentis passib⁹ ab ipso amne ⁊ arduo in colle semotum et auersa a fabriano regione matbelica oppidū nō ignobile cuius nomen in picentibus ponit Plinius sexto abest miliario iuxta

Cimera mons. quod labitur torrens breui cursu in esim ⁊ ipse cadens secundum littus post esis ostia promontorium cimera incipit mons anconae dictus quod quidem promontorium tam propinquum ē appenino ut aliqui montez ipsum ibi opinati sint scripseruntque finiri unde ostendit Plinius eo in loco italiam se flectere ⁊ aduersam bui⁹ cubiti partem concauum esse limatum ac maximum quod a pistoria incipiens per casentinum burgumque ad sepulchrum tanquam primo cornu procedens centralem sinum apud fossatum ualidumque ⁊ est postea alterum cornu ad nursiam cassiamque habeat sub promontorio qua uergit in mare est Ancona ab ipsa littoris ⁊ italiae se flectentis curuitate dicta cuius uetustae urbis ⁊ a doricis graecis ut Iuuenalis ⁊ nt Plinius a siculis baedificatae portum Traianus imperator quod extantes tituli etiam nūc ostēdūt insigni opere ⁊ tutissimum nauibus ⁊ ornatissimum extruxit Ostendimus historiarum quarto anconam urbem dum conon Iustiniani imperatoris partium dux male defensat gothos sub urbium quod tunc mare inter ⁊ montē urbe inclusum est igni ferroque uastasse ⁊ libro septimo dixim⁹ narsetis eunuchi duces cum triginta nauibus quadragintaseptem gothorū naues profligasse ⁊ anconam obsidione durrissima tunc leuatam fuisse undecimoque docuim⁹ libro sarracenos per tempora lotharii imperatoris ⁊ sergii papae qui dictus fuerat os porci anserensi urbe in dalmatis euersa nauibus que uenetorum ceteys tribus in tergestino sinu captis incensisq; anconam quoque captam ac spoliatam incendisse qua expeditione sarraceni dissensionibus fracti quibus cum fratribus agitabatur Lotharius imperator post incensam desolatamque anconam quicquid urbium ⁊ locorum usq; isdruntum ea habet ora maritima spoliarunt ciuibus ea ciuitas bene moratis ⁊ imprimis mercaturae deditis sed maxime omnium seruate du

dum libertatis gloria decoratur habetque nūc franciscum stalamontem ⁊ nicolaum iureconsultos bonarum litterarum studiis ornatos quom nn per amiserit cirlacum qui monumenta inuestigando uetustissima mortuos ut dicebat uirorum memoriae restituebat. Primus post cimericum promontorium est amnis musio quem ad hostia aspidum uocant Tertio que ab eo amne miliario ⁊ paulo supra mare uetustissima interiit urbs humana ⁊ paruo ab inde spatio adhaeret mari ipso in promontorio sirolū oppidum Ad alteram uero promontorii partem in mediterranea uersū primum est castrum ficarelum interius decimo ab ancona miliario ē au Ficarolum. rimum ciuitas uetustissima cuius ardui montis in quo est sita radices Auximus ciui. musio attingit ea urbs in multis locis praesertim in belli ciuilis. C. Caesaris commentariis ⁊ nostris ostrogothorū historiis inuenitur celebris quam ostendimus duram pertulisse ⁊ longā obsidionem priusquā in belisarii potestatem deueniret ea maxime causa q; gothi illam ualido praesidio defensabant superius item duodecimo miliario sub appenini collib⁹ ē cibulū oppidū a labieno aedificatū cui⁹ item caelius sicut Ausimi montem musio circuit Et paulo superius ortum habet sed medio inter auximum cingulumque spatio est staphilum haud ignobile piceni oppidum sui Staphilum. periusque ad dexteraz inter colles appenino proximos est lapirus uetusti Lapirus. nominis castellum Attingit uero in mediterraneis mari propinquiorib⁹ musio Recanetum ciuitatem quae ricinetū principio appellata est quom enim gothi Eliam ricinam ciuitatem campestrem ab elio ptinace romano imp. aedificatam cuius maceratae propinquiora cernuntur fundamēta demoliti essent eius incolae in oblongum istud dorsum demigrantes recanetum ciuitatem sumpto nomine a prima patria mutato aedificarunt Recanetum ciui. idque decreta ricinatum marmoribus incisa quae apud maceratam sunt ex parte ostendunt ea ciuitas magnum ex patria et affinitate nostra fauitio habet ornamentum Nicolaum asteum recanatensem ⁊ maceratensē episcopum sacris ⁊ philosophiae ac medicinae litteris quibus adolescēs operam dedit egregie eruditum recanetum inter ⁊ adriaticum mare paululū a musione recedit celeberrimum totius italiae ut in aperto muni toque uico sacellum gloriose uirginis mariae i laureto appellatum quo in loco preces supplicantium a deo genitricis suae intercessione exaudiri illud maximū certissimumque ē argumētum quod eorum qui uotis emissis exauditi fuerunt ex auro argento: caera panni: uestes linea laneaque appensa donaria magno luenda pretio basilicamque omnem pene complētia episcopus in dei uirginisque gloriam intacta conseruat Potentiam S. maria i lau. nis sequitur ad cuius ostium uetusta interiit eiusdē nominis urbs inter primas picentum aliquando numerata ia amnis in appenino supa meticam ⁊ quasi e regione nuceriae alphateniae oriundus habet intus ad dexteram ⁊ sub primis appenini collibus ad duos mille passus distās mōticulum oppidum. Ad sinistram uero inferiūs montem sanctū egregium Mōticulum. in picentibus oppidum. Superius uero ⁊ ad primos appenini colles potentia praeterlabitur Sanctum Beuerintin nobile sed nouum oppidum ad ruinas aedificatum septempede oppidi uetustissimi a longobar

S. ſcucrinus. Septempeda.

dis ſolo aequati Aſinus inde torrens perexiguus mare illabitur cui ſupe rius adiacet ſancta maria in caſſiano oppidum ad dexteram ⁊ intus ad ſiniſtrā paulū amari recedit ciuitaſ noua nobile oppidū Et ſexto ab aſino torrente miſſiario ,abſunt chienti amnis'boſtia cui intus ad dexteram ad iacet mons caſuarius oppidum pauloque remotius morrum ⁊ tertio ab inde miliario ſuperius macerata ciuitas noui nominiſ ⁊ ipſa eliae ricinae ſicut recanetum excidio inchoauit. quintoque inde miliario ſuperius eſt mons ulini oppidum non ignobile. quod franciſcus ſfortia quo tempore primum eugenio quarto pontifici romano boſtis eſſe coepit diripiendū militi conceſſit Inde eſt arantia varanenſium villa. Superius itē ad chi entum amnem eſt tollentinum vetus oppidum quod populo frequens beato confeſſore Nicolao ornatur cuius relationis in numerum ſanctorū apoſtolicas litteras Ego quarti eugenii pont. ro. ſecretarius confeci. ba buit uero tollentinum per aetatem noſtram Nicolaum matricium tollē tinatem inter primarios rei militaris duces annumeratum. habetque nunc franciſcum philelphum litterarum graecarum latinarumque exce lentia ac aeditorum operum fama notiſſimum ſupraque tollentinum ter tio miliario eſt belforte oppidum ubi vero chientus fontes i appenino ba bet; Seraupſis eſt et caſtellum ⁊ vicus quo tramite camerinū ex umbria adiri oſtendimus eſt ad ſiniſtram ſuperius camerinum ciuitas veruſtiſſi ma ad quam liuius libro nono Fabii maximi fratrem quando motus etruſcorum iuerat exploratum peruenisſe ⁊ multa exceptus comitate ſcri bit ⁊ libro decimo dicit camertes dediſſe. P. Scipioni armanda claſſe quam duxit in aphricam cohortem vnam ſexcentorum militum armato rum. Ea dudum fuit in picentibus ſicue et nunc eſt populi frequentia opibuſque primaria quae proximis annis ſimilem vidit fabrianenſi nobi lium varanenſium caedem ſed nunc a duobus ex eadem varanenſium gē re adoleſcentibus Rodulpho et Julio litteris uirtutibuſque ornatis gu bernata quieſcit influit chientum amnem ſupra tollentinum torrens ſia ſtra in appenino proxime fontibus naris umbrorum amnis oriundus: cui in ipſis appenini iugis adiacet ſiaſtrum inde appellatum caſtellum ⁊ qua torrens ipſe in chientum labitur eſt chaldarola oppidum non exile Ad chienti ſiniſtram intus eſt ſancti elipidii oppidum Superius ſancti iuſti caſtellum quod torrens laetus cognomine vnus attingit ⁊ in chien tum breui curſu labitur. Itemque ſuperius ad primos appenini colles ſancti geneſii eſt oppidum haud ignobile cui interius ſeruana adhaeret. Interque ea duo oppida planicies plicae ē apud quam laetus unus tor rens originem habet Ad eumque torrentem quinto infra ſeruanum mili ario vrbs eſt ſaluia vetus nomen et pariter multae veruſtatis ingenies aedificiorum ruinas habens inter quos certum eſt tria fuiſſe theatra nec ſatis inuenimuſ quo tpe q°. aut ea urbe fuerit condita paucis etiam in lo cis praeter quam in plinio et noſtra gothorum hiſtoria illius nomen apud veruſtos inuenitur nunc quidem reliquarum ⁊ quidem ingentium loco derelicto extat in ea angulo oppidum urbis aliae corruptum a vetuſto tenens nomen ſunt etiam tertio infra ſaluiae veſtigia miliario ad laetiui

Tollentin um. S. nicola us.

Fiaſtra fluuius. oppi dum.

ui torrentis undas ingentis monaſterii clarauallenſis ruinae. At in litto re prima ſequitur amnis nunc tenne olim tigniae boſtia cui amni baud lonze ad dexteram adiacet oppidum nunc ſancta maria in georgio ap pellatuz iter primaria marchiae ānumeratū. Quae vrbs oli fuit tegniū de qua in commentariis. C. Caeſaris ſic habetur Interea certioz factuſ tignium termum praetorem cohortibus quinque tenere oppidum muni re omniumque eſſe tigniorum optimam erga ſe uoluntatem curionez cū tribus cohortibus quae piſauri ⁊ arimini habebat mittit cuius aduentu cognito diſiſus ciuium voluntate termus cohortes ex urbe educit et pro fugit milites in itinere ab eo diſcedunt ac domum reuertuntur Curio ſumma omnium voluntate tignium recepit Et citra ultraque tenna mul ta ſunt ibi propinqua agri firmani oppida et caſtella ſed primū ſuperius ad tennam eſt mons ſancti martini et tertio ſupra abeſt miliario penna. Poſt quarto miliario ad primos appenini colles eſt amondula et ipſum inter primaria piceni oppida numeratum ad ſiniſtramque tenne in appe nino eſt mons fortinus nobile oppidum ſupra quod i appenini iugo tēna is fluuius fontem habet inferiuſque ad boſtia eadem ſiniſtra caſtellum eſt portus firmanus appellatum quom tñ mare et fluuius nedum faciāt ibi portum ſed uix tolerabilem nauibus praebeant manſionem intuſque ter rio miliario eſt ciuitas firmana romanorū colonia ex duo de viginti quae difficillimis ſecundi belli punici temporibus primo detractarunt militiā et tributorum collationem. Poſt in ſenatus et populi romani potestarē ſe permiſerunt. Et tamen haud quāquā in hoc murorum ambitu quem habet uetuſta quo illam circundedit ſuperiore ſaeculo Joannes auelius vicecomes rei bellicae ductorum ſui temporis praeſtantiſſimus quom tñ ceo in tumulo qui moenibus includitur oppidum fuerit peruetuſtum cui caſtello firmano erat appellatio cernūturque in ſaxo cubitales litterae diū neſcio cuius auguſti titulo inciſae fuit pridem eo in tumulo arx muni tione ⁊ ornatu inter primaſ italiae numerata quam deturbato ac p arma pulſo pontificis eugenii uiribus franciſco ſfortia populus firmanus muro et omni munitione ſimulque ornatu ſpoliauit Abſunt a firmano portu quinto miliario torrēti laetimortui oſtia ad quae magni aedificii veſtigia cernuntur eſtque fama nullius quod ſciam veruſti litteris confirmata pi cenum ibi fuiſſe urbem a qua prouintiam nomen autumant nactam eſſe iſque torrens paulo ſupra petriclū inter ⁊ belmontem oppida ortum ha bet eundemque torrentem inter ⁊ proximum aſonem fluuium eſt mons rubianus oppidum et ſuperius ad aſonis dexteram intus ſunt ſeruilianū Poſt ſancta victoria et ſuperius mons falcho oppida ⁊ ſuperius item ſū mo in appenino mōs monachus non ignobile oppidum ſub aſonis fluuii fonte ſitum ad aſonis ſiniſtram littori fluuioque adhaeret pedaſum caſtel lum ſupraque eſt mons floraе ſuperius oppidum mons nouem dictum: quod a nouem nobilibus fuit aedificatum inde habetur monſ altus et for te. Et ſuperius oppidum cōmunalia aſculana appellatum illabitur poſt haec mare torrens perexiguus ad cuius oſtia eſt morcinū caſtellum inte rius ripatranſonum quod oppidum loci natura muroque munitiſſimū nulli picentrum populo diuitiiſque cedit ⁊ tamen dum pellendo prouintia

Bonaſte. cla. Tigina fluuius Sancta maria in georgio.

Alandula. Mons fortius

Laetus mortu us flu.

Mons nouem mons altus. Forte. Communalia.

Cossignanum. Castignanum.

franciſco ſforcia bellum geritur id oppidum ſfortiani diripuere ſupra eſt coſſignanum nobile oppidum ſuperius Caſtignanum Superius bis i mediterraneis abeſt tertio miliario a coſſignano aſſida nobile munitiſſi mumque natura loci oppidum Altiſſimis uero in montibus qui praedi ctis oppidis e regione reſpondent ſummo in appenino eſt mons ſanctae mariae in gallo oppidum cui ipſo in appenino propinqua eſt cauerna in genis ſibylle uulgo appellata:et paulo ſuperiuſ eſt lacus ille i nurſinorum agri appenino quem vano ferunt mendacio piſcium loco daemonib⁹ ſca tere ea tamen duorum locorum fama multos diebus noſtris ⁊ plures ſu perioribus ut audiuimus ſaeculis pellexit nicromantia delectatoſ aut no ſcendae rei mirãdae auidoſ ut arduoſ boſ mõteſ magno uanoq; laboꝛ cõ ſeẽderẽt Biſtant in littore ab aſonis fluuii oſtio gripte oppidũ octo agrip tiſque ſanctus benedictus item oppidum duos mille paſſus quae mari tima regio omnium italiae praeter ſurrentinam caietanamque amoeniſſi ma mali quod arantium vocant feraciſſima uitibuſ item arboribuſque ⁊ oleis eſt conſita ⁊ tribus a ſancto benedicto milibus diſtat arx aſculanuſ portus appellata quae hoſtiis troenti fluminiſ ad cuſtodiam eſt appoſita ubi fines ſunt littorei noſtrae regionis piceni ſiue marchiae anconitanae. Sãct⁹ bñdict⁹

Eſt primum intus ad troenti dexteram oppidum mons brandonus ciue nunc uno foeliciſſimũ Fratre iacobo ordinis ſancti Franciſci de marchia appellato quem ardentiſſimum pariter et eloquentiſſimum uerbi diuini praeconem uitam ducere in terris angelicam conſtans fama conſentit. adeo ut nullus dubitet quod multi uidiſſe affirmant eum ut eſt uiuũ mi raculis corruſcare tribus ab hoc oppido ⁊ totidem milibus a ripa traſo num abeſt Aquauiua oppidum ex quo duces adriae prouintiae apru tinae originem duxere ſecundum hanc troẽti dexteram ipſo in appenino eſt arquata oppidum nobile quod nurſini pontificum romanorum cõceſ ſione in aliena optinent regione Superius quito miliario pariter ad troẽ ti dexteram eſt accumulum nobile oppidum ⁊ item ſuperius ſub troen ti fonte eſt amatrix oppidum ut in montanis egregium quod fortaliſ propinqua in regione quom ultra fontem et ad troenti ſiniſtram ſit an numerari debuit Difficilis uero eſt montium huiuſmodi et ſitorum in ipſis locorum deſcriptio q̃ ſaltuoſiſſima ſunt ⁊ riuis altiſque rupi bus quandoque ita diuiduntur ut nec pictura ſit nec elocutio quae ple nam illorum notitiam dare poſſit: hinc unum dictis addere libet quod ſuo loco commode nequiuimus explicare ea in appenini parte in qua ſu perius oppidum arquatam eſſe diximuſ ipſe appeninus ſe ipſum ſuperẽſ arduum facit grumum qui nurſinos a picentibus dirimit appellaturq; mons uictor q̃ caeteros regionis montes altitudine uincat ad cuius ori entalẽ lacus ille daemonibus infamis ad aliudque latus in meridiem uer ſium duo ipſius colles altiſſimi ⁊ pauliſper in profundo inter ſe diuiſi fur culas faciunt preſte appellatas inter quas troentus labitur ⁊ mox ab ipſi furculis perarctam ⁊ tãq; manufactam decurrens foſſam arquatae moc nia attingit Ultra atque etiam infra amatricẽ medio i appenino fluuius oritur nomine caſtellanus qui paruo curſu ad moenia aſculi defertur et paruo inde ſpatio cadit introentum ut hinc caſtellanus iſte troentuſ inde

Bons victor. Lac⁹ daemonũ

Furculae ꝑſte.

Duces adriae. Arquata.

aſculi moenia circãluunt Ea ciuitas vetuſtiſſima aliquãdo picẽtum pri maria fuit. Et Liuius quom libro. lxxii. diciſſet italicos populos bello ſotiali defeciſſe primos ponit picẽtes. Poſtea libro. lxxvi. dicit aſculum a Pompeio ſtrabone captum quo in praedio quom terra tremuiſſet ſtra bo tel.urem aede promiſſa placauit ⁊ tamen poſt caedem incendiaque cõ miſſa urbem euertit quia Aſculani initio belli miſſos ad ſe legatos inter fecerunt Aſculum uiros ſaepe habuit praeſtantiſſimos titum betutium bartum oratorem quem cicero in bruto caeteris ſuae aetatis oratoribus externis praefert ventidium baſſum ducem romanum qui primus par thos attigit in quem militare illud ledorum fuit dictum qui mulos frica bat factus eſt conſul. Habuit et Nicolaum tertium pon.ro. Licumque excellentiorem mathematicumq̃ uulgarem poetam.

Ventidius. Nicolaus. iiii. papa. Licus.

Blondi Flauii Forliuienſis Liber Quartus. Et regio ſexta Romãdiola Siue Flaminia.

Ed Jam finis adeſt Piceni ſeu Marchiae anconitanae deinceps flaminiam ſiue Romandiolam adeamus flaminiae quantũ ad hanc ſpectat regionem uocabulum ante fini tum ſecũdum bellum punicũ nuſquã reperit Nam flaminiũ uetuſ oppidum iuxta tyberi ⁊ ſocrate montem fuit de quo Virgilius in ſeptimo bi ſoractis habent arces flaminiaq; arua ⁊ flaminia dicta eſt uia quam octauiuſ Auguſtus ab urbe roma uel potiuſ a circo flaminio ſicut in Roma inſtau rata docuimus ariminum uſque ſtrauit. Per totum uero ſecundum bel lum punicum ſicut et belli primi punici temporib⁹ facium erat banc regi onem Liuius patauinus õꝛtũ ad romanos ſpectabat ſolo arimini uerbo appellat. Nam libro. xxiiii. ſic dicit Praetori Sempronio puitia Ari minum obuenit quom reliqua omnia padum uerſus appenimum ⁊ alpes partim boios partim galliam diceret ciſalpinam pariter dicim⁹ de aemy lia quae ⁊ ipſa in romandiola eſt comprehenſa Liuius autem libro. xxx viiii. ſcribit. m. aemylium coſ. ligũribus ſubactis viam a placentia produ ctam flaminiae coniunxiſſe ut certum ſit uiam a foro corneli uſque pla centiam inde aemyliam appellatam ⁊ infra ſubiunt liuius. quintum flami nium fratrem qui ut meretrici placentinae placeret gallum ſenẽri per cuſſit: unde bacbanalia romae ſublata ſunt viam ſtrauiſſe quam flaminia appellarit: habuerintque fines flaminia ab iſauro ad uaternum fori corne lii nunc imolae amnem ⁊ aemylia inde ad trebiam placentiae urbis flu uium quam longitudinem ⁊ nunc habet rauennatis eccleſiae exarchatuſ prouintia cuius tota id[illegible]diolae nomen olim optinuit: quod quidem nomen oſtendimus in hiſtoriis carolum magnum ⁊ primum adrianum pont.ro. poſt oppreſſos dominioque priuatos longobardos ea maxime

Flaminia.

Ariminum. Bol. Aemylia.

Via aemylia.

ex causa indidisse q toto longobardorum tempore Rauēna cum propin
quis aliquot ciuitatibus ⁊ oppidis Romano populo fidem constantissi
me seruauit. Sed nos consuetudini adhaerentes iam inueteratae fines
Romandiolae intra isaurum siue foliam ⁊ sculteniam siue panatium am
nes appeninumque montem ac mare adriaticum padusamque paludem
citra padum et vltra illum quicquid ager ferrariensis ad Veronensium
patauinorum que paludes ⁊ ultima usque padi ostia fornaces appellata
mare inter adriaticum ⁊ padum habet constituemus. Ad dexteram isau
ri amnis ripam primum habet Romandiola oppidum poccium post mō
tem lurum inter isaurum et proximum torrentem crustumium de quo la
canus Crustumiumque capax siue vt nunc appellant conchamfocaris
est promontorium quattuor habitatum oppidis granariolo castro medio
gabitiis flozentiola ⁊ vinetis ⁊ oliuetis egregie consitum superiusque sunt
oppida tumba planus montis mons caluus pescampi saxum cozariū
⁊ macerata montis feretri. Sub focaria ariminum versus catholica vic⁹
adquem absorptum mari oppidum conchum eminentes aquis muri tur
resque per aequoris tranquillitatem ostendunt. Interius est gradaria si
gismondi pandulphi villa superbis aedificiis amoenisque consitionibus ⁊
amplissimis vinetis ornata ad sinistram sita conche amnis a quo summer
sum oppidum nomen habuit. Suntque superius Sanctus Joannes in
macegnano mondainum saluditium mons gridolfus meletum mons flo
rum gemanum tauletum planum castelli castrum nouum mons tauelli.
certaldum Petri turchi viri doctrissimi patria plananum ioannis franci
sci nobilis ⁊ strenui a litterisque non abhorrentis viri patria planum mele
ti petra rubia carpegnum a quo nomen accepit mons arduus amplissi
mus que pascua praebēs per aestatem animalibus vberrima. Qui quidē
mons arimino siue ut nunc dicitur marida fluuio ab appenino diuisus
omnium italiae appeninum non contingentium montium est maximus
subest item illi castellatia post sequitur mons cerognonus monasterium
sertini apud quod multa extant vetustatis monumenta Ad conchae vero
dexteram Sanctus claemens agellum corianum mons scurul? vbi haec
scribimus albaretum gypsum tumba gaiaeni mons zardinus saxum mās
grimannus mons taxorum mons copiolus. Et mari in uia flaminia ⁊
prope mare imminet Sāctae Trinitatis ecclesia. Suntque ad eius torrē
tis dexteram oppida ⁊ castella in arimi siue maridae amnis sinistram per
gentia seraualle veruculum Sanctus Marinus sub arduo cuius monte
torrens ipse ortum habet Superiusque in montis feretri regione mons
maius. petra acutula tozanum Sanctus Leo episcopi sedes scau
sinum antiquum soane penna biliorum maiolum ciconiaria montiroiū
mercatum ranchi. Succedit ordine Ariminum vetusti clarique nominis
colonia romanorum simul cum beneuento sicut Liu?. xiiii. libro scribit
deducta anno quod ex eusebio computauimus ante Jesu christi domini
natiuitatem secundo octuagesimo ⁊ ducentesimo ea ciuitas duram a vi
rigite gothorum rege perpulit obsidionem Joanne vitaliani partium Ju

Aoris lurus. Crustumiū flu.

Certaldum.

Veruculum. S. Marinus.

stiniani impe. sicut in historiis ostendimus viriliter defendante ⁊ nunc Pan
gismondo pandulpho, malatestae clarissimo rei militaris duci vicaria
tus ecclesiae titulo est subiecta Cuius latera irrigat eiusdem nominis flu
uius marecla nunc dicitur Scribit Liuius libro. xxi. L. Sempronio cos.
compositis siciliae rebus decem naubus oram siciliae legentem ariminū
peruenisse ide cum exercitu suo profectum ad trebiam amnem. Et libro
c. viiii. dicit belli ciuilis Caesaris ⁊ Pompei initio Curionem tribunū
placebis peruenisse ariminum quam historiam birtius in commentariis ⁊
Lucanus poeta diffuse narrant ut eam prolixius a nobis scribi oportere
non iudicemus ⁊ beatus Hieronymus ecclesiae doctor scribit concilium
aetate sua ⁊ cui ipse interfuerit arimini celebratum fuisse quod postea pa
tres reprobauerint ⁊ gesta in eo censuerint esse nulla Eam ciuitatem sub
urbiumque coniungit pons nunc solus integer ex veterib? quattuor quos
Octauius Augustus flaminia via ab urbe roma ariminum silicibus stra
ta praeter minorum pontium turbam maximo extruxit opere atque im
pendio. Qui enim est ad tyberim miluius nomine a marco scauro sicut
Amianus marcellinus refert constructus multaque ab Octauio acce
pit ornamenta omnino amisit et qui tyberim item sub ocriculo iunge
bat parte vna succisus in arcis fundamenta concessit. Is vero qui sub
narnea Narem amplectebatur fluuium multis ut uidetur saeculis uel
succissum vel collapsum vetustate fornicem medium amisit. Ornata
fuit Ariminensis ciuitas superioribus saeculis. Malatino Pādulpho ⁊
Galaoto et Malatesta gente principibus omni virtute ornatis. Orti
q̄ eodem Galaoto Carolus Malatesta Princeps fortissimus atque
doctissimus fuit quem in historiis Marci Catoni superiori simlem fuis
se diximus ⁊ Pādulphus qui brixiae ⁊ bergomi dominium multis op
timuit annis inter aetatis nostrae Principes primarii fūt habiti. Cum
tamen nulla ratione eis fuerit virtute inferior Malatesta tertius frater
Claram uero dulcemque sui memoriam saeculo nostro reliquit. Galao
tus Robertus qui licet paternae haereditatis urbes oppidaque amplū
in italia principatum iustissime simul ⁊ prudentissime administrauit res
tamen mundanae tanta elevati in aeternae salutis desideria spiritus mū
dicia ⁊ puritate contēpsit ut postquam adolescens in caelum unde uene
rat restitutus carnis sarcina est exutus beatitudinis famam signiaque in
terris reliquerit. Ariminum que nunc habet Petrum ac Jacobum per
leones fratres latinis ⁊ graecis litteris apprime eruditos. Ad sinistram
maridae intus est ut diximus uerruculum prima Malatestarum patria
maiolum bilium ⁊ ad fontem in appenino castrum ilicis. Est etiam ut di
ximus in exesi montis cacumine Samarinum oppidum olim acer mons
dictum perpetuae libertatis gloria clarum vlterius via flaminia est sancta
Justina vicus ⁊ supra primis in collibus. Sanctus archangelus nobile
oppidum: ⁊ in via item flaminia Sauignanum oppidum intersecat plusa
vetusti nominis fluuius qui sub belacre castello mare influit adriaticum.
Inde habetur parvus torrens Butrius cui supra viam flaminiam

Fontes Ariminenses.

S. Hieronymus.

Malatinus. Pandulphus.

Petrus Ja. pl.

Maiolum. Bilium.

Epigrāma in sculptū ad rubi

Portus ceseñ.

Plinius.

adiacet longianum viti oleaque in circuitu per pulchre constitum sequitur magni quondam nominis torrens peregrinus rubicon cisalpinae galliae & italiae arua diserminitate solitus pissatellum nunc qui sub flaminia via ruconem qui supta accolunt vocant fuitque olim stante & integra re publica. Romana lege prohibitum ne quispiam armatus illum initiissu magistratuum trahsgrederetur. Eaque lex loco mota in quo ab initio fuit posita marmoꝛe litteris incisa elegantissimis etiam nunc visit. Quaz libuit hic ponere iussu mandatuue. P. R. Consl. Impe. milites tyro cōmilito quisquis eo manipularisue centurio turmaeue legionariae hic sistito vexillum signa nec citra hunc amnem rubiconē signa ductum cō meatūue traducito. Si quis huius iussionis ergo aduersus ierit fecerit ne adiudicatus esto hostis. P. R. ac si contra patriam arma tulerit pe nateſq; e sacris penetralib? asportauerit. S. P. q. R. SALTZIO PLEBISCITI: S. VE. L. Notiora sunt quae de huius amnis & legis transgressione. C. Iulu Caesaris scripta sunt a multis q̄ ut ea a nobis hic scribi oporteret indicemus: latisque fuerit & locum & legez iudicasse Incipit vero hic secūdum vetustos gallia cisalpina de qua. M. Cicero in philippicis Nec vero de virtute constantia grauitate galliae ta ceri potest est enim ille flos italiae illud fumamentum imperii ro. illud oꝛnamentum dignitatis et Plinius in hoc tractu interierere boi: quorum tribus & xii. fuisse auctor est Cato Item senones qui ceperant romam q̄ rubicon torrens influit adriaticum portus est cesenas parua admittēs nauigia intus supra flaminiam sunt amoeni & feraces agri ariminensis ea stella quoꝛum primarium est Ranchfridum. vltra cesenatē littori propi qua est ceruia ciuitas rarissimo habitata colono salinas faciēte: quom ma latesta nouellus Cesenae princeps praestantissimus in arctiorem restrictā oꝛbem muro nuper valido cōmunuit & quinto ab inde miliario absūt sa pis fluuii ostia adiacet que ei fluuio intus in via flaminia ciuitas cesena ve tus habens nomen quae malatestae nouelli litteris praesertim historia oꝛ natissimi administratione nunc gaudet a quo ornatur bibliotheca meliori bus italiae aequiperanda quom tamē hospitale idem in urbe sumptuosis simum aedificet ac moenibus illam nouis alicubi communiat ponte lapi deo & quidem insigni sapim fluuium ad viam flaminiam iunxerit & eſq; nunc plus iſſacienda q̄ innuerit. M. Licero quom in ultima ad lentulū epistola significare volens quēpiā romanū ciuem paruifaciundum esse di cit non satis dignum esse cui Cesena aut tabernolae fuerint committēdae Plinius autem Cicerone posterior vina docens italiae optima connume rat cesenaticum. Ea ciuitas cum ciuilibus dissidiis tumultuaretur ad annum salutis tricesimumoctauum supra tricentesimum & milesimum a Britonibus rauennae ecclesiae fidem seruare simulantibus direpta fuit

Superius ad sapis fluenta intus est emporium sarracenum vicus & paulosupra ad appenini radices sassina vetustissima ciuitas quae in boio nobilissima. Plautum comicum ciuem habuit quem Eusebius tra dit propter annonae difficultatem ad molas mannarias pistori se locasse sbiq; quotiens opere vacaret fabulas scribere & vendere solitum fuisse.

S. maria i bal.

Tannetum.

Candianum.

Sapis fluuius Portu.

in eiusque vrbis ruinis episcopium est cuius dioceseos & dominii sunt castella et oppida ad uiginti boibo pro boio vetusto nomine appellata ad sapis vero fluuii fontem uel paulo infra oppidum est sanctae mariae a balneis quae itus habet lateritio opere conclusi dictum & secundum amnis eiusdem decursū iuxta lacum est balinea castellis uicisque plurimis frequētata optinuerunt uero boi a principio omnem eam nunc romandiolae regionem quae a sassina bononiensem includit agrum perbibetque plinius bononiam pro boionia dictam esse quanquam non modo bononiensem agrum boi: sed eos qui nunc mutinensis regiensisque dicuntur complexi fuisse videntur quod indicat Liuius libro. xxii. bis uerbis .q. minutius inde in agrum boiorum legiones duxit boiorum exercitus haud ita multo ante trafecerant padum iūxerantque se insubribus et cenomanis q̄ ita acceperāt coniunctis legionibus consules rem gesturos ut & ipsi collatas in unum uires firmarent. Postquam fama accidit alterum consulez boiorum urere agros seditio extemplo orta est postulare boi ut laborantibus uniuersi opem ferrent insubres negare se sua deserturos ita diuisae copiae boisque in agrū suū tānetū pfectis si itaq; tānetū fuit boioꝝ multitudo pariter & nūc regiū ultra quā ciuitatē tānetū eē ostēdem? in boiis fuere. Fuerūt tā potētissimi bellacissimiq; populi quod inuit Liuius libro. xxi. Boi sollicitati ab insubribus defecerunt nec tam ob veteres in romanū populum iras q̄ q̄ nuper circa padum placentiam cremonamque coloniās in agrum gallicum deductas aegre patiebantur triūuiri ad dedu cendas colonias missi placētiae moenibus diffisi mutinam confugerunt Legati ad boios missi uiolati sunt murina obsessa & simulatum de pace agi missique ad eam tractandam a gallis comprehensi. L. manlius imp. effusum agmen ad mutinam ducit caesi sunt romanorum octingentiq; signa militaria adempta item Liuius. xxxvi. P. Cornelius scipio nasica cos. vir optimus a senatu iudicatus boios gallos uictos in deditionem accepit de quibus triumphauit Prima post sapis ostia in adriatici littore loca describi digna sunt parua candiani siue uallis siue stagni ostia documento prudentibus rerūque peritis futura q̄ in rebus humanis oia fluxa omnia sunt caduca Sapis fluuius quem octauo miliario descriptū post terga linquimus ad annum nunc plus minus sexcentesimum ipsam illabebatur candiani vallem efficiebatque portum in primis italiae celeberrimum in quo sicut suetonius tranquilus vegetiusque & plerique veteres scripserunt octauius augustus primus romanorum imperator classem instituit quae sinum adriaticum illyricum dalmariam graeciaz pontum Armeniam asiam aegyptuz & omnem mediterranei maris oꝛā tueretur Scribit que plinius in eius portus ostio turrim fuisse pharea omnium maximam qua romanum vbique habuit imperium & breui ab instituto eo portu factum est ut a nauālibus turmis conuenientibus undique mercatoribus ciuitas ibi sit aedificata & quidem opulentissima de qua belisa Spartianus in didii iuliani uita scribit Sed dū haec agit Iulianus seuerus classem rauennatem occupat. Ea vero ciuitas cū ātea tum maxime beati gregorii temporibus episcopū habuit capta vero fuit a rege longobardoꝝ luchprando atque direpta vnde & urbe sublata &

S. Apolinaris ecclesia.

quod magis crediderim fluuio sappi in ramotum auerso cursum videm? factum ut nec urbis moenium nec turris pbareae neque portus nisi mi nima ex parte aliquod appareat vestigium praeter sancti apollinaris in ipsa classe ciuitate basylicam variis ornatam marmoribus caeteris aequi parandam quas italia vbique habeat veruſtae magnificentiae speciosiores quae theoderici ostrogothoꝝ primi regis opus fuit Influunt vero ipsi caudiani vallem qui ꝛ tanti olim portus tenues conseruant reliquias parui torrentes auela ꝛ bevanus appellati quorum primus latera abluit fori pompilii ciuitas olim nunc oppidi nomine uetusti Ea ciuitas in via flaminia unum fuit ex quattuor foris quae plinius illa in regione simul enumerat quam ciuitatem ad annum salutis septigentesimum uitaliani pont. ro. natione signiensis temporibus Brimoaldus longobardoꝝ ty rannus dum sabbato sancto conficeretur crisma furto occuparam dir puit solo aequauit et eandem postmodum a foroliuiensibus instauratam iterum destruxit ararique fecit ad annum salutis tredecies centenū atq; sexagesimum egidius sabinensis romanae cardinalis ecclesiae celeberrim? Egidi? cardina. supra eminenti in colle est bretenorium ciuitas in quā destructi fori pom Bretenorium. pilii episcopalis dignitas est trantlata fuitque id oppidum quod plinius uetustiora repetens brintrum appellat umbriae apud rauennam ultimum et postea inter quattuor fora enumeratum dicit esse forum brintanorum sub bretenorii colle imminet torrenti auerae polenta oppidum paucis ba bitatum colonis ad quem locum ostendimus in historiis praelium illud romae ꝛ italiae ifodicissimum fuisse commissum in quo lacessiti magisq; clade aliqua confecti uisigothi omissa ad gallias quam intendebant pro fectione arma in urbem romam uictricia conuerterunt ꝛ ea capta direp taque ac alicubi incensa romani imperii inclinatio nostrae historiae titul? initiumque inchoauit Post clasensem chanchiani portum prima sunt be Belesus fluui?. desi amnis ostia rauennae portum efficientia Bistat que inde secundo mi liario Rauenna urbs uetusta quam diximus fuisse oppidum sabinorum Rauenna. vnde liuius libro. xxi. Cornelius cos. quorū audisse a boiis ante suum ad uentum incursiones in agrum sotiorum factas duabus legionibus subita rius tumultus eius causa scriptis additisque ad eas quattuor coborti bus de exercitu suo. C. appium praefectum suum hac tumultuaria manu p umbriam qua tribum sabinianam uocant agrum boiorum inuadere ius sit fuit itaque ager rauēnas haec tribus sabiniana ꝛ infra addit Liuius deinde ad castrum mutillum ubi nunc dicitur mutilina cinxit rauennam muris nunc extantibus uberius imp. quod litterae docent cubitales ad Porta aurea. portam eius clausam quae aurea dicitur quadrato lapide speciosaꝝ auxit vero ipsam ostrogotha gens cuius rex theodoricus italiae omnis dalma tiae vngariae Germaniae ꝛ partis non parue galliarum dominus annis duo de quadraginta eandem incoluit ciuitatem ꝛ quod cōstat superbas in ea aedes basylicasque construxit visitur eius regis monumentum mōumētū regis ab Amalasuba filia positum extra rauennae moenia in quo san S. maria rotū ctae mariae monasterium est aedificatum in rotundo ea ratione appe latum q; altare maius ecclesiae chorusque viginti capax monachorum ordine ut est moris in stallo psallentium unico atque integro rotūdo lapi

de conteguntur praestque illi monasterio abbas matthaeus blondus no B. Blōdus bis frater germanus populo nunc rauenna est infrequens quae viros oliz habuit cum sanctos tum etiam doctos apollinarem vitalē et eius filios Gerualium et Protbasium. Arcinumque medicum omnes martyrio coronatos Joannem nominis ordine decimum septimum pont. romanū petrum rauennatem foricornelii episcopum qui multas sacri eloquii scripturas eloquentissime dilucidauit ꝛ cassiodorum urbis romae senato rem regumque ostrogothorum epistolarum scriptorem et post monachū qui praeter scripta saecularibus litteris haud quaquam contemnenda libros de anima grauissime ac eruditissime scripta reliquit Videtur etiā genuisse faustinum ad quem martialis poeta multa scripsit quos faustine dies quales tibi roma rauennam absulit. Genuitque superiori saeculo Pet? paulu rauenna Guilielmum physicum quem petrus paulus vergerius notissi mum amicissimumque sibi hominem magnis effert laudibus Genuit et eodem tempore Joannem grāmaticum rhetoremque doctissimum quē solitus dicere fuit. Leonardus aretinus omni in re sed potissime in hac una grauissimus locupletissimusque testis fuisse primum a quo eloquen tiae studia tantopere nunc florentia longo postliminio in italiam fuerint reducta digna certe cognitio quae a nobis nunc illustranda italia in mediū adducatur Vident intelligantque qui latinas litteras uero et suo cum sapore degustant paucos ac prope nullos post doctorum ecclesiae ambro sij. hieronymi et augustini quae ꝛ eadem inclinātis romanorum imperii tempora fuerunt aliquali cum elegantia scripsisse nisi illis propinqui tem poribus. Beatus gregorius ac venerabilis beda ꝛ qui longo post tempo re fuit beatus Bernardus in praedictorum numero sint ponendi prim? uero omnium Franciscus petrarcha magno uir ingenio materque dili gentia et poesim et eloquentiam excitare coepit nec tamen eum attigit ciceronianae eloquentiae florem quo multos in hoc saeculo videmus or natos inquo quidem nostrorum magis quam ingenii carentiā defectiq; culpamus ipse enim ꝛ si epistolas Ciceronis lentulo inscriptas vercellis reperisse gloriatus est tres Ciceronis de oratore ꝛ institutionum orato riarum quintiliani libros non nisi laceros mutilatosque vidit ad cuius notitiam oratoris maioris ꝛ bruti de oratoribus claris item Ciceronis libri nullatenus peruenerunt Joannes autem rauenas petrarchaꝝ senē puer nouit nec dictos aliter quam petrarcha uidit libros neque aliquid quod sciamus a se scriptum reliquit ꝛ tamen suopte ingenio ꝛ quodam dei munere sicut fuit solitus dicere leonardus eam petrumpaulumque vergerium omnebonum scola patauinum robertum rossum ꝛ iacobum angeli filium florentinos. Poggiumque guarinum veronensem victorinū feltrensem ac alios qui minus profecerunt auditores suos si non satis quod plene nesciebat docere potuit in bonarum ut dicebat litterarū amo rem Ciceronisque imitationē inflāmabat Interea emanuel chrisolera constantinopolitanus uir doctrina ꝛ omni uirtute excellentissimus quom se i italiā tulisset pti venetiis pti florētiae pti i curia quā secum? ē roāna pdictos pene oēs ioānis rauēnatis auditores liās docuit graecas effectq;

Coriciliū ſtāti.

eius doctrina paucis tamen continuata annis ut qui graecas neſcirent litteras latinis uiderentur indoctiores et quom magnus bene diſcendi ardor multos in italia apprehendiſſet coriciliumque apud conſtātiā germaniae ab uniuerſo populo chriſtiano haberetur quaerere ubi ⁊ inueſtigare coeperunt ex noſtratibus multi ſi quos germaniae loca conſtantiae proxima ex deperditis romanorum ⁊ italiae olim libris in monaſteriorum latebris occultarent. Quintilian⁹que integer repertus a Poggio primū

Quintiliani.

tranſcriptus in italiam uenit ſecutaeque ſunt incerto nobiſ datae liberta triſ patronae Ciceronis ad Atticum epiſtolae cumque hic in Quintiliani inſtitutionibus ⁊ ad atticum epiſtolis noſtrorum italiae adoleſcentiū ingenia deſudareſit gaſparinus bergomenſis grammaticus rhetor que celeberrimus Venetiis melioti ſolito doctrina nonnullos eruditiuit plurimos ad ea imitanda ſtudia incitauit. florebantque tam ⁊ fama celebrabantur Petrus paulus vergeriius omnebonum ſchola natu maioreſ. leonardus aretinus. Robertus roſſius. Jacobus angeli. ⁊ Poggius. ac Nicola mediceus quem praeceptor domi aſſiduus eruditerat aretinus. guarinuſque venetiis ⁊ victorinus mantuae multos caeperant erudire. cū Philippus mediolanēſis dux tert⁹ gaſparinū a bergomo ſubditū bonine ūlutū mediolanēſib⁹ edocendis padua ⁊ venetia euocauit. Ubi id maxime adiumenti ſtudiis eloquentiae attulit q repertus laude a ſūmo uiro gerardo lādriano tūc ibi epiſcopo multiſ cymaxiſ in ruderibuſ codex Ciceronis peruetuſtus et cuius litteras vetuſtiores pauciſſimi ſcirent legere ad eius perueniens manus interitum euaſit Continebat is codex praeter rhetoricorum nouos et ueteres qui habebantur tres quoque de oratore integerrimos brutum de oratoribus claris ⁊ oratorem ad brutū M. tullii Ciceronis unde liberatus eſt bonus ipſe vir gaſparinus ingenti quē aſſumpſerat labore ſupplendi quoad poterat librorum de oratore defectus ſicut diu antea in quintiliani inſtitutionibus multo labore ſupplenerat. Et quom nullus mediolani eſſet repertus qui eius vetuſti codicis litteram ſciret legere coſmus quidam egregii ingenii cremonenſis tres de oratore libros primus tranſcripſit multiplicataque inde exemplа omnem italiam deſideratiſſimo codice repleuerunt. Nos uero cum publicis patriae tractandis negotiis adoleſcentes mediolanū adiſemus

Brutus Cicē.

Brutum de claris oratoribus primi omnium mirabili ardore ac celeritate trāſcripſimus ex quo primum Veronā guarino poſt Leonardo iuſtiniano venetias miſſo: omnis italia exemplis pariter eſt repleta. Quo ex tot librorum ipſius eloquentiae fomitum allato noſtris hominibus adiumentō factum videmus: ut maior meliorque ea quam Petrarcha habuit dicendi cōpia in noſtram peruenerit aetatem nec paruum fuit cum adiumentum ad diſcendū eloquentiam tū ēt iciramētū graecarum accēſio litterarum q qui eas dedicere praeter doctrinam ⁊ ingentem hiſtoriarum exemplorumque copiam inde comparatam conari ſunt multa ex graecis in latinitatem vertere in quo vſu aut aſſiduitate ſcribendi rediderunt quam habebant eloquentiam meliorem: aut qui nullam prius habebant unde aliquam effecerunt. Hinc ferbuerunt diu magiſque nunc

ac magis ſeruent per italiam gymnaſia pleriqueſunt ciuitatibus ludi in quibuſ pulcherrimum iucundumque eſt uidere diſcipulos ne dum poſtq̄ ſunt dimiſſi ſed quouſque etiam ſub ipſa ferula declamant ⁊ ſcribūt praeceptoreſ dicendi ſcribendiue elegantia ſuperare. Ex his autem quos ioanni noſtro rauennati diximus fuiſſe diſcipulos duo aetāte priores. Guarinus ⁊ Victorinus hic mantuae ille venetiis veronae Florentiae et demum Ferrariae infinitam pene turbam et in his ferrarienſeſ Mantuanoſque principes eruditerunt. Georgius trapezuntiuſ publico romae gymnaſio hiſpanos gallos: germanoſque multos ut qui nonnulli aliquādo ſunt magni praeſtanteſque uiri: ſimul cum italicis oratoriae ac poeticae auditores habet. franciſcuſ uero philelphus ab ipſa gente chriſolora conſtantinopoli eruditus venetiis florentiae. Denis Bononiae ⁊ demū Mediolani graecas plurimos litteras docuit ⁊ latinas quid q valla Laurentius non modo ſuis elegantiis quoſdam neapoli impleuit ſed eaſ quoque per omnem italiam diſſeminari optinuit. Petruſque perleo ariminenſis mediolani primum poſt genuae Jacobus frater ſuus bononiae Porcellius romae ⁊ Neapoli ⁊ thomas pontanus perufiae variiſq̄ ciuitatibus Seneca camertinus italia bonis litteris implenda proui ribus enituntur auctor eſt Plinius olim nebulas nutrire uuas diſputat Rauennae uina praeſertim uermicula baberi optima Sed martialis contra ſentit his verſibus ſit ciſterna mihi quam vinea malo rauennae. Nā poſſum multo uenderē pluris aquam ⁊ alibi dicit nullo in ſolo gratiorē gigni aſparagum iſs quos vidit in hortis rauennatium quod martialis confirmat his uerſibus. mollis ⁊ aequorea quae creuit ſpina rauenna. Non erit incultis gratior aſparagis. Et alio item loco ſcribit Plinius in rauennatium mari rombum eſſe optimum martialis uero indicat rauennae ſemper alias ſicut nunc eſt ranas fuiſſe multas. Cum comparatauicinibus ruis ora. Piliacus habeat cocordill⁹ auguſta meliuſque ranae garriant rauennates. Cingunt rauennam amnes duo bediſum facientes quorum qui ad dexteram montonus qui ad ſiniſtram olim uitis nunc aquaeductus dicitur ortum in appenini iugis propinquo, tyberis fonti loco habens. adiacetque illi intus meldula oppidum ⁊ ſuperius galeata poſt ſancta Sophia. Ad montoni fluminis ſiniſtram in uia flaminia eſt forum liuii ciuitas vetuſti nominis tertium optinens locum. inter quattuor fora quae innominata Plinium ea in regione diximus poſuiſſe. Videmus autem Euſebium de temporibus dicere gallum poetam cuius ſaepe Virgilius ⁊ horatius meminerunt fuiſſe foroliuienſem ⁊ Plinius in vinis italiae optimis liuienſe enumerat fuit vero ea ciuitas quod procula vanitate mendacii de patria noſtra ſit dictum viris praeſtantiſſimis praeſertim litteratis foecunda quae praeter Gallum poetam habuit Guidonem bonactum aſtrologorum principem habuitque rainerium arſendum iureconſultum celebrem bartoli ſaxo ferratenſis praeceptorem ⁊ per eadem ferme tempora checho rubeo ⁊ nereo morando iuriſdoctiſſimis ⁊ franciſco petrarchae ſicut ipſe in epiſtolis ſaepe memorat amicis ornata fuit excelluit uero p aetatē nām iacob⁹ de turre foroliuienſis cūctos philoſophiam medicināque profeſſos ⁊ iacobi alegreti

Ludi litterarii

F. philelphus.

meldula oppi.
montonus.
Galeata.
S. Sophia.
forum liuii.

Gallus poeta.

forliuiensis bucolicum carmen extare uidemus caeteris post uirgiliani eo in genere scriptis carminibus facile ut periti iudicant praeponendū quid q vgolinus cognomine urbeuentanus forliuii genitus ⁊ nutritus omnes aetatis nostrae musicos sine contradictione superat aeditusque ab eo de musica liber haud secus omnium qui ante se scripserunt labores obscurabit quā bonati opera uetustissimorum scripta astrologorum seponi faciūt obitque nuper ludouicus forliuiensis et episcopus ⁊ ciuis philosophoꝝ aetatis nostrae theologoꝝque facile princeps Rei autem bellicae gnaros ⁊ i eo munere claros habuit patria nostra ioānē ordelaffū brandolinū et tybertum brandulos ac Boscardam quae etiam nunc ornata ē nicolāo basteo recanetensi ac maceratensi episcopo litteris moribus ⁊ bonitate conspicuo pariterque eius pronepote Stefano nardino camere apostolicae clerico doctrina uirtutibus que decorato. Magnam item spem dei munere constitutam uidemus in quinque blondis natis nostris quilitteris omnes pro aetate sunt pleni. ferracissimi etiam ⁊ in multis naturae benignitate praecipui est patria nostra soli quae praeter communes caeteris italiae urbibus fruges uini olei frumenti seminibus quoque abundat aromaticis nulli in italia alteri solo quam a pullo concessis annissio cardamonio senograeco cimino coriandro eam ciuitatem quartus martinus pōro. murorum munitione spoliatam in uici rutiliae formam redegit quā ignominiam honestissima populo ⁊ male a pontifice existimata processit causa Quom. n. galli ecclesiae soliti militare guidone appiensi ductore urbem durissima ac diutina praessissent obsidione cuius meminit uulgaris poeta dantes populus forliuiensis bortante bonaro guidone armis correptis facta eruptione magnam in illis edidit occidionem sed qui armis resistendo fortes fuerant ciues suasionibus postea mollissimis sic decipi permiserunt in quos pontifex immerito iratus in moenium urbis excidio desaeuit ad montoni dextera castr. cuz est oppidum prius salsubiū a scatente ibi salso fonte dictum inde douadula post cassianum deinceps arduo in colle est porticus eloquentissimo ⁊ graecae latinaeque doctissimo Ambrosio camaldulensi principe monacho quem genuit clarum ut non immerito nos aliquando gloriari soleamus q uetusti patriae nostrae agrius a forliuiensi praetore patrum nostrorum memoria petere soliti oppida Plautum sassina ambrosium porticus genuerunt Rauennae moenia secus montonum amnem fossa attingit a uetustissimis ut inquit Plinius messanium appellata duodecim milibus naugia in padum perferēs padusa ad eam fossam incipit palus uetusti nominis ⁊ quam geographi unicam in italia paludē esse uolūt de qua in georgicis uirgilius piscosoue amne padusa. Complectitur uero quicquid lacunae aut stagnorum aut palustris soli ab ea rauennate fossa quinquagesimo ferme miliario padū inter ⁊ flaminiae aut aemiliae agros intercedere uidemus Annonioque fluuio nec badriaticum mare nec padum attingens in eam primus delabitur palud em cui fluuio primus insicco adiacet trauersaria rauennatum Vicus et pari spatio ad dexteram bagnacauallū noui nominis oppidum prius tyberiacum ⁊ aliquando ad caballos appellatum. Diuidit autem interius anomo Fauentiam uetusti nominis ciuitatem: cuius

Blondi quinq

Amnisium.
Lardamonium.
Foenū graecū.

Bouadula.
Cassianum.
Porticus.

Annonio flu.

Trauersaria
Bagnacauallū.

famen sacram primo mentionem inuenimus apud Liuium libro. lxxxix. Sylla carbone cum exercitu ad Clusium: ad Fauentiam: Fidenciolāq caeso Italia expulit. Et Aelius spartianus in vita Hadriani interfecti insidiatores Hadriani consulares: palma terracinae: Pigritus fauentiae. Idemq; Spartianus Cetronius Commodus qui et helius verus nat? est maiestribus fauentinis. ⁊ Julius Capitolin? Lucii veri belli imperatoris vitam scribens sic habet. Origo eius paterna ex etruria fuit: materna ex fauentia. eamq; vrbem gothi subtulerunt ⁊ postea reaedificatam Federic? cognomine Barbarossus male habitam reddit immunitam. Et anno ab inde vix dum ducentesimo buitones in italia tunc militantes diripuerunt. Nuper vero Guidatius Manfredus primo post Astorgius frater praefuantes rei militaris duces eundem vicariatus ecclesiae titulo gubernātes muro cingere praecipiti ido inceperint. Ornata fuit fauentia nuper Martio praestanti rei militaris ductore. Tradi videmus a multis Octauium Augustum. M. Lepidum ⁊ M. Antonium de scelestissimo triumviratu suo apud confluentia prope Bononiam conuenisse. Abesse autem non potest quin aut fauentia aut proxime apud Bagnacauallum Cutignolaz ⁊ Lugum vbi fluminis animo sentius ⁊ vatrenus ac padus in mare vnis ostiis confluunt ea fuerint Confluentia. de quo nefario scelere in hanc sententia scribit Liu? libro. cxix. In triumviratu proscriptio facta est in qua plurimi equites senatores. cxxx. vicissim concessi Lepid?, M. L. Paulū fratrē. Antonius. L. Caesarem auunculum ⁊ Octauius. M. Ciceronē quū a Popilio legionario milite quom haberet annos. lxiii. occisus est capitiq; cum dextra manu in rostris posita ubi multos defenderat. Plinius de lino italiae tractans fauentinum in aemylia via mitis effert laudibus. ⁊ alio loco tos numerans quos Vespasian? imperator facta italiae descriptione excellenter inuenerat os repperit: vnam dicit mulierem fauentiae inuentam fuisse quae annos. xxv. supra centesimum nata erat. Interius quarto supra fauentiam miliario Aureolum est oppidum ecclesiae rauennatis amoenissimo in colle situm: sub quo in annomonem defluit Martianus torrens qui latera abluit mutilanae vetustissimi oppidi cuius mutili nunc appellati Liuius in principio belli macedonici sicut in Rauenna ostendimus meminit. fuitq; ante quingentos annos nobilis familiae comitum: qui Guido cognomine per flaminiam ⁊ etruriam floruerūt. Supra fauentiam ad Anomonis fluenta conuallis est fluuii nomen retinens populis frequentata. in qua Brasgella. rontana. grattaria. castilionuz castella. marrate. ⁊ bifurcus vici. ⁊ sub appennino crispinus. post anomonem padusam paludem influit Senius amnis cui ipsa in palude ⁊ in sylua quā tugi dicunt adiacet Fusignanum oppidum. Et ad dexteram Sennii ripā Cutignola est oppidum. vnde attendula gens sforciozum familia fluxit in italis nunc clarissima. Adiacet Lugo zagonaria castellum acceptae a florentino populo cladis in philippensi bello ⁊ captis in eo praelio Caroli marestae: quod in historiis diffuse ostendimus memoria celebratum. Et intra secundum inde miliarium ad Sennii ripam excisum est oppidum Cuniam ex quo operis huius principio diximus familiam nobilem cunii comitum originem duxisse quae multos habuit belli duces non itaque duxi

Confluentia.

Aureolum.
martianus fl.
mutiliana.

vallis annonis.
Brasgella.
Rontana.
grattaria
marrate

albricus comes. cunii.

mus omittendum quod maxime ad ptaesentem facit intentionē Albricū Cunii comitem qui primus hoc nomine in ea familia fuit fato quodam illum fuisse qui maximam in re militari italica fecit mutationem. Ut enim remotiora omittamus tempora: rei publicae ⁊ imperator qui ad inclinationem vsq; imperium Romae ⁊ in italia integr tenuerunt. ut etiam illa praetereamus quae per annos ferme quadringentos malo suo italia per visigothor. erulor ostrogothor ⁊ longobardor tempora vidit accurate nostris in historiis narrata magnam quietē italia sub Carolo magno ⁊ suis filiis ac nepotibus romae impantibus p annos circiter centū habuit Sed mox ad pristinos pene labores sub italicis tribus tyrannis berengariis redacta: breui post germanor regum imperii titulo ornator temporib? varia vtī fortuna coepit: quae aliquot ex ipsis tyrannos: aliquot inertes et malignos passa nil min? mali vidit q̄ quom inter seipsam diuisa est. ⁊ pte oppressa pars hastu dolis aut fortitudine vsa calamitatē ad tempus potuit declinare. vnicum vero tantis malis remedium aliquando excogitatum ē Quom implorata romanor pontificum auxilia aliquos a mali regis siue imperatoris germani saeuitia tutabatur. Quanq̄ tempora saepe fuerūt in quibus magis ipsa pontificum dissidia cum malis principibus nocuere. Quom itaq; id romanor pontificū aliquando inefficax remediū esset visū coepere vrbes in italia potentiores praesertim lombardiae ⁊ marchiae tantisinae sese in libertatem erigere. ⁊ sotietatibus initis inuicem se tueri. Iterfuerunt vero aliquotiens germani reges Otto tertius, tres henrici. terti? ⁊ quartus ⁊ postea septimus. deinde primus Federicus ⁊ secundus. ⁊ demum Ludouicus bauarus. ⁊ binc pontificibus sotiisq; bello populis inde regibus uel impugnantibus uel iniuriam propulsantibus strages vbique caedes direptiones incēdia in italis sunt commissa ut ausim affirmare pl? aliquando calamitatis ab hac gente acceptū q̄ raro alias a barbaris omnino christianae fidei hostibus perpessum erat. In tantis autem malis vltimo pene bauari tempore coeperunt romani pontifices atq; etiam aliquae bellor sotiae ciuitates aduersus germanicam tyrannor rabiem externos milites. francos. hispanos. anglicos. britonesq; mercede conductos ut italiam vocare. quin etiam quotiens orta inter electores imperii quod saepe contingit. aut aliter inter romanos principes discordia visum est tutū esse germanor electo imperatori inimicorū praesidia pretio sunt accepta. Vñ factum est ut per annos circiter centū a Martini quarti pontificatu vsq; ad Gregorii vndecimi tempora diuersis in regionibus italia aut theotonicos aut britones aut anglicos habuerit mercede cōductos. Nulla enī erat italiae ciuitas quae italico homini stipendia penderet. sed singuli populi inter se centuriati suae rei pu. munera gratis obibant. et vexilla curru vecta

Sotietates.

charrotium.

quod appellarunt Charrotium in expeditiones ac praelia ducebantur. ac sciditq; dimissos aliquando ut alias cum praedādi libido incessit hostilmodi conductos mercenarios milites plura maioraq; damna nostratibus q̄ eos a quibus timebatur intulisse. dicunt hoc maximo experti dāno suo. pisini clade ingenti duodecim milium uel ferro caesorum uel tyberi enectorum a britonib? āglicisq; afflicti testant Caesena Fauētiaq; crudeliter direptae ⁊ omnis regio affirmat vrbi romae adiacens in qua ferunt qui interfuerūt

supia seraginta oppida ⁊ castella partim funditus ut nunc manent excisa partim habitatoribus pulsis spoliata fuisse ut foelices habiti sint ex ipsis: qui nihil rerum amissione durius ab anglicis brittonibusq; fuerunt passi. Crescebat interim vicecomitum in lombardis potentia Benedicti vndecimi pontificis romani auctoritate in Bauari damnum dedecusque Luchino vicecomiti ⁊ Joanni eius fratri mediolanēsi archiepiscopo attributa. et varie per aliquot tempora inter lombardos quod diffuse in historiis dicimus est certatum: quibus in bellis quom brittones angliciq; contra ea Barnaboui vicecomiti sentirent: armauit ille cum alios in italia tum imprimis Albricum de quo dicere coepimus Cunii comitem qui extremo militi saepe congressus superior victorq; euasit. Et tamen variante vt fit fortuna exercitu Barnabouis fracto fugatoq; Albricus est captus: quem ut militari aetatis nostrae more dimitterent: quom illi precibus rationibusque aliis adduci non possent: barnabos argento ad trutinaz quanti ponderaret impenso redemit. Isque praestantissimus ductor eam gentem extremā breui expulit lombardia quae vicecomiti erat subdita. Barnaboue postmodum a nepote in carcerem coniecto Albricus stipendio dimissis italis omnibus qui arma ferre coeperant sese ducem ea ratione exhibuit ut coacti eam in militiam praestantiores quique inito foedere quod sacramento firmatum est vna essent sotietas sancti Georgii appellata: qua cum sotietate adeo ardenti caelosq; animo externos Albricus est insectatus ut nullus qui paterna auitaque origine in Italia genitus non esset arma p eum circūferre sit ausus. Fuisse autē ad quadraginta equitum milia externos italia tunc pulsos audiuimus: quom Albricus sua sotietate repentino tumultu congregatos vix duocecim milia habuerit. Fomesq; id ⁊ origo quaedam fuit ominum rei militaris ducum quos audiuim? ⁊ ipsi vidimus administrandorum bellorum gloria excelluisse. Nam Braccius montonensis domesticus Albrico familiarisque fuit. ⁊ Sforcia cum laurentio attendulo consanguineo prima ductu brandolini forolivi?ensis in albrici exercitu tyrocinia fecit: pariter Paulus Vrsinus Mostarda Forolivi?ensis Tartaliaque lauellensis ⁊ Thomasinus cribellus mediolanensis: Albrici ductu auspicijs ⁊ disciplina militiam sunt secuti. Institutae autem in Italia militiae Albricus nouum addidit ornamētum q̄ ubi thoraces. otreas. brachialiaque ex corio quod nos vidimus uel externi vel ciues in tumultibus patriae militantes induebantur ferro ipse ⁊ calibe totum armari hominem primus edocuit ⁊ in sua sotietate curauit. Externis Italia pulsis Albricus in neapolitanum se conferens regnum Ladislao regi a quo magni cōmestabilis dignitate ornatus fuit talem praestitit operam ut nedum regno a multis potentissimisque inuasoribus occupato fit potitus. sed talia per italiam fecerit fundamenta. ex quibus apparuit eum nisi morte post Albricum praeuentus fuisset regni italici atq; imperii dignitates in Italiam reducturum fuisse. Sentiant vero quicquid alii volunt nostra fert opinio tanti fuisse externos milites. anglos brittōes germanos italis pulsos esse ut ex opibus magis abundauerit. ⁊ maiorem certe tutiorē quietē postea semper habuerit. Nā etsi in bellis quae post eā externorum ejectionem sunt gesta vrbium oppidorumque direptiones

Vicecomites.

Bracciuſ. Sforcia Laurentiuſ Mostarda Tartalia.

Ornatus lautitio.

committunt. ab excidio tamen incendio ⁊ sanguine nostri saepius tempe
rant. ⁊ quod vni in expilatione damno est: opes alteri italico accumulat:
quas externus barbarusq; asportasset. Quin etiam econtra factum vide
mus ut quom multi ex italicis magna conducti mercede francis ac angli
cis coeperint militare. Spolia inde et pecuniae in italiam deferant. Nul
lusq; mihi ostenderet aedificandi, vestiendi, ornandi. ⁊ caeteram omnem
vitae nostrae quam hoc saeculo viuimus luxuriem. lauticiam. caeteroſq;
magnificos apparatus certe superioribus saeculis fieri solitis maiores ali
unde q̃z ab hac securitate ⁊ tutela originem habuisse. Quae omnia Albi
co nostro Cunii alumno quod excisum nunc arat non immerito laudem
gloriamq; perpetuam accumulant. Nec tamen negamus romanae curiae
in italiam ab Auinione reuersionem opulentiaz italiae plurimum adaux
isse. Nam quom per annos septuaginta auinione romani pon. curiam te
nuissent: Gregorius vndecimus natione lemonicensis eandem ad annum
salutis octuagesimum supra millesimum ⁊ trecentesimuz in italiam redu
xit. At postq̃z dei munere eloquentia p viri Romandioli Rauennae geniti
virtutē reuiuiscere coepit. ⁊ noua tutioraq; rei militaris forma in italia exter
nis eiectis per albricum item romādiolū ē reddita. eandē quoq; romādiolā
p nostras manꝰ tertiā in rebꝰ maximis gloriā italiae spamꝰ dedisse q̃ latentē
supra mille annos historiā tanta attingimus diligentia: vt omnem neduz
italiae. sed totius olim romani imperii ꝓuintiarum regionumque statum
ad quorum vel regum vel principum vel nationum manus peruenerit cla
re magis ⁊ q̃s fieri posse videret diffuse ostenderimus. quom Roma inte
rim instaurata Italiam quoq; absterſa errorum obscuritatumq; multa ru
bigine nouerimus illustrare. Interius via flaminia Sennium iungit pōs
proculeius. et ad dexteram in eadem via Bologniesium est noui nominis
oppidum. quod patrum nostrorum memoria bononiensis populus a fun
damentis aedificauit. Supra sunt Sosenana ⁊ in appenino palatiolū ca
stella olim rei militaris gloria clarissimae genti vbaldinae subdita quae su
periori saeculo simul cum longissimi tractus appenini vicis. castellis. ⁊ op
pidis ab eadem gente possessis populus florentinus per arma cepit. In pa
dusa item Vatrenus sequit amnis. quem Plinius scribit solitum fuisse
ostia padi nunc primaria ubi spineticum appellabat adaugere. Sed nunc
uersio pene viginti milibus cursu noui nominis ostia in padusam. ⁊ padum
habet zauiolum appellata ubi claraе memoriae Nicolaus estēsis marchio
magnifici operis arcem et postea Leonellus successor ac filius viam quae
duodecimo miliario perducit Lugum fecerunt. Intus ad vatreni dexterā
in via flaminia est Imola forum Cornelii a priscis appellata. ad quod erat
aemyliae regionis initium. Martialisque cocus poeta hanc vrbem inha
bitasse videt sicut his in versibus innuit. Si quibus in terris qua simus in
vbe rogabit: Corneli referas me licet esse foro. Ea ciuitas a narsetis mili
tibus sicut in historiis diximus diruta et breui post a Clephi immanissimo
longobardorum rege sub nouo hoc Imolae nomine ut Rauennatibus fi
dem populo romano seruantibꝰ opponeret aedificata est. habuitque pan
lo supra aetatem nostram Beneuentum qui grammaticus ⁊ ludi magi
ster tunc in Italia primarius quom historias noscet aliqua scripsit. Cla

Roma instaura ta.

Italia illustrata

castrum bolog nesium.

Imola.

Fo. c.

ruitur diebus nostris Joannes imolensis pontificii ⁊ ciuilis iurium peritis
mus. Est interius ad vatreni sinistram septimo ab imola miliario Tanxi
gnanum oppidum quod decimum Joannem ro. pon. genuit ingentis cer
te virtutis ⁊ famae vir: a quo sarraceni mediam ferme italiam optinētes
in fugam primo conuersi. post ad Lirim fluuium magna occisione ꝓfliga
ti italiam reliquerunt. Fuit quoque tanxignanum superiori saeculo ortu
tum Petro excellenti medico et nuper ex vico codregnano qui tanxigna
no mille quingentis passibus abest originem habuit Joannes ferrariēsis
episcopus vir cum doctus. tum omnimoda vitae sanctimonia redundās
Supra ad vaterni dexterā Coderonchū ⁊ supi? sub ipsis appenini radici
bus est Florentiola nouum oppidum a populo florentino cui subest aedifi
catum. Proximo item in padusae loco oppidum est caput silicis appella
tum per quod transmissa lintribus septimo miliario padusa per zaniolum
nauigat in padum via quae ab eo oppido imolam duodecimo ducit miia
rio silicis nomen retinet inde olim inditum q̃ silicibus roma auectis stra
ta fuit. Quom enim romano imperio florente, aliqua belli aut paucis vsi
bus necessaria in aemyliam deferri esset opus ea mari aduecta p padi ostia
⁊ inde per padusam huc loci comportabant. vnde viam natura soli ⁊ palu
dis ꝓpinquitate coenosam. et raro tunc sicut ⁊ nūc etiam aestate plaustra
pferrentem sterni necessitas adegit. Silices autem roma auectos fuisse ut
dicamus facit plinius: qui genus id lapidis nullo alio q̃ circa vrbē ⁊ ma
re etruscum loco repiri dicit. Bisplos vero p Ferrariam Imolam ac cir
cunstantia loca silices ab hac nunc spoliata via acceptos videmus esse ex
his qui nunc in stratis circa vrbem romam viis passim conspiciunt. Se
quit rozens in padusam labens Siler: cui intus apposita sunt agri bo
nonienſis oppida sancti petri ad dexteram. ⁊ Bucia ad sinistram. Supe
rius vero in montibus est flagnanum oppidum secundo Bonczio pon. ro
mano ibi genito decoratum. Tozens inde habet Claterna padusam iu
xta vicum, ad caballos petens. ad cuius nominis pōtem viam flaminiam
iungentem oppidum fuit claterna cuius modica apparent fundamenta.
de quo Cicero ad Lentulum. Erat claternae noster bircius ad sor. Cor
nelii Caesar paruo inde spatio a padusa absunt oppida hinc medicina in
de Butrium populo ⁊ quidem diuite frequentissimum. Supra est in colli
bus Varagnana. Ider inde habet sinuius apud mulinellam vicum padu
sam attingens. vnde vigesimo stadio ad padi ripas lintribus nauigatur.
Ad sinistramque idicis primo in colle castellum est Brittonum sub appe
nino. ad sinistram visanum. ad dexteram caburattium. amni sauene padu
sam illabenti Bononia adiacet Suntque intus ad eius amnis sinistram
via florentina vici planorum primo. post in montibus Loianuz inde scar
calasinum ⁊ in appenino caprennum. deinceps est rbeni bononiensis pars
fossa manufacta per vrbem ducta quae auesam torrentulum vrbem diui
dentem ad pomerium augens lintres per padusam dimittit in padū. Se
cundum huius nauigationis sinistram padusae adiacet ocelinum turris in
ferrariensi via ad limitis agri bononiensis custodiam communita. Apud
ocelini turrem padusae finem olim fuisse ⁊ rbenum bononiensem eo in lo
co aut propinquo padum influxisse. Indicant peruetusti vtriusq; amnis

Coderonchū. florentiol.

Siler fl. Bucia.

Loianum.

aiuei: indicantq; pariter ptolemaei ac aliorum geographorum descriptio
ac pictura. quom vero paduſ quattuor fere milia paſſus retrocesserit quic
quid praesentem padi ripam & ocelinum intercedit paduſae accessit nec ut
ante consueuerant padum illabuntur rhenus & Scultenna. sed lauinio et
samogia auctus rhenus & Scultennae & formigini torrentulo iungitur co
actaq; huiusmodi aquarum moles per vltima paduſae ostia ad Bondenū
illabitur padum. Id vero bononiensis agri quod rhenū paduſam & ipſam
intercedit vrbem plurimis vicis oppidis & castellis frequentatur. Podio
lambertinorum. prosperio plateſiorum. venantio galleria peretulo. cétbio
& plebeio. Bononiam vrbem vetuſtam scribit plinius vrbium quas etru
sci vltra appeninum habuere primatiam boiorum postea caput fuiſſe ut p
felsina credatur primum boionia post Bononia esse dicta. Eam Liuius
xxxvii. dicit coloniam a romanis deductam: agrumque eum fuiſſe captū
de bois gallis qui ager prius fuerat etruſcorum quam per Augusti et ali
quot imperatorum tempora trium opulentiſſimarum italiae ciuitatuz su
pero mari adiacentium vnam fuiſſe. quom alii dicunt scriptores tum affir
mat plinius. Suetonius autem dicit Octauianum bononienſibus q; in
antoniorum clientela antiquitus fuerant gratiam feciſſe coniurandi cum
tota Italia pro partibus suis. Idemque Suetonius scribit Neronem im
peratorem orasse latine pro bononienſibus ad conſulē & ad senatum. Ju
lius capitolinus in. xxx. tyrannorum gestis reb⁹ de Censorio dicit. Erat
eius sepulchrum grandibus litteris circa Bononiam: inciſi sunt eius bo
nores. vltimo tamen ascriptum eſt foelix per omnia infoeliciſſimus. Ad
annum salutis quadrageſimum supra octingenteſimum Sergii pon. ro.
os porci prius appellati temporibus quom Lotharius tunc imperator lu
douicum filium romam cum copiis mitteret: bononienſes illum multis
incommodis damniſq; affecerunt. Quam obrem ille conuerſo qui iam
praeterierat exercitu vltionis modum exceſſit q; post agri vaſtationem sa
ctamq; in inſontibus per vicos villasq; repertis caedem obseſſam vrbem
captam que reddidit immunitam. & tamen illam ad annum salutis septua
geſimum primum supra ducenteſimum & milleſimum tam scimus fuiſſe
potentem ut aduerſos venetos liberam mari adriatico nauigationem p
bibentes tribus annis bello contenderit in quo Bononiae praetor caſtra
habens apud padi ostia vbi caſtellum bononienſes aedificauerant quadra
ginta milia equites peditesque in exercitu tenuerit: repulſiq; veneti amiſ
ſis aliquot copiis cum ducis venetiarum Laurētii teupoli ductu paratio
res rediſſent inter bononienſes venetoſque pax firmata eſt in qua actum
eſt ut padi ostiorum custodia venetis relicta poſſent bononienſes p ea sal
& frumenta abſq; vectigali ad libitum deportare. Sequenti anno orta ciui
li diſſenſione bononienſes factionem ciuium ut dicebant imperialem pa
tria eiecerunt lambertatios. & eorum partes ſecutos aſinellos de andalo co
mites panici. carbonenſios. ſtoletos albaros de villa noua. de principib⁹.
de abbate. comites butrii. fuſcardos. de albaeſio. de fratta. de la mola vil
la noua. de ruſticanis. ex inde quom pars quae in ciuitate victrix māserat
extorres animoſius inſecuta forum liuium in quam illi ſe receperant ciui
tatem obsediſſet bononienſis exercitus fractus eſt & fugat⁹, quo in praelio

Podium lāber tinorum S. Venantius Galeria. Bononia.

Extorres

legi in venetorum monumentis octa milia bononienſes ceciderisse. Quoquo autem modo res poſtea ſe habuerint Bononiaz anno nonageſimo vix dū elapſo fuiſſe a romanae ecclesiae magiſtratibus hoc nouo quem nūc habet circundatam muro scimus conſtarque eam non muro magis per id tēpo ris ac diu poſtea q; opibus amplificatam fuiſſe: habuit Bononia sicut tra dit Euſebius. L. Pomponium bononienſem atbalanarum ſcriptorem. & paulo post per. M. Tullii Ciceronis tempora sicut ipſe in Bruto di cit. C. Ruſticellum oratorem haud quaquā contemnendum. & secundo Lucio pon. ro. Alberti filio cūe ornata fuit. Martialis vero eam vrbem ruſo ornatam fuiſſe dicit his versibus. Funde tuo lachrymas orbata Bo nonia ruſo: & resonet tota planctus in aemylia. Pliniusq; refert cum Ve ſpaſiani imp. edicto italiae census haberetur. L. Termicium Marci fi lium bononienſem vigintiquinq; & centum annos fuiſſe natum. Idemque Plinius dicit nullos calamos aptiores esse sagittis q; bononienſes. & ſpe culares lapides bieues maculoſoſque complexu ſilicis in bononienſi agro reperiri. Habuit autem paulo ſupra aetatem noſtram Bononia Joannē andreae Calderinum iureconſultorum aetatis suae celeberrimum. Hau demuſque aetatem noſtram tuliſſe Nicolaum albergatum qui primo car tuſiae monachus poſt Bononiae epiſcopus demū romanae ecclesiae car dinalis: vir fuit cum celebris ſanctimoniae tum etiam ſapientiae ſingula ris: nuper quoque Antonius claruit bentiuolius vir nobiliū aetatis suae in Bononia potentiſſimus. & potentium sui ſaeculi bonarum artium cae terarumque virtutum praeſertim liberalitatis gloria celeberrimum. Obi itque primis temporibus philoſophor⁹ sui ſaeculi praeſtantiſſimus Ni colaus ſaba bononienſis. Superſunt autē Gaſpar nūc epiſcopus imolen ſis & philoſophus inſignis. & multi iurium ciuilis & pontificii & philoſo phiae ac medicinae ſtudiis ornatiſſimi: Ludouicus de gente ludouiſia ſa cri palatii apoſtolici auditor. Baptiſta floriani iureco ſultiſſimi fil⁹. Gaſ par arrengherius & noſter Bonius ſilenſis. Matrem vero ſtudiorum Bononiam tam pauci is nunc ornari eleganter doctis nullus mirabit qui meminerit. quod cum horore dicimus ciuiles diſcordias plures ferro p aetatem noſtram Bononiae abſtuliſſe praeſtantis ciues: ſe quos nūc ipſa & duae ſimiles in italia habeant ciuitates. Ad rheni ſiniſtram interi⁹ oli ueium ubi conuallis rheni incipit vicus. Ad dexteram ſub appenino Ca ſium, in appenino Granarionum arx altiſſima. Inter Samogiam torren tem & Scultennam amnem ſunt oppida & caſtella Creualcorium. Perſi cetum francum vbi olim fuit forum gallorum. apud quod oppidum. M. Antonium bircius & Panſa coſ. praelio superarint. de quo praelio ſic ha bet Liuius libro. crix. Cum Panſa coſ. male aduerſus Antonii pugnaſ ſet. M. Bircius conſul cum exercitu ſuperueniens fuſis Marci Antonii copiis fortunam vtriuſq; partis aequauit. Victo⁹ deinde ab Bircio & cae ſare Antonius in galliam confugit. At Bircius qui poſt victoriā in ipſis hoſtium caſtris ex vulnere ceciderat. & L. Panſa ex vulnere defunctus in campo martio ſepulti ſunt. Deinceps intus ſunt pluinatium. bazanum. mone velius. agri bononienſis caſtella. Eſt etiam in bononienſi agro in pa ludem paduſam vergenti Nouantula oppidum monaſterio inſigni ornatū

Caedes bononi enſium.

Bononia.

Gaſpar epus. B. floziani.

Caſium
Granarionum

Transpadana.

quod gloriose Matildis comitissae opera impensaq; aedificatum est. Sed iam sculteinnae ripa ad quā peuenimus aspadanae romandiolae regionis finis ad transpadanam eiusdem partem transeundum esse admonet. Ad prima padi ostia Spinā vrbē diomedicis opibus fuisse conditā scribit Poli. sed eius nunc parua extant vestigia partim vallis partim dorsus spinae appellata. vnde ꝓpinquū padum veteres spineticum appellant quo in spinetico tradit Suetonius Claudiū imp. de britannis triūphatum nauē aedificasse omnium maximā quae potius magna domus potuerit appellari. Primū ea dextera padi ripa vicum habet sanctalbertum vbi anno nunc septuagesimonono atq; cētesimo veneti castellū aedificarunt Marcomana appellatum ut bononiēsibus resisterent hostib⁹ qui aliud castellū in aduersa padi ripa sed inferius iuxta mare magnis sumptibus communiuerant. Estq; is sancti Alberti locus vnde per fossam paduae messanicus duodecimo miliario Rauennam itur. Ea in padi ripa frequentes et prope contigui intra viginti milia sunt vici. humana. fossa putula. longastrinus filus. a padi rectitudine milia passus sex continuata dictus rupta blasianus in quo villam habemus locupletem e regione zamoli sitam in qua bozū partem scripsimus. et post Argenta oppidum simul cum ferraria a smaragdo exarcho sicut in historiis diximus primo moenibus communitum duo de. viginti milia passus distans a ferraria ciuitate: quo in spatio secundus padi ripam distat ab argenta tribus passuum milibus Cosandala villa marchionum estensium magnifici operis aedibus ornatissima. Ad eamq; villam rectus et primarius padi cursus qui praeterlabitur anno nunc centesimo octuagesimo veniebat alueo quem nunc a vico coderea corrupte ꝓ caput eriolani dicto secus villam Belreguardam deficcatam videmus. Pa pictura italiae quam imprimis sequimur Roberti regis Siciliae et Francisci petrarchae eius amici opus vicuetiam vicueriamq; et conam vicos p fluenti pado appositos habet. Quare partes ipsas padi a ferraria Cosandalum et a Coderea in mare nunc defluentes a centesimo anno initiū habuisse non dubito. Supra Cosandalum alia est villa Monasteriolum appellata. Ad secundum maris littus distant a primariis padi ostiis passus quindecim mille stagni. quod prisci Capresiam dixere ostia nunc Magnavaca vulgo appellata. ad quod stagnum passus supra duodecim milia in circuitum patens Comaclensis sita est vetusta ciuitas quam p gothorum longobardorumque tempora classem armare solitam veneti ab alberto berengarii regis filio comaclensium auxilio iniuria lacessiti ad annum salutis nonagesimum tricesimum secundum destruxerunt ut semper postea sicut et nunc a paucis fuerit incolis habitata. Mirum vero est cernere quantam id stagnum praestet piscium copiam: quod anguillarum cephalorumq; sale conditorum vis maxima inde habita: magnum estensibus marchionibus vectigal omni propemodum Italiae satisfaciat. Scimus vero vidimusque hac in piscatione contingere quod Plinius de baenaco mintioq; scribit his verbis. In baenaco octobri mēse glomeratae anguillae voluuntur mirabili multitudine ut in excipulis eius fluminis mintii ob hoc ipsum fabricatis singulorum milium globi capiantur. Ualaua sequuntur vetusti praesentisque nominis ostia: quae ramus auget a pado veteri apud Cla-

Cosandalum.

monasteriolum
Capresia.
magnauaca.

Foch.

deream siue caput eridani scissus. Suntque ea in insula quam bifurcatus hac scissura padus mare adriaticum ac palus Capresia efficiunt vici populis frequentissimi et villis ciuium ac omnimodo agresti cultu amoenissimi in quis eminēt inferius massa et fossadalbarum miliare: miliarinumq; et meddana. et supra portus ac Belreguardum ingentia cuius villae magnificentissimi operis palatia a praeclaro praestantissimoque principe Nicolao marchione estensi in veteri vico vicoeria aedificata: caeteris equiparari possunt omnibus quae in ciuitatibus alios italiae principes aedificasse viderimus. bicq; volanae ramus vigesimo supra mare miliario dextror sum se in alterum scindit ramum: cuius ostia appellant Gbozum. Sunt quoq; in insula inde facta Codegbozium et massentia vici populis refertissimi. Inest quoque clarissimum aedificiisque supbissimum pomposiae monasterium. Quartus debinc habetur ramus padi quem contra Ficarolum diximus primum ab eo scindi: diciturque in ostio ad fornaces sic a vico uel potius ab hospitatoria taberna denominatus. Idque vltimū padi ostium limitem efficit quo romandiola secundum mare diuiditur a venetiis. In ea vero insula quam duo hi rami a veteri pado quintodecimo secundum ripam superiorem distantem miliario efficiunt. Ferraria est ad secūdum veteri pado appositа: quam ciuitatem in historiis primum fuisse moenibus circundatam a Smaragdo patritio et Italiae exarcho ostendimus. Nominis causam banc afferunt vetusta rauennatium ecclesiae monumenta q; vbis illius archiepiscopi tria iurium ecclesiae suae loca a tribus metallorum nominibus appellauerint aureolum foliuiensis agri in amoeno colle situm ab auro. et argentam pado primario oppositam ab argento: ferrariamque a ferro. Ob eam autem quae in padi ramoꝝ scissura et alueorum mutatione facta est locorum confusionem non satis indicare possumus. Utq; ne in hoc ferrariae loco an supra ubi ramus est ficaroli incoluerint assarigi quos populos etruria oriundos vult plinius assagiā fossam in adrianorum paludes deriuasse. et inde vrbis adriae summersionem inchoasse. Sed vetera haec ut sunt dubia relinquentes ad nostrum redeamus institutum. Quom ferraria vbs ab ipso conditionis initio in partibus rauennatium romanorumque simul aduersus longobardos duraret illis a Carolo victis post donationem de exarchatu Rauennate sancta romanae ecclesiae in eius obaedientia perseuerauit. Tandem quo tempore germani imperatoris ecclesiae aduersari coeperunt. ipsa quoque ciuitas sub alterutris vacillauit. Sed ad annum salutis vndecies centenum Matildis comitissa venetorum rauennatiumque auxilio eandem vrbem ab Henrico tertio ecclesiae hoste occupatam sibi subegit. Et anno ab inde centesimo et vigesimo primo quom marchiones estenses amicitiis diuitiisq; potentissimi in ferraria essent: Salinguerra quidam ferrartensis per eorum et Ecelini de romano amicitiae occasionem praesidia vsus Federici barbarossi instigationibus auxilioq; ferrariae dominium occupauit quem Innocentius quartus pon. ro. venetorum auxilio ad annum salutis duodecies centenum atque quadragesimum expulit. Et marchiōes estē ses ferrariam sibi paulo post subigere inceperunt. Sed āno ab inde sexagesimo octauo veneti ipsis marchiōib⁹ ꝑ arma pulsis ferraria sūt potiti eāq;

Bborum.
Codegborum
massentia.
pomposia.

ferraria

Matildis.

ut dimitterent adduci non potuerunt: licet Clamens quintus pont. ro-
ciuitatem venetiarum ecclesiastico superimposuerit interdicto. vnde omnia
eorum bona per gallias britanniaq; direpta fuerunt. nec paruissent iussioni
bus papae veneti nisi legatus ecclesiae in italiam aduinone veniens Mar
chionum estensium & ferrariensium exercitum auxilio fractus venetos vi &
armis ferraria primum. post castello thealdo quod ad pontem retinebant
magnis vtrinq; commissis caedib⁹ deturbasset. Fuitq; postea sp ferraria
sub estensis familiae gubernatione pontificibus obaedientissima & adeo ta
li domino foelix ut cum opibus et potentia creuerit per singulos ānos. tū
maxime proximis viginti annis mirabile habuerit incrementum quod
tum multiplicare fecit concilium a quarto Eugenio pontifice romano ibi
celebratum. Cui interfuerunt Joannes paleologus impe. constantinopoli
tanus. et quicquid praesentis temporis graecia christianis subdita virorū
habuit excellentissimū Inchoata nanque est ferrariae quam florentiae con
clusam fuisse diximus orientalis vnio cū ecclesia occidentali. Habuit etiā
ferraria per aetatem nostram praestantissimū principem Nicolaū estensem
cui ad summam gloriam nihil praeter litterarū ornamenta defuit: quā fe
licitatis partē additam vidimus principi Leonello quē nuper amisimus.
Et nouus marchio Borsius. & si litterarum ornamēto caret: humanita
te tamen liberalitate & prudentia genitorē Nicolaū nobis reddet. Quod
vero praeteritis temporibus nouae sed splendidissimae ciuitati defuit prae
sens supplent saeculum in quo viros habemus nobiles litteris humani
tatis ornatos Nicolaū. Laurentiū. Robertum & Titum fratres strozzas
Lippum platesium. & qui peritissimus etiā est medicus & philosoph⁹ hie
ronymū castellum. Difficilis nunc nobis restat limitum huius regiōis de
signatio praesertim Adriam exarchatui Rauennae subiectam simul cū fer
raria in romandiola claudere cupientibus. Padō quē ficaroli dixim⁹ ap
pellari decimo supra mare miliario ad dexteram vbi primum tellus habe
tur solida & aratri patiens adiacent coxbulae vici duo aliquot passuū mi
libus inter se distantes. deinc crispinum. post est fossa peloscella: cui intus
adiacet Orchanum speciosa villa praedictorum Nicolai laurētii Rober
ti & Titi strozarum doctrina aeque ac nobilitate gentis ornatorum. mul
tas ab ostio fossae peloscellae padus alienas accipit aquas. Nam paruo du
cta tractu ipsa fossa paludes eronerat amplissimas. utpote quas magna
pars albesis fluuii veronensium & totus tartarus totusque menac⁹ rozen
tes adeo late longeque augent ut maris sinū amplitudine ac sublatis quan
doque fluctibus ostentent. Insumtq; q̄ plura castella & vici quoq; ad dexte
rā primū est fracta oppidum in quo ad annum salutis duodeciescentenum
atque vigesimū quartum magna ac ppe vniuersalis populi vtriusq; sexus
caedes facta est ab Azzone nouello marchione estense partes Balinguer
rae ferrariensis tyranni acrius insequente. Ad sinistramque paludum pe
loscella ingredientibus est syluestris domus. vnde patauina via in arquatā
vicum peninsulae rodigiensis est passuum duorum milium traiectus: me
diaq; in valle sunt tresienta & oppidulū guilielmū ac ipsius vetustae adriae
fundamenta: inter quae vicus est ecclesia vna & aliquot domib⁹. sed casis
ut plurimū piscatoriis freqntatus. Ea vrbs olim praeclarissima quā mari

Conclium

Nicolaus. Laurentius Robert⁹ strozzae

Valles fratrae

Tresienta

Fo. c.m.

adriatico nomen dedisse ostendimus a graecis lydis sicut vult Justinus &
ab etruscis sicut Liuius Pliniusq; scribunt originem habuit: quae etiam
nunc ciuitatis titulum ac diocesim retinet. Orit̄ menacus rozens ad ma
gnanum agri veronensis vicum ceretaniq; & praetellas vicos praeterlabit̄.
Tartarus item in agro veronensi ad graecianum oriundus micarolum in
sulam pcariam ad sinistram & gagium ad dexteram vicos habet. Albe
sis autem pars quae dicras illabitur paludes sub liniaco & villa barbolo
maea primam ad castagnarium scissuram facit. Trium vero huiusmōi flu
uiorum per contiguam regionem marchiam tarusinam delabentiū. ideo
in hac cursum descripsimus ut peninsulam rodigiensem barriensium dio
ceseos ac regionis quam claudunt sicut par est in partibus romandiolae
colligamus. Estque ea in peninsula Rodigium nobile oppidum Bartho
lomaeo ornatum Rouzella archiepiscopo rauēnate studiis eloquētiae ac
humanitate plurimum decorato. Est & venetium castellum antiquae vene
tiae nomen seruans. Sunt quoque oppida Lendenaria & Abbatis popu
lis frequentata. Supra fossae peloscellae ostium sunt ad sinistram Franco
linus ad quem via paduana pfecti ferraria padum transmittunt. & ad de
xteram pontis lacus obscuri vicus. Supraque peruenit̄ ad padi integri
ripam vnde ram⁹ scindit̄ ficaroli. deinceps q; integer est padus. Hūc vero
ficaroli ramum intra centum primos inchoasse. ideo non dubitamus qa
roberti regis neapolitani & francisci petrarchae pictura italiae quam nos
sequi supra diximus ipsum non habet ramum. Praeterea monasteriū san
cti Saluatoris in quo arx ficaroli aedificata fuit. & eius vices optinens
sancti Laurentii de castellis ecclesia monasterio sancti Marci ferrariensis
annexa vetusta habet annoz quadringentorum iurium suorum monumē
ta in quibus facile intelligit̄ ubi padus ipse nunc est ficaroli dictus fuisse
agros confirmatque nos in hac nouitatis huius rami opinione appositi
singulis praediis singulisque iuribus monasterii vltra citraque padū hūc
existentibus fines: q̄bus designandis nulla vnq̄ ipsius rami mentio facta
est. Sūt ea in padi integri ripa Seravalle & Castrum nouū arces. massa
brigantinus & melaria vici tum opulentissimi. tum etiam populis freque
tissimi. deinceps terra. & per padi ripam lombardiae & ad contiguas me
lariae ac brigantini agro paludes tarusinae marchiae limites habentur.

Castagnarium

peninsula

rodigium

venetium

Regio septima Lombardia incipit foeliciſſime.

Erducta eſt ſuperiori libro romandiola hinc ad ſiniſtram ſcultenne amnis ripam. inde ad melari am agri ferrarienſis vicum certos vltra citraq; padum limites ſuos lombardiae nunc opera eſt impendenda. id nomẽ a longobardis tractũ eſſe conſtat. Quando enim Carolus magn⁹ et Hadrianus ꝓmus pon.ro. nomẽ ut diximus romã diolae indiderunt. Hanc quoq; partẽ italiae ali qñ dictã prius galliã ciſalpinã voluerũt cẽſeri noie lõbardiae q̃ a lõgobardis ad decẽ ⁊ octo ſupra ducẽtos annos fuerat occupata. ſicq; eã romana eccleſia ab ipſo tpe citra ſuis in monumẽtis pãnos ſexcẽtos ãnquaginta fecit appellari. ⁊ q̃ꝫ Verona. vicẽtia. padua ⁊ taruiſiũ ciuitaſ ac oĩs regio aq̃leiẽſis eccleſiae ab eiſdẽ quoq; longobardis ſp fuerint poſſeſſae. certa tñ nobis rõe quã ipſas deſcripturi regiões afferem⁹ q̃ttuor illae ciuitates cũ aliquot aliis marchia taruiſina ⁊ reliq̃ ps italiae illi adiacẽſ. tũ aq̃leiẽſis tũ forozuliĩ regio ab eo tpe fuerũt noiatae. Sũt lõbardiae fines ſcultenna et pad⁹ ãnes appenin⁹ ⁊ alpes citra padũ ⁊ vltra eũ q̃cq̃d intra alpes baena cũq; lacũ ⁊ ãnẽ ipſo claudit pado. Igit ad ſcultẽnae dexterã q̃ influit forꝫmigo tozzẽs foſſae inixt⁹ a mutina defluẽti bõport⁹ ẽ vic⁹. infra ẽ Finale oppidũ ad quod ea quã diximꝰ aq̃ꝫ moles rbeno ſcultẽna forꝫmigine ⁊ pleriſq; tonẽtib⁹ coeũtib⁹ foſſã efficit piſtorenã vltima paduſae oſtia faciẽtẽ: apud bondenũ oppidũ ubi opinor fuiſſe bõdomacũ quẽ Pli. lingua galli ca ideo ſic appellatũ affirmat q̃ imenſũ ibi pad⁹ ꝓfundũ bẽat. Scultẽna fluui⁹ vetuſtũ id nomẽ ſupra via aemyliã nũc retinet infra panari⁹ appellat Eſt is fluui⁹ apud quẽ annũ ſalutis ſexcẽteſimũ ⁊ ſeptuageſimũ praelio inter rauẽnates ⁊ lõgobardos cõmiſſo cecidiſſe in rauẽnatiũ ptib⁹ octo milia oñdim⁹ in biſtoziis. cui interi⁹ ad ſiniſtrã adiacẽt ſpilimbertũ. vignolã maranũ ⁊ in appenino fananũ p qõ oppidũ arduus ẽ in etruriã ad piſtoriã trames. Forꝫmigo tozzẽs apud ſpezanũ oziũdus mutinã attingit vetuſti ⁊ in biſtoriis freq̃ntati noĩs ciuitatẽ. quã Li. li. xxix. ducit fuiſſe cũ piſauro ⁊ parma deductã a romanis coloniã. ⁊ libro. cxviii. idẽ Li. ſcribit. M. ãto niũ obſediſſe mutinae. B. brutũ ⁊ quõ miſſi ad eũ de pace legati paꝫ valuiſſent po.ro. ſaga ſũpſiſſe. Infra aũt li. cxix. idẽ Li. cã maſoꝫ fuit quõ. C Octauius. B. brutũ ab obſidiõe Antonii liberaſſet ſenatus ipſi bruto triumphũ decreuit leui mẽtione habita militũ octauiani. Quare iratus ⁊ antonio ac Lepido recõciliatus romã cũ exercitu venit ⁊ ãnos agẽs decẽ ⁊ nouẽ cõſul ẽ creatus. Tradit aũt Pli. exire mutinẽſi agro ſtatis dieb⁹ vulcanũ. eã mutinã q̃ tunc extat nouã eẽ ⁊ vetuſtae fũdamẽta pauxillũ diſtare conſtat. Quis autẽ uel bãc aedificanerit nouã uel fuerit veterẽ demolitus nõ inuenimus. certũ tñ habemus ipſam quae nũc ẽ trecẽteſimo ãnquageſimo ab binc anno non fuiſſe. ⁊ vtriuſq; ſolum annis ante reaedificationem q̃dringentis munitionibus in vrbẽ coactis caruiſſe. In biſtoziis enim gothoꝫ lõgobar doꝫq; nuſq̃ eius nomen inuenit. quom bononiae. tanneti: brixilli ⁊ parmae nomina ibidem ſint frequentia. Qua ratione in ea diuiſione terrarum Italiae quam Carolus magnus et Ludouicus ac alii

Longobardi. gallia ciſalpina

Scultenna
Bomportus
ſiſtozena foſſa.
Bondenum.

L. Octauius.

fo. c. mi.

ſilii ⁊ nepotes romana cum eccleſia fecerunt in neũtriuſ ptium ſortẽ haec ipſa ciuitas venit. vnde nec pon.ro. ceſum pendet nec ab impatore aliquã dependentiam habet: fecit hacten⁹ paduſa palus ut ſiniſtram padi ripã a primariis oſtiis ad bondenum deſcribere nequiuerimus. Poſt bondenuꝫ quinto miliario in padi ripa eſt Stellata vicuſ arcem habens. vnde cathena m alteram trahit e regione pado appoſitam arcem. quibuſ praeſidiis marchioneſ eſtenſes padi integri ⁊ vtriuſq; ei⁹ ripae clauſtra communiunt ⁊ defenſant. Sermedum in hac padi ripa ſequit vetuſti nominis oppidũ p quod Antonini pii itinerari⁹ liber oſtẽdit iter fuiſſe a pãtauio adeuſtoq; Concordiam oppidum ⁊ inde Bononiaꝫ accurris: quae ratio facit ut non dubitem ramum qui ſub ficarolo caeteris maiꝰ a pado ſcinditur nedum per antonini tẽpora: ſed neque diu poſtea ſicut in romandiola diximꝰ fuiſſe. Poſt Sermedum in padi ripa eſt reuẽꝫ nouum oppidum e regiõe oſtiliae ſitum. quod Ludouicus gonzaga marchio mantuan⁹ validiſſim⁹ communitum moenibus pulcherrima domo ornare pſeuerat. Intus eſt Mirandula ⁊ interius Corrigia oppidum nobilis corrigioꝝ familiae patria. Poſt eſt Carpum opulentiſſimum oppidum nobilis pioꝝ familiae domiciliũm. Primus deinceps fluuius inter ⁊ ſolus paduꝫ illabit Sicla cui ad ſiniſtram imminet Nuuolaria vicus. turris. aqua longa ſarolum ⁊ ubi torrente dollo augeꝫ Salcinium. ⁊ ad Bollum ſub appenino Fracta noxium. et ut appenino pegrinum qua arduus item eſt in etruriam et Lunenſem agrum ſaltus apud Salcinium etiam altero Sicla dextroſũ auget torrente: cui adiacent oppida Carponetum. volognum. ⁊ in appenino Piolum. ad Siclae dexteram ẽ ſancti Benedicti celebre monaſteriũ a gloriosa Matildi comitiſſa aedificatum. Intus ſancti Martini oppidũ ⁊ ubi foſſam Taram cruſtulus illabit torrens regiolum. interius ad dexteram roberia. ad ſiniſtram lora baeſium. ⁊ ſub appenino caſtꝝ nouum. ad Cruſtuli ſiniſtram in via aemylia eſt regium lepidum ciuitas quam cum mutina optinet eſtenſis marchio ferrarienſis. Et ſi vero haec ciuitas ſatis eſt vetuſta quam Lepidum p̃ſceleſtiſſimi triũuiratus tempora aedificaſſe conſtat. tamen ſicut de mutina diximus nomen eius in nullis gothoꝝ aut longobardorum biſtoriis reperit. cum parmae. tanneti. Bononiae. et brixilli numina eiſdem in biſtoriis frequentia inuenant. ut non abſurde videamur conſpicari ne aliquot ſaeculis deſtructa manſerit aut immunita. Frõtinus enim ſtrategẽmatibus ſcribit. In legionem quae regium lepidũ oppidum ininſſu ducis diruerat animaduerſum eſt ita ut quattuoꝝ milia cuſtodiae tradita necarent. praeterea. S. C. cautum eſt ne quem ex eis ſepeliri vel lugere fas eſſet. Supẽrius ſunt palus et Sarcha. ⁊ ad dexterũ gypſum ⁊ Canoſſa. in quo oppido glorioſam Matildum comitiſſam in biſtoriis oſtendimus ſeptimum Gregoriũ pontificem romanum ab inſidiis ⁊ violentia Henrici tertii imperatoris tutatam fuiſſe. ⁊ Henricum poſtea decalciatis pedibus ⁊ nudo capite per mediam byemẽ de nimbus et glacie veniam a pontifice impetraſſe. Sequit in ripa padi guardaſtallum olim. nunc guaſtalla quo in oppido miratus ſum pontifices romanos vrbanum et paſchalem vtrũque nominis ordine ſecundum ante annos trecentos duo cõcilia celebraſſe. vnde crediderim illo quod tũc fuerit oppido

Sermedum.

mirandula.
corrigia
carpum
Siclaſi.
nuuolaria.
Salcinium

palus

Brixillum.

Liuius.

Narses.

Lentia fl.
Guardasionū
Rossana
Parma fl.
Colornium
Parma

destructo nouū hoc postea aedificatuz fuisse. deincepe est brixillū vetusti ⁊ in historiis celebrati nominis oppidum nunc inciuile: cuius arcē conigiē ses nobilis lombardiae familia magnifici apparatus ornatam aedificiis in habitant. primus vo omnium Rotharis longobardoz rex brixillū quod rauennatibus suberat quom vi cepisset demolitus. Eodemqz bello a lon gobardis materia planciscq communitum rauennates iniecto igni penit? delertarunt. Tannetum fuit oppidum aemyliam inter viam ⁊ brixillum regio vrbi propinquum. de quo Liuius libro vigesimoprimo infrascripta habet quae potuerunt mutinae esse communia. Trium viri ad deducēdas colonias missi placentiae moenibus diffisi mutinam confugerūt legati ad boios missi violati sunt mutina obsessa. ⁊ simulatum de pace agi missique ad eam tractandam a gallis cōprehensi. L. manlius impe. effusum agmē ad mutinā duxit. et in syluis quae tūc circa mutinā erant caesi sunt roma nozum octingenti. caeteri Tannetum petierūt. Et libro vigesimoprimo. Sicut in regione Romandiola salsinam describentes boiorum caput di ximus: ostendit Liuius Tannetum fuisse boiozum oppidum his verbis Ita diuisae copiae boisque in agrum suum tannetum pfectis. Apudqz id oppidum longobardi equites decem milia quos Narses patricius copia rum Justiniani imperatoz dux mercede conductos primū in Italiā duxit Totilā gothozū regem sicut in historiis diximus supatū interfecerūt. Eo denique paulo post in loco idem Narses Buccellinum ducem gallicum magnas regis metensium copias aduersum imperatorias legiones ducen tem magna in illius exercitu facta occidione superauit. Scribitqz Liui? in censu italiae qui Uespasiani imperatoris edicto habitus est: virū vnū Brixili repertum fuisse qui centum viginti annos natus esset. post Brixil lum Lentia fluuius padum illabitur. ad cuius sinistram intus est guarda sionum. superius Rossana. defluit postea in padum. Parma fluuius. ad cuius dexteram est Colornium tolleratae bis in aetate nostra durissimae obsidionis famā notum. Intus via aemylia Parmam ciuitatem vetustā romanozum coloniam: quam Liuius libro quadragesimo simul cum pi sauro ⁊ mutina deductam fuisse ostendit. Idem fluuius parma diuidit. Uiros habuit ea vrbs praeclara praestantes; sed maxime duob? Cassio poeta et altero centurione Cassio ornata fuit: Macrobiumque cuius ex tant doctrina pleni de saturnalibus libri: parmensem fuisse legimus in cu ius sepulchro parmae celebri nostra aetate conditus est Blasius parmen sis philosophus non incelebris. Quattuoz ipsa vrbs ornata est magnatū familiis amplissimi. Eius agri oppida ferme omnia ditione tenentib? ma gnumqz alentibus equitatum. rossis. corigiensibus. palauicinis. ac vitalē sibus. qui cum vni domino parent et lombardiae aditum ⁊ ipsam custodi unt ciuitatem. Quom vero quicq̄ in prouintia aut inter seipsos acciderit disturbii: diuisos secum quadrifariam ciues et omnem quintiā motibus inuoluunt. Auctoz vero est plinius quom imp. Uespasianus italiae popu los describi faceret inuentos fuisse duos parmae quozum vterqz vigintiqnqs supra centum annos vixisset. ⁊ Martialis poeta ostendit agrū parmensem semper antea sicut nunc est bene pascuum fuisse. Tondet ⁊ innumeros gal lica Parma greges. Interius ad parmae amnis sinistrā Sapellū chaesta

Brotium.
castellanū op.
Tarus fl.
coniuſ fl.

fidentiola.

Nura fl.
carminium.
placentia.

⁊ Brotium oppida. et sub appenino Belforte. ad dexteram bagantiano torrenti Parmam augenti Calestanum adiacet. Tarus exinde fluiū? pa dum illabitur. Intus ad sinistram ubi conio torrente auget? fornonum su periusque complanum sancta maria. et ad ortum fluuii citium castella. ad de xteram solegnianum ⁊ bargum vbi alpem bardonis olim fuisse dictum in uenio in quo Lucprandus longobardozum rex monasterium quod barce tum dicitur aedificauit. Ad comi sinistram ⁊ ubi ocba torrens illum influ it est Stoparinum. post Tamugola ⁊ Cornus ⁊ ad comi ortum est ruinū sub quo est Carisium medio quod rarum amnem ⁊ proximū torrentē ar dam interiacet spatio in via aemylia burgus est domini? nobile oppidum Infra est Buschetum nouuz oppidū. ad larde sinistram Scargia. int?. co lumbanū. ⁊ in via aemylia est fidentiola oppidū nobile vetusti nominis, de quo Liuius libro. lxxxviii. Sylla Carbone exercitu ad clusiū ad fauentiā fidentiolam qz caeso italia expulit. ad dexteram est nobile oppidum arqua ta vinum habens omniū regionis suauissimū. Sequit Nura fluuius: ad cuius dexteram intus carminium ripa ⁊ Rauengonum. ad sinistram ron couerum. ⁊ sub appenino Nucetum. Post amnem nuram prim? padum illabit fluuius Trebia. ad cuius ostium est Placentia: quā. M. Asconi? pedianus tradit ordine quinquagesimā ⁊ tertiā coloniā romanozū dedu ctam fuisse a. P. Masone asina: a. Cn. pompeio strabone ⁊. P. Cornelio Scipione triūviris. Suntqz eo missa sex milia hominū noui coloni: in quibus equites deducendi fuit causa ut apponerent gallis qui eā partem galliae tenebant. Liui? autem libro. xxi. Agro gallozū capto coloniae deductae sunt Placentia ⁊ Cremona. ⁊ libro. xxvii. Hasdrubal quod celeri tate itineris pfectū erat: id moza ad placentiā dum obsidet magis qz op pugnat corrupit. Crediderat cāpestris oppidi facilē oppugnationem esse ⁊ nobilitas coloniae indurerat eū. Et libro. xxviii. Placētinu ⁊ cremonē ses questi ad senatum de agri populationib? quos fecerant galli accolae fuisse senat? manlio praetori ut curaret. ⁊ decreuit senat? ut qui ciues pla centini et cremonenses erant in colonias mitterent. Trebellius pollio in aureliani gestis rebus. Quom autem aurelian? vellet omnib? simul mar comannis facta exercitus sui constipatione occurrere tanta apud placentiā clades accepta est ut romanum pene solueret imperium. Scribit etiam Liuius vigesimo primo fuisse apud placentiam emporium ope magna mu nitum ⁊ valido firmatum praesidio: quod hannibal expugnare nequiuit. Id emporium fuerat a romanis bello gallico munitū inde locum frequen tauerant accolae mixtis vndiqz ex finitimis populis quos praelio supatos hannibal crudelissime diripuit. Ornata fuit placentia. L. Tincha ora tore placentino sicut Cicero in Bruto dicit dicatissimo. Idēqz cicero p murena dicit patrem. L. pisonis eius qui fuit. C. Julii caesaris socer fu isse placentinum et bello marsico faciendis armis praefuisse. et diu post habuit gregorium decimum pontificem romanum qui lugdunense conci lium celebrauit. Isque pontifex celeberrimus post multa gloriose in eccle sia dei gesta arretii obiit et sepult? est vbi saepe miraculis coruscauit. Scri bitque plinius. Quom Uespasiani imp. edicto census italiae haberet. virū vnum placentiae repertum fuisse qui triginta centumque vixisset annos.

Palauicini

Eaq; ciuitas ad annum quadringentesimum nonum supra ducentesimū & millesimum palauicinis nobilibus subiecta fuit cuz nunq; prius cuiq; alteri subdita fuisset qui nos Italiae omnis aut saltem lombardiae totius dominium optineret. Casus vero quos postea per aetatem nostram pertulit horrendos referre infinitū fuerit: sed satis supraq; sit nunc clariores breuiter explicare. Post mortē Joannis galeatii vicecomitis qui fuit primus Mediolani dux intra duos annos Placentia octies praedae exposita fuit ad eamq; tunc deuenit calamitatē ut nos ipsam plustrauerimus totam omni mortalū praeterquā vnius publici hospitatoris habitatione destitutam. & ad annū postea plus minus quadragesimū Philippo duce mediolanensium tertio vita functo: quom populus mediolanensis se liberus esse paz fortunato consilio quaesiuisset placentiaq; venetis se dedisset: in eam mediolanenses arma verterunt. Franciscusq; sforcia mediolanensis popoli ductor exercitus: illam durissima pressit obsidione. Defendebat autem vrbs a Tadeo estense quem veneti cum duobus equitum totidemq; peditum milibus praesidio immiserant. quom tamen populus inesset magnus milia virorū octo. Mediolanensium vero exercitui praeter sforcianos milites decem milia inerant. franciscus piccininus, Guidacius Manfredus Ludouicus vermeo. Carolus gonzaga. & alii minores copiarū ductores: quos omnes constat supra quindecim milia equitum peditumq; habuisse. Oppugnata vero est Placentia aliquot diebus copiis bipartitis & vnis castris sforciani alius caeteri omnes tenderent & muri vrbis bombardis aperti sunt. forte autē fortuna accidit padum continuis aliquot dierū imbribus auctū adeo intumescere ut naues ad moenia appellerent. Quam ob occasionem tertio nauali praelio vrbs oppugnari coepta & Guidatio gonzagaeq; id muneris est iniūctum, capraq; est magno impetu vrbs praeclara. Tanta autem in diripiendo fuit rabies tam effrenis libido ut nihil humani aut diuini iuris aliter sit seruatum q̄z si in barbariem quandā publico dei principūque orbis christiani edicto fuisset saeuiendum. Et ne singulas per curriam scelerum formas eq quae alias in vrbium direptione miserrima sunt visa: matronae violari: virgines parentum sinu euelli: interminima Placentiae tunc sunt visa. Secus Trebiam paulo supra placentiam locus est insigni clade romana Sempronio cos. ab Hannibale infligta notissimus. & Trebia intus ad sinistram habet Runchinetum, & superius Bobium monasterio beati abbatis Galli quod ipse anno aduentus longobardorū in Italiā octuagesimoseptimo Addoaldi Theudelindae reginae filii & ipsius reginae impensa aedificauit clarum. vbi vero torrēte auanto Trebia auget est Argonastum: superius ad dexterā Octunū iouenū. & ad fontē Mombrunū qua in ligures supra genuam est trames. Ad torrentis auanti sinistram ubi torrente algretia auget sancti Joannis oppidū & in appenino Talliolum est castellum in padi ripa sunt rursum torrētia ostia qui torrens in via aemylia sancti Joannis agri placentini oppidū attingit Infra est ad dexterā Bosenascum, viterius ad padum Stella. & ad torrētia copae ostia Bricolanum. ad huiusque torrentis sinistrā intus est Clastidium illud poenorum secūdo bello punico horrendū nūc mediocre oppidū de quo Liuius. xxi. Hannibal inopia quae per hostiū agros cūctos nusq;

Bobium.

Argonastum.
Octunum.
mombrunum.
Talliolum.
Tunus fl.
Bosenascum.
Stella.
Bricolanum.
Clastidum.

praeparatis commeatibus maior in dies excipiebat ad Clastidium vicū quo magnū frumenti nimeq; congesserant romani mittit. Ibi quom vim pararent spes facta pditionis nec sane magno pretio nummis aureis quadringentis datis. P. Brundusino praefecto praesidii corrupto tradit hannibali Clastidium. Id horrendum fuit poenis sedentibus ad Trebiam. Illud autem oppidum & adiacentes ciuitates per id secundi belli punici tempus fuisse ligur ditionis ostendit Liuius. xxii. Q. Minutius in Laeuaz Italiae ad infer mare flerit iter geminoq; exercitu educto a liguribus ortum est bellum oppida clastidium & licubiū vtraq; ligur. & duae gētis eiusdem ciuitates celelates corrdiciateſque sese dediderunt. & tum omnia cis padum praeter gallos boios ligur sub ditione erant. Superius sunt trocho neum & turris. Influit inde padum Staffola torrens. ad cuius ostia est Albianum. Supra ad sinistram nazzanum & vorcum ād dexteram. intus Vogebria oppidum nunc opulentissimum. torrens inde habetur coronū: ad cuius sinistrā intus Lassium. ad dexterā superius muleta & castellariū. Fluuius sequitur Scbirmia. supra cuius ostia ad sinistram castrū nouum oppidum & ipsum opulentissimum: quo insignem Borsium estensem philippus anglus mediolanensium dux donauit. Supra est Terdona ciuitas vetus quam ad annum nunc sexagesimum supra ducentesimum Federicus imp. Barbarossus vastauit. Superius ad Scbirmiae sinistrā Seraualis. quod oppidum Philippi mediolanensium tertii ducis dono possidet Blasius agereus genuensis quem res maritimis expeditionibus bene gestae clarū fecerunt. Et supra eam sunt insula Bissuda & in appenino Torrētia. Sequitur amnis Tanarus duodecim auctus torrentibus. quorum quattuor ad sinistram: ad dexterā octo accipit. Ad Tanaz amnem orta incipit celebris nunc Monferratus appellata cuius fines sunt hinc padus inde appenius & Tanarus ipse a fonte suo ad ostia quibus fert in padum & superiori in parte montes Moncalerio primi vbi pedemōtium incipit ferratensisque ora pene omnis marchionibus est subdita in Italia nobilissimis. Qui ex paleologis constantinopolitanis imperatoribus oriūdi quinquaginta iam & centū annis eā oram possederūt. Supsuntq; fratres quattuor Joannes Guilliclmus Bonifacius & Theodorus sedis apostolicae notarius. Et si vero oēs litteris sunt ornati treſq; natu maiores arma cū laude tractarunt: Guilliclmus tamen pluribus per Italiam bellis interfuit. Locoz eius orae ordinē sequi & simul digniora copiosius describere operosum fuerit atque impeditum nimis opus. Quare summatim quae cunq; videbunt digniora explicabimus. Ad padi ripam sunt Bassignana vbi ponte iunctus est padus. & Valentia vel potius Valentium sicut Plinius vbi primo foz Fuluii dicebatur. deinde pomatum. frassinetum. casale sancti Euasii quod per aetatem nostram ornatū fuit Facino cane praestantissimo rei bellicae ductore. deinceps bñ pōs sturiae. camiaū. gabianū verrucula. sanctus Raphael. grassinum. & moncelariū oppida ac salutia marchionum eius cognominis illustrium patria. in quā principem nunc habemus litteris & omnimoda virtute conspicuum Ludouicum. & secundum amnis tanari ripam post Bassignanam sunt mons castellus & Panonum oppida. Deinceps Bergolium, & altera portio einsdē ciuitatis pars

Trochoncum.
Staffola.
Albianum.

marchiones tres quattuor.

Bergoliu
mons castellus.

Alexandria

alexandria quam mediolanenses placentini ⁊ cremonenses ut papiensib⁹ inimicis commodius obesse possent ad annum salutis sexagesimum quintum supra centesimum ⁊ millesimum aedificarunt. ⁊ ut nouae vrbi ac facto suo maior accederet auctoritas: eam a tertio Alexandro tũc romano pontifice alexandriam vocauerunt. Supra quam sunt oppida foelicianũ ⁊ monum. deinceps Asta ciuitas malo vsurae quaestu opulenta quã nunc optinet dux aurelianensis francoꝝ stirpe regia oriundus. ⁊ inde habentur oppida guarene. monticellum. sancta victoria. ⁊ pollẽtum ubi. Cn. plancus cos. a. M. Antonio suspectus interfectusque fuit. Superius sunt ceua oppidum nobile ⁊ sui marchionatus oppida ⁊ castella inter quae tanari⁹ fluuius ortum habet. Deinceps per tanari sinistram descendendo obuia ẽ Alba ciuitas pompeiana a Plinio appellata. inde Rocha tanari oppidũ ⁊ supra vbi Burmida fluuius tannaꝝ amnẽ illabit. Sunt ad sinistrã oppida castellatium. cassine deinceps aquae ciuitas. Supra quae eam sũt bastanium curtismilium ⁊ carium oppida nobilium scarampoꝝ quibus locis oppida continent. ⁊ castella marchionum charretensium in appenino sita. ⁊ ad genuensium occidentalẽ ripariã continentia aquae ciuitas. Infra vero torrens borbus. ad dexteram damianum ad fontẽ habet canachiũ cui primum est oppidum carmagnolã. quod aetate nostra ornatum fuit Francisco cognomine Carmagnola: quo excellentissimo rei bellicae ductore Philippus mediolanensium dux tertius si diutius bene vti sciuisset rem venetam florentinãq; in maximum discrimen perduxisset. post supra dicta padus ⁊ in sinistro duoꝝ cornuũ quae sub ortu suo efficit habet vncinum in dextero Tricium. inter quae duo oppida ẽ ipse padi ortus quem plinius fontẽ visundum appellat: dicitq; eũ mediis diebus aestiuis velut inter quiescentem semper arescere. ⁊ arduus a quo fons ipse scatet mons vesulus a priscis ẽ appellatus. Ex quo primum nasci ⁊ ab alpib⁹ discedere incipit appeninus padum amnem a Virgilio libro sexto Eridanum appellatum. Seruius grammaticus scribit. Ideo a poetis dici apud inferos nasci quia nascat in appenino in mare inferum verso. sed contrarium esse videmus quom ea pars appenini ex qua ortum habet sit in mare superum versa. Quod autem postea Seruius subiungit verum ẽ Eridanum fuisse dictum a Solis filio in curru fulminato quem male regebat: postea sorores flentes versas in populos. Sed iam transeundum est ad aliam lõbardiae partẽ quae olim dicta est Italia transpadana. de qua plin⁹. Transpadana italia addita faba sine qua nihil cõficiũt ⁊ vbi de rapis libro. xvii tractat dicit. Tertius hic transpadanis fructus primusq; illi ẽ in padi ripa Mintius noti vetustiq; ⁊ a Virgilio celebratissimi nominis fluui⁹ lacu Benaco effusus Mintio ad sinistrã ppe padum Souernum oppidum. apud quem locum primus Leo papa Atthilam hunnoꝝ regem qui flagellum dei dictus est ne vlterius italiam ingrederetur suae sanctitatis grauitate deterruit. ⁊ vbi Mintius palude emittitur: Mantuam vrbem circũdante Formigosa ẽ castellum. Mantuam vrbem vetustissimã ab etruscis conditam ⁊ vnam fuisse duodecim coloniarum: quas superius ex Liuio patauino docuimus transappeninum ab ea gente missas magis constat q̃ ut alia indigeat ꝓbatiõe: praesertim quom poeta insignis Virgili⁹ ciuis

pollentum.
Ceua.
Alba.

Carmagnola.

Mantua.
Liuius.

Virgilius.

facit

suus id orbi faciat notum nimiumq; diffusiusq; eius vrbis narrat originẽ. Mantua dives auis sed non genus omnibus vnum. Liuius libro. xxii. Ita diuisae copiae boiiq; in agrum suum Tannetum ꝓfectis insubres cenomaniq; super amnis mintii ripam consederunt infra mille passuum milia. et Cornelius cos. eidem flumini castra applicuit. ⁊ libro. xxiii. prodigia enumerans quo anno quinto secundi belli punici fuerunt dicit Mantuae stagnum effusum mintio amni cruentum visum. Passa est pridem Mantua calamitates maximas praeter illas quae virgiliano versu sunt notissimae Mantua vbe miserae nimium vicina Cremonae. Nam ab Atthila gothis longobardis ⁊ Chachanno bauarorum rege eam quãdoque dirutã. quandoque spoliatam. quandoque moenibus apertis immunitã fuisse relictãq; in historiis ostendimus. Mantuae per Caroli magni tempora sanguis Christi miraculosus apparuit. ad quẽ visendum secũdus Leo papa se cõtulit ⁊ inde in germaniam ad Carolum accessit. Caroluſque Caluus magni filius Mantuae veneno interiit: quod Hebraeus medic⁹ pecunia corruptus dedit. Eadem quoqũe in vrbe secundus Nicolaus pon. ro. concilium celebrauit in quo confirmata est constitutio de pontificis ro. electiõe a cardinalibus facienda. Interfuitque concilio Matildis gloriosa in cui⁹ potestate ea vrbs tunc erat. Obiit in ea nuper praestantissimus princeps Joannes Franciscus gonzaga bello ⁊ pace clarissimus virtute cuius ⁊ ꝓximarum lombardiae ciuitatum infortuniis per aetatem nostram opibus mãtua populoq; ꝑ multis ante fuerit saeculis plenior est facta. Supestq; Paula vxor mulierum aetatis nostrae a religionis sapientiae ⁊ humanitatis partibus celeberrima. Et huiusmodi parentum laudibus respondẽtes Ludouicus marchio Caroluſque frater ⁊ si arma cum laude tractant litteris exornantur. Quibus eos ⁊ fratres ⁊ sorores imbuit vir doctissimus ac omnimoda virtute conspicuus feltrensis victorinus. Episcopum item ⁊ ciuem nunc habet mantua praestantissimum Baleacium capriauum litteris honestate ⁊ prudentia ornatissimum. Mintium amnem ponte iũgit Valegium oppidum. Supra ad lacus emissorium est piscaria magni portus oppidum arce ⁊ ponte magnifici operis a Scaligeris olim veronensibus communitum. Isque ꝓ baenaco Gardae lacus nunc appellatus ẽ. Virgilius. Quos patre baenaco velatus arundine glauca Mintius insesta ducebat in aequora puppi. Baenacusque oppida ⁊ vicos habet ad dexteram Lagisium Gardamque a quo nomen accipit turrim Malsesinũ ⁊ Turbolum sub quo illum intrat Sarcha fluuius in tridentinis montibus oriundus. Estque is turboli vicus turri munitus debilissima ad quẽ primaria historiarum nostrae aetatis pars pro miraculo narrat triremes venetorum philippensi bello altissimis traductas montibus in baenacum fuisse dimissas. Sarchiae item ad dexterã sunt castella ⁊ vici arch⁹ drẽna Madrusium. ⁊ ad parui lacus quem in montibus facit dexteram Vociacum. superius in valle pontionum. ⁊ ad fluuii Sarchae fontem scã Maria. Ad mintii sinistram goidum Volta et Capriana. ad lacus vero sinistram Riuoltella. Besentianum. mineruium. ⁊ in sinu quem facit lacus angulo salodium. post in circuitu madernum. garganum lucionium. ⁊ rina nobilissimum regionis oppidum quod in historiis lõgobardoꝝ legim⁹

Sanguis xpi.
Leo secũd⁹ pa.
Carolus ma.

L. marchio

Gardelacus.
Lagisium
Garda.

madernum
Garganũ

sic appellatum fuisse a riuo sanguinis qui factus est quom rex longobardo
rum Grimoaldus francos italiam per Tridentum ingressos magna occi
dione in praelio superasset. Superius ad Sarcbae sinistram trennium et
cadarcionum. Estq; in lacus insula Sermionum. Ultra mintium per pa
di ripam est burgus fortis vbi mantuanus marchio illū munitissimis hinc
inde custoditū arcibus catbena claudit. paulo supra sunt amnis ollii ostia
Is fluuius lacu sabuino quem nunc Isei vocant effusus breui supra padū
tractu ad dexteram clesio augef flumine. ppe cuius ostia est oppidū mar
charia. z ad ipsa ostia Caluatum castellum. Ad Clesii vero dexterā sunt
asola. mozum. mons clarus. cui amplissima adiacet planicies z lunatum
oppida. Ad eiusque sinistram gauardum. buarnum. angoseniū. superiusq;
clesium tres augent torrentes. toucrus. degnus biocolus. Ederum inde
habetur castellum apud sui nominis lacum. quem sub Ludronio castello
altissimis in montibus influit Chaffar torrens. ad Clesii vero fontē bar
gatium ē oppidulum. At ad olii fluminis sinistram sunt pōs vicus. vrcei
nouj. vrcei veteres oppida. z supra ad sebuinum est Isei oppidum a quo
lacus nouum accepit nomen. Supra vbi Ollius ipse lacum influit est
pisognum castellum. z vbi torrente augetur grinia buenum. Superius
ciuitale z brocium vbi fontem habeat ollius difficile est diffinire. Nā quō
a frigidolso lacu qui est in alpibus torrentes decidant duo qui ad sinistraz
est frigidolsum nomen retinens ollium influit. qui vero est ad dexteram in
alium cadit torrentem a quo ollium habere initium incolae affirmant.
Quom item aliter torrens apud poggium castellum ozundus duorum
quos habet ramoz altero ad sinistram per Bialengum sanctum Bartho
lomaeum armicumq; z cusiam vallis solis loca amnem altero ad dexterā
ollium illabitur communem cum abdua ortum illius habere videf. Sed
ad inferiora amnis ollius paulo supra clesii ostia ad sinistram habet plati
nam post rebechum. inde Soncinum oppida superius palatiolum z cale
bium. Ad lacusque sinistram Sartiagum. pranozium. loarium. monticu
lum gēmium z edolium. medio quod clesium z ollium amnes interiacet
spatio Brixia est praepotens ciuitas quam Justinus ex Trogo dicit con
ditam fuisse simul cum Mediolano z pluribus aliis ciuitatibus a gallis q
vrbem Romam ceperūt. Sed Liuius velle videf eam fuisse cenomanoz
olim a quibus condita sit caput. Est autem vetusto nomine z rebus apud
eam gestis clara: quam Liuius libro. xxi. fuisse romanis auxilio his vbis
scribit. L. Aemylius imp. effusum agmen ad mutinam ducit. z in syluis
quae tunc circa mutinam erant caesi sunt romanoz octingenti. Caeteri
tannetum petierunt sex signa militaria adempta. Fuere tunc auxilio Ro
manis brixiani galli aduersus alios gallos z boios. Et libro. xxii. Ita di
uisae copiae boisque in agz suum tannetū pfectis insubres cum cenoman
nis super amnis mintii ripam consederunt infra mille passuum milia. et
Cornelius cos. eidem flumini castra applicuit inde mittendo in vicos ce
nomannozum brixiamque quae caput gentis erat ut satis cōperit z caete
ra. Nec tamen minus clara est reddita per aetatem nostram obsidiōe quā
omnium durissimam philippensi bellor Francisco barbaro insigni veneto
praefecto defendēte pertulit. Brixiam praeterlabif fluuiꝰ mella scatēbꝰ

Clesius fl.
marcbaria.
Asola.
morum.
mons clarus.
lunatum

frigidolsum.

Brixia

fo. cv iii.

vbiq; per regionem fontibus z riuis potius q̄ torrentibus quattuoz influ
entibus non multis auctus aquis quas ad nullum proximozū amnium
integer perducit. Habet media ad dexteram mioripianum concisum et se
retium castella ad sinistram vbi crescere incipit clozum. subinde villam
z vricinium z vbi influit Broccus torens broccium z ad bronci ortum lo
drium: ad fontēq; mozmae torrentis pesacium secusque mellae ipsius al
ueum bozatum z cosum. Ad padi alueum sequif Bosiolum z post vitelli
ana oppidum opibus populoq; refertissimum: quod Vitelli? imp. dire
pta Cremona dum Otonis Romae impantis mortem cum pdirozibus
constitutā expectat p castris primo babuit: postea ut p oppido habitare
tur reliquit cōmunitum. Superius ē Sabloneta oppidum quo familia
in cremonensibus nobilis comitum pliceti quae nunc habet. Brocardus
litteris ornatissimum duxit originem. Inde quinto miliario in padi ripa
abest Casale quod cognomine dicunt maius oppidum populo frequētis
simum. Inde milibus passuum triginta abest Cremona vetus romanoz
colonia simul cum Placentia sicut Liuius. xxi. scribit deducta quae si
cut Virgilius nō de praeterito magis vere dixit q̄ de futuro vaticinatus
fuit. Multas saepenumero calamitates incurrit ep post tempora Virgi
lii a vitellani exercitu primum ut dirimus direpta. z post annos circiter
quadringentos a gothis. inde a Bilulpho longobardoz rege z sclauis illi
militantibus per dif. xii. septembzis ad annum salutis circiter sexcentesi
mum z trigesimum euersa. et annis postea plus minus sexcentis inde cla
psis a Federico imp. barbarosso spoliata ac immunita fuit derelicta Huc
autē franciscō sfortiae per blanchae mariae vxozis dotē subiecta est. habu
it ex vetustissimis. M. furium poetā cognomine bibaculū z postea Quin
tilium poetā Virgilio z Horatio familiarissimum. Eusebium quoq; cre
monensem ecclesiasticozū dogmatum peritissimum. Habuit quoque Be
rardum sabloneticum excellentē physicum z astronomū qui caldaeas grae
casque sicut z latinas edoctus litteras Auicennae z Rasis siue Almāsoꝛ
ris libros qui nunc latine leguntf transtulit ex arabico. z nup habuit Joan
nem balistarium praeceptozē meum grāmaticae rhetoricae z poeseos qui
bus adolescens ab eo imbutus fui peritissimum. Habuit quoq; tum mul
tos iurī z medicinae deditos: tum maxime Nicolaū placentinū ep̄m vin
centium fratrē amidanos ciues eloquentia exornatos. Supra ad dexterā
ē Macbastorra castellum caede caualcaboum quos Cabrinus fundul?
crudelissime ibi occidit notissimū. deinde p primo loco sunt ostia fluminis
abduae. Intus ad dexteram paucis supra padum milibus abduam influ
it Serius amnis ad cuius ostia imminet abduae picitonum oppidum po
pulo frequentatū arcē habens inter primas munitioneſq; lombardiae nu
merandam. Et ad Serii dexterā sunt sanctus Sebastianus Castilionuz
Ruminengum Martinengum z in montibus Sbisalbagum. Seriacūq;
z inde vallis Seriana viris plurimis frequentata. Ad Serii fluminis si
nistram primum ē Crema oppidum nobile a federico barbarosso post affli
ctam Cremonam in eius ciuitatis damnum opprobriumque aedificatum
quo veneti per foedera sunt potiti quae cum francisco sfortia aduersus me
diolanenses inierunt. Supra sunt Nemberium z Vertozium. et ad fluuii

Bozatum
Bosiolum
itelliana.

Quintilius.
Eusebius.

Crema.

Nemberiuz
vertozium

Bardionum. Castr nouum. Lauda

fontem Bardionum. Imminet ostiis abduae ad sinistrā castrum nouū cognomine bucca abduae. Interius quinquagesimo secūdum amnis decursum miliario ē Lauda ciuitas quā federicus barbarossus mediolano destructo aedificauit: ornaturque ea ciuitas Ambrosio vignatensi iurisconsulto in lombardis praestantissimo bonarūque artium studiis deditissimo et pariter mapheo veggio doctissimo atque optimo viro. aliquot editis operibus partim metro partim oratione soluta claro. Distat a praesenti Lauda ciuitate tertio miliario altera Lauda vetus dicta quam vulgo ferunt Cn. Pompeium aedificasse datis ibi colonis primariis pirratorum quos duxerat in triumphum: quod quidem nullo inuenimus in loco. Quin potius Seruius in Virgilii expositione ē auctor pirratas partim in graecia partim in Calabria a Pompeio agros habuisse nisi forte aliter voluisse videatur innuere Lucanus in primo ubi facit caesarem Ariminj concionantem sic dicere. Quae sedes erit emeritis: quae rura dabuntur. Quae noster veteranus aret quae moenia sessis: An melius fiēt pirratae magne coloni. Plinius vero velle videtur eam vrbem fuisse conditam a populis nomine liuiis & maritis qui fuerunt transalpini & tamen eam appellat laudem pompeianam: raram autem in veteribus scriptis eius vrbis aut loci vidimus fieri mentionem. Primusque praeter Plinium locus in quo Laudae ciuitatis nomen legat est vbi nos Odoacris etuloꝝ regis aduentum in italiam describentes diximus: quod & aliunde accepimus horestem patritium Angustuli imp. genitorem apud Laudā odoacri cōgressum ab eoque supatum papiam confugisse. Supra Laudā abduae immanet Lassianum oppidū. post regio est mons brigantius appellata multis habitata viculis & vini optimi castanearūqꝫ feracissima. vbi vero abduae mons ipse imminet Brippium est oppidum quod veneti optinent. Et supra varios inter colles abduam dextrorsum illabit brembus amnis cuius conualli inter montes insunt castella & vici sanctus petrus. menū. augū sanctus peregrinus. sanctus Joannes. & platia. Contra brembi amnis ostia ē vanarium castellum. & intus gozgontiola. attrahit ex lacu lario nūc Comi dicto abdua sinum quem leuci lacum dicunt. Estqꝫ ad lacus ipsius emissorium qua fluuius abdua in mediterranea exit. leucum oppidū ubi pons eum iungit amnē. Et secundum lacus dexteram superius sunt abbatia Mandellum. deinceps lernium varena Bollanum corcenum pna & vbi abdua ipse ex alpibus cadens larium influit est columgum. supra sūt moebenigum Stationa Tirānum maebum. & vbi communē abduae cū Ollio fontem esse diximus. sub frigidolfo burinum. Sunt etiā ad abduae lacum influentis sinistram postalesium xundrum. & supra lacunā quae abduae fons a multis esse creditur posclauinum. Medio quod abduā influentes serium & brembum fluuios interest spatio editissimis in montibus ē Bergomus ciuitas vetusta a gallis simul cum mediolano & brixia & verona. Eodēqꝫ tempore sicut pompeius Trogus dicit aedificata quae Basparino bergomensi rhetore & grammatico exornata est. Eo item spatio quod brembum serium abduamque amnes & bergomēses intercedit mōtes regio ē glarea abduae appellata. Insunt & castella triulium mozanica & quae supra sunt dicta Ruminengum. Martinengum et Caranagium

Brembus fl.

Stationa. Tirānum. mandellūm

Odoacer.

praelio insigne omnium aetatis nostrae memorabili in quo mediolanēsis tunc rei p. exercitus copias venetoꝝ equites duodecim pedites quattuor milia fregit fudítque uel potius maior ex parte cepit. Sequunt ad padi dextrā Belgiosum villa opulentissima quā Philippi angli mediolanensium tertii ducis dono optinet Ludouicus cumi comes. Albicum in eo tertium & Malatestā comitum Cunii sicut ostendimus clarissimoꝝ relīquias in eā foouens. postea habens vmbronis fluminis quod cupilum lacus lariī situē comensis partē exonerat ostia. primum habet vmbro ad dextrā castellum villalantē: post sanctū Angelū. Et longe supra intus canturium oppidum. superiusqꝫ Comū ciuitas vetusta lacui lario cui dat comeasem appellationē contigua; quae a gallis cū Mediolano Brixia & Verona sicut Trogus scribit condita fuit. Ciuē ea ciuitas habuit paterna origine plinium quē mutatus incolatus vocari fecit Veronensem qui scribit Comū & Bergomū oromonioꝝ stirpis fuisse Caronē tradidisse qui fassus fuerit se gentis originem ignorasse. Quam postea docuit Cornelius Alexander affirmans ortā fuisse eam gentem in graecia interpretatione nominis ftidicante q vitā in montibus degant. Catullusqꝫ poeta innuere videtur Cecilium poetā fuisse comensem hoc epigrāmate. Poetae tenero meo sodali velix Cecilio papire dicas: Veronā veniat noui relinqns Comi moenia lariūqꝫ litt9. Nā qīdā volo cogitationes amici accipiat sui meiqꝫ. Quare si sapiet viam vocabit. Iscꝫ plinius Comi conuersatus fontē esse dicit in Comensi qui singulis horis semp intumescit ac residet. & idem affirmat abditārī amnem lacum riarium supnatare. quodqꝫ nunc quoqꝫ vsu cognoscit lapidem esse dicit in Comensi qui cauat. Fornaturque coquēdis tibiis Longobardoꝝ quoque habent historiae in lacu lario insulam esse quae Comantina appellaret: in qua legimus Francilionē patrio ducem romanū: postea aliquos gothoꝝ & longobardorum reges multos conseruasse diuitias. & forte maiores omnibus quae ab illo tēpore alicubi in italia fuerint cōgregatae: eaque insula nunc nobis ignota non longe a domo aberat: vel oppido uel vico. Scribit etiam plinius transpadanam italiam iuxta alpes lariūm lacum habere amoenum arbusto agro ad quem Liconiae nō trās uolant. Sūt ad eā lacꝰ ptē quae a maioribus appellat Cupilus: dextra in parte feriūm. palantium. ripa. nesium. lesenium. & qua se lacus in abdūam flectit belasium. Ab vmbronis fluuii ostiis paruo supra padum tractu sūt sanctus Columbanus. post via laudensi a mediolano melegnanū oppida. inde vicus mercatus populo frequentissimus. & superius modoetia nobilissimum totius lombardiae oppidum in quo seruat absurda consuetudo ab trecentis annis introducta. Caesares germanos corona ferrea: in comanos reges imperatoresque insignia id oppidum reddidit prius ex parvo amplissimum. Theodericus rex ostrogothoꝝ primus palatio ibi magnificentissimi operis aedificato & Theodelinda longobardoꝝ regina insignis. ad quam beatus Gregorius dialogorum libros scripsit. basilicā beati Joannis baptistae ac palatium superbissimum sumptuosissimo opere in eodē extruxit. Supraque modoetiam vmbroni fluuio adiacet charrarum. Secus Comum ad vmbronis ex lacu cupilo ortum Brissia influit torrens. ad cuius ortum castella sunt murgum canossium et varallum.

Canturium. Comum.

lapis lebet beus

lenium palantium. belasium. S. colūbanus,

Sennobium. At secundū lacus larii ud Lomi sinistrā sunt Sennobium. arciniū cāpus ⁊ ubi torrens aqua seria influit monasium. debinc rasonegum gundū gra uidona domassium iera soregium ⁊ vbi fluuius lacū influit est Senolegū. Supra torrentē sunt larium victoria ⁊ debinc castellū clauenna. apud quā Plinius dicit curiā retiarum fuisse. Ea vero mōtana regio cur olim retia fuerit appellata: Justinus in trogo sic docet. Tusci a gallis pulsi sedibus alpes occupauere ⁊ retorum gentem sic ab eorum duce appellatam condi dere. Fueruntq; bi populi bifariam in primam ⁊ secundam retiam diuisi. Ad alterum vero mire latus casatium ⁊ in extremo lacus angulo megiul la castellum. Ad dexteram padi ripam post vmbronem prima habentē tici ni ostia. Is fluuius Verbanum lacum quem nūc maiorē dicunt eronerat. Adiacet huic amni ad dexteram quarto supra ostiū miliario ciuitas nunc Papia Ticini nomine vetustior quam plinius velle videtur fuisse conditā a populis Leuiis ⁊ Maricis qui fuerunt transalpini. Sed quātum licet ex Liuii scriptis coniicere Ticinum vrbs quo tempore Hannibal in Ita liam venit nondum erat. Nam libro. xxi. sic habet. Jam tamen Scipio padum traiecerat ad ticinum amnem motis castris. ⁊ infra quom vtrinq; ad certamen accensi militum animi essent romani ponte ticinum iungunt rutandiq; pontis causa castellum superimponunt ⁊ inferius auxit pauorē consulis vulnus periculumq; intercursu tum pubescentes filii pulsatū. hic erat iuuenis aphricanus. Dicimus iraq; non potuisse abesse quin si papia tunc fuisset ut Ticinum vrbs eius nomē aliqualiter Liuius posuisset nec pontem romani fecissent factoq; castellum imposuissent. Jam ciuitatem Athila rex hunnorum direptam vastauit. ⁊ quom paulopost instaurata esset Odoacer erulorum rex Orestem patritium Augustuli imp. genitorē in eo obsessum vicq; captum interfecit Ticinumq; vrbs crudeliter direpta atque vastata est vbi tunc caedes maxima fuit ciuium romanorum quāta nunquam alibi post romani imperii inclinationem commissa fuerat. Pa ritercq; ad annum inde circa centesimum ⁊ vigesimum vouerat se facturū Alboinus rex primus longobardorum nimia papiensium resistentia fasti ditus. Sed cū ipso ingressu equus sub equo collapsus surgere nequiret ad monitus a bono viro comite suo mutauit ꝓpositū equusque illico surgens illum in vrbem detulit incolumem. Rodulfo autem burgundo italiae re gnum occupante per septimi Stephani pontificis romani tempora vnga ri Salodo duce italiam ingressi Papiam obsessam captāque ferro igniq; vastarunt. Alunda fuit adolescentula nobilis ⁊ pulcherrima papiae incer to nobis iure dominio potita quam Ugo arelatensis italiae rex Lotbario filio dedit vxorem. Eoq; mortuo tertius Berengarius Ugoni in Italiae regno succes. Papia potitus mulierem carcere tenuit. Interea Agabi tus pontifex romanus italiaeque proceres ⁊ populi Berengarii ⁊ Alber ti filii tyrannidem exosi Otonem primum ex germania in Italiam voca uerunt. Isque cum armatorum milibus quinquaginta veniens Berēga rio et Alberto deiectis Alundam carcere eductam matrimonio sibi copu lauit. tumque Italia a malis quae diu fuerat perpessa respirare coepit. Perthrarit longobardorum rex monasterium sanctae Agathae ⁊ Theu delinda regina ecclesiam sanctae Mariae ad pticas in ea ciuitate constru

Lasatium. Megiulla. Ticinus fl. Verbanus lacꝰ papia.

Odoacer.

xerunt. Et Luithprandus longobardorum rex ossa beati Augustini ex Sardinia papiam vbi veneratissime seruantur deferri curauit. Idemque rex monasterium beati Petri cellula aurea appellatum. ⁊ apud Bolonā vbi curiam saepe reges tenuerunt monasteriū sancti Anastasii martyris aedificauit. Sondiberta regina ecclesiam sancti Joannis baptistae et Pe trus episcopus Luithprandi regis consanguineus ecclesiam sancti Saui ni papiae construxerunt. Eam vrbem situ ⁊ aeris salubritate amoenissi mam reges ostrogothorum et postea longobardorum libenter incolu erūt vnde apud ipsam multa fuerunt praeclare gesta a nobis in historiis prae ter praedicta accuratissime scripta. ornauit eandem maximisque prosecu tus ⁊ spiritualibus adiumentis. Epifanius episcopus aquileia oriundus qui ser milia captiuos mediolanenses a francorum rege liberari impetra uit. Et duodevigesimus nominis ordine Joannes pon. ro. qui a Bonifa cio Ferrutii filio pontifice adulterino captus in arcemque sancti Angeli coniectus diem vi adhibita obiit ciuis fuit papiensis. Habet nunc papia in gymnasiis multos iurium ciuilis ⁊ pontificii ac philosophiae et medici nae scientia claros. Sed ex ciuibus Catonem saccum ⁊ Silanum nigrū ciuili deditos iuri ⁊ bonarum artium studiis exornatos. Adiacet ticinio amni intus ad dexteram ⁊ fossae manufactae ab eodem fluuio ductae hae rent Abbiagrassum. Supersus est Vigiuenum petri candidi litteras grae cas ac latinas ac editis operibus clari patria. Inde Cuccionū ⁊ post Se xtium lacui ꝓpinquum qua in parte Verbanum lacum duo minores au gent lacus: quorum qui est ad dexteram lugani: qui ad sinistrā sancti Ju lii appellatur. Ad verbani siue maioris lacus dexteram Angleria primū est oppidum a quo viceco mitum familia originem traxit. Recedit vero intus ad dexteram eius lacus partē Varesium oppidum populo frequen tissimum. Supra curiatus ē bifariam verbanus siue maior lacus lugani ea in parte appellatus. Cui adiacent brosiuum portus caput laci campro num ostenum ⁊ porlectia ⁊ vbi Lauenus influit amnis sunt ad lacꝰ vndas sessa morebum et luganum a quo lacus nomen accepit. Ticinum ad fini stram paruo supra padum tractu torrens influit granalonus ad cuius sini stram ē Broperum. intus sunt mortaria oppidum nobile ⁊ laumelū nunc exile sed opulentissimum olim oppidum multis celebratum praesertim lō gobardorum historiis. Nam Theudelinda antaris longobardorum regis relicta Argillulfum taurinēsem ducem apud Laumelium sibi in maritū et longobardis ut permiserunt in regem asciuit. A laumeloque nomē ha ber omnis peninsula regio aliquot oppidulis vicisque frequentata in qua linum gigni et multum et optimum. plinius est auctor. Interius ē Nouaria ciuitas quae Albutio sillo claro oratore sicut tradit Eusebi⁹ p Octa uiani imp. aetatem ornata fuit. et ad annum salutis octauum ⁊ terdecies centenum habuit Vulcinum haeresiarcham in quē quom Claemēs ān tus pon. ro. animaduertendum censuisset ipse in montes qui novariae al tissimi imminent cum sectatoribus quingentis se contulit quos saltuosos natura et pene inaccessibilis locus fuisset tutatus ni superueniens solito maior nix plurimā eorum partē fame ac frigore mortem fecisset oppete re Vulcinusque et Margarita vxor cum reliquis eo cōfecti incōmodo in

S. augustinus

Epifanius.

abbiagrassū. Vigiuenum

Nouaria.

potestatē venerunt. nec tamen erroꝛi ut abrenunciarent adduci potuerunt quin Margarita in conspectu mariti mutilata. ⁊ ipse item pari laceratus supplicia in ꝓposito pertinaces tot pene mortes quot habebant membꝛa ꝓpelli sunt. Mons nanque bosius nomine coctiaꝛ alpium ꝓmontoriuꝫ ceteros supans italiae montes ad ipsum verticem quem semper cōtinuatis etiam aestate niuibus tectū habet omnino inaccessibilis est: cui haereat contiguus paulo caelsitudine demissioꝛ mons nūc ab hoc dulcini facto gazaronum appellatus: in summo cuius vertice ⁊ ad eum locum in quo se continuerant haeretici sacellum nunc ē sancti Bernardi vocabulo appellatū. Adiacēt que eius mōtis radicib⁹ ad auersam partē triueriū. cozola. et crepacoꝛ agri vercellēsis oppida ⁊ castella. Ad ticini itē vndas ē castalegtū ⁊ paulo supza ad lacus verbani siue maioꝛis emissoriū a quo graualon⁹ amnis oꝛtum habet: sinum efficit ipse lacus quē mergocii lacum dicunt. Illabunt̄q; torrentes duo grais alpibus defluentes. quoꝛ vnus tonsa dicit. alter q; per sancti Julii lacū transeat eius lacus retinet nomē. Hā in eo lacu insula ē a sancti Julii ecclesia sicut ⁊ lacus appellata. Visuntur q; ibi confessoris Julii reliquiae miraculis coruscantes. Suntque ad lacus mergotii sinistrā omagnū. acabriū. aimum. boguinū. ⁊ ad dexterā vpaium atque apelīū. Ad tonsae sinistrā vergonta ⁊ supza in alpib⁹ domussula quē nunc domodussulam appellant. estq; vnus ex quattuoꝛ tramitibus vnde a mediolano in gallias siue germaniā traiicit. Ad tonsae vero dexterā mergotium a quo sinus nomen accipit. ⁊ ad eandem sinus dexteram palantia Sequunt̄q; secundū verbanum lacum oppida ⁊ castella. canobium. brisagum. ascona. carnium. gardola. ⁊ vbi Tycinius ec alpibus grais cadens lacum sebuinuꝫ influit castellū ē nomine magainum. Descripsimus supza duos amnes padum illabētes. hinc vmbronē inde ticinum. ⁊ simul docuimus quibus in locis vterque amnis ex sebuino hic ex cupilo ille oꝛtū ducat. Hūque loca explicuimus ipsis uel fluminibus vel lacubus adiacētia mediā liquimus intactā planicie omniū italiae populis frequentissimam. In qua mediolanum ē ciuitas potentissima quā nostro iudicio insulse opinati sunt quidā inde dictā q; in medio padi ticini abduaq; ⁊ vmbronis amnium sita sit. Sed alia ē eiusdem nominis ciuitas in asia cuius fines nullis amnibus similiter sunt coerciti. Origine vero habuit mediolanū lombardiae quā Liuius parauinus ⁊ Trogus pōpeius narrāt a gallis qui duce Bellēno in italiā descēderunt: populique loca incolētes in quibus est aedificata insubres appellabant. de quibus. L. Florus ex Liuio dicit galli insubres ferini ⁊ immensi corporis alpiū accolae saepe alias. sed Viridomaro duce iurauerunt se nō soluturos baltheā nisi in capitolio Aemylius victoꝛ eos domuit. nec videm⁹ alia fuisse italiae loca in quibus facilius coalescerit mortaliū multitudo tāta quantā insubres primum post mediolanēses ꝓ omne saeculū habuerunt Roma enim nō modo genuit quē habuit multo maioꝛē mediolanēsi populū: sed faciente aeris semper ab ipsa condita insalubris dispositiōe confluentē ex tota italia comportataq; ⁊ vi ducta ex toto orbe mortaliū exuberantiā male cōseruauit. Quae apud insubres mediolanēsesque post eā conditā vrbem historici gesta scribunt bi referre opositissimū eēt. sed nostro insistētes instituto iudices eaꝫ rep̄ pōem?

S. bernardus. Triuerium Cozola

Upaium. Domussula

Mediolanum.

Scribit Eusebius in temporū supputationibus Statiū Caecilliū comoediarum scriptoꝛē claꝛ fuisse insubrē gallum ⁊ Ennii contubernalē ⁊ quosdam existimasse ipsum fuisse mediolanensem. Scribit Liuius libro ab vrbe con. xx. exercitum romanum tunc primum vltra padum fuisse ductū ⁊ gallos insubres aliquot praeliis supatos in deditionem tunc primū venisse quod quidē ad annos Romae vr. con. cccclx. fuisse videt. Trigesim⁹ inde Liuii liber habet Magonē hannibalis fratrem in agro insubrium vulnera tum dum in aphricā per legatos reuocatus nauigaret apud Corsicā obisse. ⁊ liber. xxxi. habet. L. Furium praetoꝛem romanum gallos insubres rebellantes ⁊ Hamilcarē poenum in ea parte molientem acie vicisse: Hamilcareque occiso milia hominū triginta ex caesa fuisse. ⁊ liber. xxxi. habet Cornelium cethegum cos. gallos insubres praelio fudisse paulo post. L. Furium purpureonē ⁊ Claudium marcellū boios ⁊ insubres gallos subegisse Marcellumque triumphasse. Post eum vero triumphū vrbs mediolanensis per annos ferme quingentos pacatissima: atque adeo florēs fuit ut illā principes romani quoad occupatiōes licuit inhabitauerint. Nerua Traianus. Hadrian⁹. Maximianus. Philippus. Cōstantin⁹ tertiꝰ. Cōstans ⁊ Constātinus q̄rtus qui dictus ē gallus. Jouianus. Theodosius Valens ⁊ Valētianus. Julianūq; Galli fratrē mediolani Caesarē appellatū fuisse tradit Eusebi⁹. post eā vero tam diuturnā foelicitatem primas passum ē molestias mediolanū btō Ambrosio adhuc supstite: arrianis sicut ipse in omeliis scribit infestantib⁹ quoꝛ persecutiōes ut declinaret in illyricum exul se cōtulit. Post serā vero sicut Eusebius tradit Auxentii mortē ambrosio mediolani epō in suā sedem restituto omnis italia ad retā christi fidē ē conuersa. paulo tū post Athila italiam ingressus quom omnē afflixisset venetiā mediolanumq; diruit. Instaurataq; tunc paꝛ quietuit bellis agitata quae ostrogothi cum Justiniani imp. ducibus gesserūt. Quibus in bellis ut gothis resisteret ⁊ in partibus Justiniani imp. duraret mediolanum eas pertulit difficultates ⁊ angustias quae hōibus vir toleratu difficiles esse videnē. ⁊ tū supante famis acerbitate deditionem tunc etiaꝫ ficut ⁊ nunc inuitam fecit. Al longobardis autem eadem vrbs non quidē destructa vnq; sed maximis molestiis agitata est. Illisq; a Carolo magno domitis regnoq; priuatis mediolanum per anos sexaginta ⁊ trecētos sub italiae ⁊ Romae regibus imperatoribusq; q̄si liberē floruit nullas interim magnas passum agitationes quousq; Federicus imp. barbarossius ad anū salutis sexagesimumquintum ⁊ vndecies centenum eā diruit ⁊ solo aequauit. populum autem in sex tribus portaꝫ nomine diuisum sex loca decimo ad minus distantia passuum miliario habitare coegit. Sexto autem ab inde anno quom Federicus bello a franciae regib⁹ ꝓ tertii Alexandri pōtifice. salute agitaret mediolanēses a parmēsibus placentinisq; adiuti reperiā patriā tanto reaedificarunt animoꝛ ardore ut intra triennū ditioꝛ populo frequētioꝛ potētioꝛq; solito facta videret. Habuit vero per anos centū quinq̄ginta mirabile incremēt ū adeo ut nisi ciuilia obstitissent dissidia turrianoꝛ vicecomitūq; omni lōbardia faciliter fuerit potitura. Anno autē salutis septuagesimosexto supza duodecies cētenū vicecōites pulsis turriānis mediolani tyrānide sūt potiti. ⁊ ab āno abinde septuagesimoquarto

Cortica

Traianus.

Longobardi.

Ca. magnus.

sertus Claemēs pō. ro. quom a Ludouico bauaro imp. adulterino mul
tis agitaretur molestiis in illius damnum dedecusq; luchinum vicecomi
tē romanae ecclesiae in Mediolano vicarium ⁊ eius germanū Joannē me
diolani archiepm creauit: annoque ab inde plus minus ⁊nquagesimo io
annes galeatius vicecomes prim⁹ ab impatore dux mediolani in ea fami
lia est constitutus princeps certe regno ⁊ imperio potjus q̄ eo ducatu solo
dignus cum ꝓpter insignes alias virtutes tum maxime q̄ doctrina ⁊ vir
tutibus excultos viros apud se habere atque extollere curauit, omniū aūt
externorum quos dilexerit primus fuit petrus cretensis patria candidus
qui nouariensis ep̄s post mediolanensis archiepiscopus deinde romanae
ecclesiae cardinalis ⁊ demum summus pontifex Alexander quintus no
mine ē appellatus. Jsque omnium sui saeculi vir doctissimus quo tēpore
Joannes ipse galeacius ducatu mediolani a Ladislao lucimburgēsi roma
norum rege ornatus ē. oratione habuit doctrina ⁊ rerum variaq; copia re
dundantē: quae inter multa ornamentum vrbis mediolani continentia
haec habet. Mediolanum physico naturali situ suo ab incendiis caumatū
⁊ frigoꝝ rigoribus aequaliter abesse ac ꝓpterea locum totius orbis tēpe
ratissimū aerēq; serenissimum ⁊ aquarū in puteis ⁊ fontibus salubritatem
optinere. Quom tū lacus pulcherrimi decem ⁊ septem ⁊ seragintaquat
tuor flumina terrae superficiē irrigantia in illius agro reperiant: dicitque
eidē pontifex Barnabā pauli cōdiscipulū ⁊ comitē primum fuisse medio
lanensis ecclesiae ep̄m. cui paulo post successerit beat⁹ Ambrosius doctor
ecclesiae celeberrimus, a quo sanctus aurelius Augustin⁹ doctor ⁊ ipse ex
cellentissimus in ipso mediolano ad fidem christi conuersus fuit. Joanne
galeacio ⁊ post eum duobus filiis Joanne maria primum ⁊ postea philip
pomaria qui tertius dux fuit vita functis: populus mediolanensis in li
bertatē se erigens post asperā insignēque famę bello ꝓpssam vrbē dedidit
Francisco Sforciae attendulo cutignola romādiolae sforcia primo patre
oriundo cuius decorat robur atq; principatū Maria blancha vxor philip
po tertio duce nata regio titulo fastuq; dignissima, Genuit mediolanensis
vrbis Alexandr⁹ secundum tertiamque Vrbanum ex nobili gente cribella
ac Caelestinum quarū pontifices ro. Batiūque ep̄m suum qui vir si brō
Gregorio credimus sanctus ⁊ doctus patriae cuius fuit amantissim⁹ plu
rimū ꝓfluit. Imperite vero scripsit Alexander quintus pon. ro. Valeria
num ⁊ Galienū imperatores mediolani genitos fuisse. Sed beli⁹ spartian⁹
scribit auū paternum Didii Juliani imp. fuisse mediolanensem. ⁊ Julius
capitolinus dicit Valerianum iunioꝝ non natum sed sepultū fuisse medio
lani. Et Flauius Eutropius in alterius valeriani gestis reb⁹ tradit acce
ptam fuisse cladē sub Aureliano a marcomannis per errorē. Nā dum is
a fronte non curat occurrerunt subito erumpentib⁹. dumq; illos adorso
persequ parat omnia circa mediolanū vastata sunt. Fuerunt etiā patr⁹ no
stroꝝ memoria mediolanenses iureconsulti excellentes Obert⁹ de orto q̄
eā cōposuit iuris ciuilis partē quae vsus feudoꝝ appellat. ⁊ Christoforus
castilioneus iureconsultoꝝ suae aetatis facile princeps. At Joānes itidē
castilioneus episcopus vincētinus. ac paulo post ad nostram peruenerunt
aetatem viri duo eleganter docti ordinis sancti Augustini vnus sancti

Jo. galeacius.

S. ambrosius
S. augustinus

beli⁹ spar.
Julius capi.

Francisci alter quoq; ille Andreas bilius: hic Antonius rauduēsis appe
lati aliquot ediderunt opera q̄d ipsi dicendo ⁊ scribendo valeant absq; no
stro testimonio ostendētia. Ornat quoq; patriū Joseph bipinus sacris sae
cularibusq; litteris apprime eruditus. Sed ad ꝓpositū iter nostr⁹ post Ti
cini ostia padus longo tractu nullo flumine ad dexterā augef. Est vero in
ter primum Scicidam ⁊ sancti Julii lacum tozzena gogna apud cochiū
oriundus. ⁊ ad sanctā marthā nebiosamq; cursum perdens. Ad padi ri
pam vbi Scicida fluui⁹ ostia habet Bremide oppidū. ⁊ ad eius fluuii de
xteram palestr⁹: superiusq; romagnum oppida inueniūt Ad Sicidae aūt
sinistram primū q̄ sarnus influat torres sunt Vercellae ciuitas vetus apol
linea a Martiali coco poeta appellatae. ⁊ quas Plinius a saluiis libitiis
ortas tradit. Tenuerunt autē saluii populi montes Piceae superemineteſ
de hac vrbe Plinius. Extat lex censoria vintimiliarum aurifodinae quae
in vercellensi agro cauabatur ne plus quinq; hominum in opere aur⁹ faci
endi publicani haberent. Et Eusebius cesariensis in tempor⁹ supputatiōi
bus tradit Eusebium vercellensem ep̄m sacroꝝ dogmatū peritia claruisse
Hosq; historiaq; secundo ostendimus Valentianum tertiū Constantii co
mitis ex Galla Placidia filium misisse ardaburum orientis praefectū ad
versus Castinum comitē Joannis adulterini imp. ducē. ⁊ praelio apud
vercellas cōmisso castinū supatū captumq; fuisse. Superius ad eandē sini
strā Scicidae adhaeret burgus: sarnoq; ad dexterā adurnū. ad sinistrā ē
bedulū. debinc ad paduū ē Tridū: oppidū Brolia patrū nostroꝝ aeta
te celeberrimo militū ductore ornatū. ⁊ monasterio locedi duria baltea p
xime habet amnis apud bastubiā in alpibus oriundus: cui amni inferius
continet Crescentinum nobile oppidū superius salugiae ⁊ paulo supra est
eporedia a bonis equoꝝ domitoribus lingua gallica sicut plinio placet ap
pellata. Quam idem affirmat populum ro. sibyllinis libris admonitum
ac iussum condidisse. Debinc ascendendo per vallem augustae praetoriae
itinere vnius diei est mons iouettus. ⁊ supra est Augusta praetoria iuxta
geminas alpium fores sita graias atque peninas quibus Herculem ⁊ poe
nos transisse Plinius asserit graios opinari apudq; eam incisus fuit mar
more titulus ille pergrandis populos enumerans quos Caesar augustus
in alpibus subegit. dicitq; plinius coccianas ciuitates duodecim nō fuisse,
additas titulis Augusti quia nil bostile cōmiserant. geminas autem foreſ:
graias atq; peninas nunc appellant alterā mont ē iouis vbi monasteriū est
nobilissimū sancto Bernardo dicatum. alterum columnam iouis qua via
ter ē ad vallem tarantasiae allobrogum quam quidē vallem Jsera amnis
excipit. ad sinistramque duriae oppidum ē mazadium. Orcus debinc flu
uius padum illabitur cui ad ostium ē Banasium nobile oppidū. ⁊ supius
sancti Martini ad dexteram. ad sinistrāq; sancti Benedicti de fructeria
habetur oppida duriae. riparia. amnis padum deinceps illabentis pri
ma haeret ostio Taurinasium ciuitas vetustissima. per quā primum ban
nibalem italiā ingressum venisse Liuius. xxi. ostendit. Taurini galli pro
xima gens erat in italiam digresso. ⁊ infra peropportune taurini prime
genti aduersus insubres motum bellum erat. Inde ex statuis mouerat
Hannibal taurinorumque vnam vrbem caput eius gentis qui volētis in

romagnum.
Vercellae

Burgus.
adurnum.
bedulum

S. bernardus.
Jsera fl.
mazadium.
Orcus fl.

Lancium.
Bellegerium.
Canapicium.
Calpgama

amicitiam non venerat vi expugnauit duriae riparie fluuio ad dexteram oppida Lancium ⁊ Bellegerium. ad sinistram Cariacum ⁊ Bruentum. sunt prima. Eoꝝ in terrarum spatio quod padū binasque durias ⁊ alpes interiacet ē regio Canapicium appellata in qua tres nobiliuꝝ familiae oppida possident ⁊ castella Valpergani sancti Martini ⁊ sancti Georgii comites. Nec longe absunt a taurino Sangoni amnis in padū labēris ostia cui ad dexteram haerent oppida Ripolum Auliana inter quae ē celebre monasterium sancti Antonii de reuerso. sanctus Ambrosius oppidū. et paulo supra ciuitas ē Secusa. superiusq; ad Sagoni amnis ortum est Sesanna Clusiola. post hac amnis padum illabit cui proximum ad sex milia passus ē pinnarolum nobile oppidum nobili item monasterio exornatum. Superius petrosa oppidum ⁊ ad fontem sinistrorsum est oppidum praegelatum: cui amni Bricariasium primo post mons Bobius dextrorsū haeret. post Clusiolam pelix fluuius clusono auctus padum illabit pancaleriū inter ⁊ villamfranchā oppida populis frequentata. fuitque pāchaleriū Augusti taurinoꝝ antiquae ligurum stirpis apud quam Plinius dicit padum primo nauigabilem esse. ⁊ villafranchā primum portae padū subliceo est complexa. Pado autem fonti suo iam ꝓpinquanti oppida sūt prima reuellum ⁊ paisana. ⁊ ad supremi vltimique torrentis illum illabēris fontem ut diximus oppidum ē Circium. deinceps sunt alpium iuga ⁊ ea quidem quae Hannibal italiam ingressurus aceto irrupit.

Pelix fl.

panchalerium.

Regio octaua Venetiae Incipit foelicissime.

Ombardia ad finem perducta si hactenus seruatum morē sequi volumus ad proximorum pado amnium ostia reuertendum esset. Sed quom ab vltimis padi ostiis ad fornaces appellatis venetiarum vrbis ducatus fines ad aquas gradatas stagnantes mari adriatico aquae salsae optineāt in qs Atbesis fluuius post Meduacus deinde Timanus defluunt amnes ipsam venetiarum ciuitatem eisdem salsis circundatam aquis priusq; Marchiam Tarusinam siue Foroliuiensem regiones describi necesse est. Postmodum nanq; ostia cursusque fluuiorum in sicco melius prosequemur secundum ripas quorum ex nostro instituto easdem regiones et earum particulas certius inuenimus. Venetias ciuitatem in intimo adriatici mari sinu sitam ad annum salutis quinquagesimum sextum supra quadringentenum fusse conditam: quo anno Atbila rex Hunnorum Aquileiam diruit docuimus in historiis. Habet autem eius ducatus regio terminos longitudine milliū octoginta ab aquis olim gradatis ad Lauretum oppidum a Vitali Faledro aedificatum. nunc autem pado proximum vbi ad fornaces diximus padi ostia appellari. Latitudo autem varia nullos habet alios terminos q̄s quousque cedentes recedentesque maris aquae ad sicum stagnando perueniunt. Eius regionis diuerso modo nonnulli meminerunt vetusti scriptores. Antoninus enim pius in romani imperii

Venetia

lauretum

phinarum regionumq; itinerario quom a Rauenna Aquileiā p altinuꝝ iter describeret: haec nunc venetiaq; stagna appellat septem maria q̄ a rauenna Altinum vsq; septem vada essent naui transmittenda. Et Virgilius quod diffuse in patauii descriptione infra ostendemus vbi patauii aedificationem ab Antenore factam narrat sic habet. Et fontem superare timaui. Unde per ora nouem vasto cum murmure montis. It mare praeruptum ⁊ pelago premit arua sonanti. Mare enim quod per ora nouem it praeruptum ⁊ premit arua pelago sonanti: est hoc totum quod a pado ad aquas gradatas littus rumpens colles eius poetice a Virgilio montes appellatos inter ipsa vada linquit quae nunc littora appellamus insulae eo conclusae spatio quae habitantur varios habuerunt conditores qui in vnicā hanc Venetiarum ciuitatem opes ⁊ consilia contulerunt. Unde hanc Venetiarum ciuitatem pro vna regione non immerito a nobis positam esse intelliget qui considerabit non modo opes eius cūiuscunq; alterius regionis italicae opibus aequiparandas esse. sed multas fuisse vrbes multa oppida quorum excidio haec vnica sit condita. Aquileiam. Altinum. Concordiam. Patauinum. montē Silicis. Opitergium. Eracliam Equiliū Gradum. Caprulas. ⁊ Lauretum. quanq̄ ⁊ ex Alicētia. Verona. Mātua. Brixia. Mediolano. ⁊ Papia ab Atbila afflictis ⁊ ab aliis italiae ciuitatibus praesertim vrbe Roma diuersis in persecutionibus nobiles et potentiores quosq; Venetias a principio confugisse in historiis abūde docuimus. Igitur Aquileienses primi gradum concordienses condidere caprulas. Altinates sicut vrbem suam in sex portas diuisam habebant: sex quoq; in stagnorum insulis oppida condiderūt Torcellum. Maiorbū. Burianum. Amoniacum. Constantiacum. ⁊ Almanū. patauinorū pars Riuū altum ⁊ postea dorsum durum. Mōte silicenses adeuntesq; methamauchū. albiolam. palestrinam. siue ut plinius appellat philistinam ⁊ fossam Clodiā quae nunc est ciuitas Clugia. Creuit autē ilico ab ipso conditionis initio Venetа ciuitas quia non a pastoribus sicut Roma sed a potentioribꝰ ditioribusq; regionis olim venetiae fuit a principio sicut diximꝰ habitata. primus externorum venetiis ornandis attulit adiumentū Narses eunuchus patritius primi Iustiniani impe. copiarum in Italia aduersus gothos missarum dux qui q̄ veneti eum traducendis a Tarusio Rauennam copiis nauigio iuuissent postquā subegerat gothos ecclesias sancti Theodori ⁊ Geminiani de capite Brolii in venetiis aedificauit. Quinetiam anno ipsius conditae centesimo ⁊ trigesimo secundo Arnulfus rex longobardoꝝ patauium ciuitatē post totbilense excidiū a praedicto narsete eunucho rauēnatibusq; instauratā igni ferroq; absumpsit. ⁊ quotquot primae cladi superfuerāt ac in patria coaluerant patauini secunda transmigratione in stagna venetiarum confugientes riuum altum implerunt. ⁊ oliuolense castrum ubi nunc castellanū ē episcopiū condidere. atq; eo tēpore sancti Martini ⁊ sancti Joannis in bragula ecclesias cōstruxerūt. Mirū vero est ⁊ summo extollendū laudis praeconio potuisse a tot tāq; diuersis vrbium ⁊ oppidorum populis conditam ciuitatem per annos ꝓpemodum mille banc quā retinent remp. cōseruare. Nec tū rerum humanarum conditionis adeo fuit expers haec ciuitas quin per singulas q̄sq; aetates: suos ut

Septē maria

Insulae Opes.

Narses.

methamauchi.
pliniꝰ.
Clugia.

patriarchae

Methamauc̃

Equilium.

Eracles

inquit poeta manes fuerit ppella. Quamobrem eius incrementa summa rim sicut in caeteris facimus italiae ciuitatibus explicādo: labores quoq; & difficultates pariter ostendemus. & ne in aliaq; vrbium quas in hac cōde da destrui contigit negotio vlterius laborandum sit omnia simul contexe mus ut facta inter condendum destruendumq; variatio certior habeatur. Nec incongruum videt a sexta patriarchali dignitate inchoare q; eam sci mus in rebus italiae semp momenti plurimum habuisse. Ad annum salu tis sexcentesimum decimum Sisulfus dux sforziulianus consensu Agilul fi longobardor̄ regis elegit Joannē abbatē in patriarcham veteris aqui leiae Candiano supstite patriarcha nouae aquileiae quae apud gradū fue rat a romanis pontificibus constituta. Et anno inde quinto partiū cōsen su constitutum est ut qui esset aquileiae pātriarcha omnē continentis regi onē moderaret qui esset apud gradum omni huic quae nunc est venetiarū ducatus regioni praeesset. Quartodecimo ab inde āno quom Rotbari lō gobardor̄ rex Opitergum ciuitatē diruisset: eius ciuitatis episcopus no mine Magnus ad stagna confugiens consensu & auctoritate Seuerini pō ti. ro. ac Eraclii imp. ciuitatē condidit quae ab ipso imperatore Eraclea est appellata. Eodemq; anno Paulus Altini episcopus cum populo suo dyladib⁹ supfuerat Torcellū se conferens sedē ibi Seuerini pon. ro. aucto ritate firmauit quae nunc extat. Cuius pontificis consensu pariter pata uinus episcopus arrianam haeresim quae tūc in multis italiae locis ferue bat declinans sedem episcopalē in Methamaucum transtulit. Quo āno foedere inter lōgobardos regem & duces ac venetiaꝝ ciuitatem icto decla ratum est ut tota terrestris venetia ab abdua ad aquas salsas lombardia. & quicquid in ipsis esset salsis aquis venetiae appellarent. Ad annū vero salutis sexcentesimum & quinquagesimum Constantius imp. Eraclii fili⁹ Torcellum veniens ut Romam accederet: vicum qui est in Torcello pri marius Constantiacā de suo nomine voluit appellari. Eraclea ciuitate interim aucta eius populi pars in vicinam commigrans insulā Equilinz condidit ciuitatē. quoniq; annis triginta duobus supra ducētos venetiae partem sub tribunis habuissent gubernationis formā: primus earum dux in eraclea & ciuis eraclianus Paulinus anno salutis sexcentesimo nonage simoseptimo a patriarcha episcopis clero tribunis proceribus & plebeis creatus est qui dux foedere cum longobardis inito Eracleae fines a planie maiore ad minorē pduxit. Et anno inde vndenigesimo vrsus item Era cleanus dux mortuo Paulino suffectus est qui anno septimo ducatus ci uili in tumultu occisus est ficq; labor sacq; veneti initia habere coepere. Nam eo ducatus nomine antiquato Dominicus Leo magister militum attributu ducatus potestate creatus est: cui post annum primum defūcto suffectus Felix Comicula magister militum pariter est dictus. Et terti⁹ item Julianus Leparius ac quartus Joannes fabriciacus magistri mili tum sunt dicti. Sed hic ciusli item tumultu magistratu depositus ocu lisq; priuatus est. Ad annūq; salutis postea septingentesimum quadragesi mumq; secundū: Beus dedit Ursi quondam ducis interfecti filius mu tata ab Eraclea in methamaucum sede & magisterii militum nomine ex plosa dux est dict⁹, qui anno ducat⁹ tertiodecimo quom ad vrbintae amnis

ostia castellū aedificare coepisset i tyrānidis suspitione venit & tumultu ex orto depositus fuit excecatus eique in ducatu suffectus. Galla āno quar todecimo tumultu captus oculosque est effossus nouaque subinde regimi nis forma est facta. Nam creato duci Dominico monegario methamau censi duo annales tribuni ad annum pari potestate consessuri fuere creati & tamen hic etiam dux post annum in tumultu oculos simul cum ducatu amisit. Ad eracleanosque item res veneta rediit & mauritius dux ē fact⁹ qui post annum malo exemplo filium ducatus consortem assūpsit. Quo anno primus adrianus papa obeliabatum olivolensi ecclesiae primum de dit episcopū a quo sancti Mosis ecclesia aedificata ē. Iniecit vero mau ritius dux in Joannē patriarcham gradensem manus adeo violentas ut breui ille obierit suffectusque patriarcha Fortunatus conspirationē cōtra ducem in praedecessoris sui vltionem inita ex orto tumultu pulsus in fran ciam se contulit deiecti ti ducatu sunt. Mauritius dux & filius & illis uni cus obelerius tunc tribunus methamaucensis in venetiarum ducatu est suffectus eodem anno qui erat salutis octingentesimus quartus obeleri⁹ dux ciuili tumultu patria pulsus tarvisium se contulit ubi ab exulibus ve netis iterum dux creatus fuit qui beatum fratrem ducatus consortem ac cepit. Interea pipinus caroli magni fili⁹ rex italiae a primo adriano pōt. ro. constitut⁹ āno salutis octuagesimo in italiā vēiēs huic patriarcha Fortu nato inde obolerio & beato instigantibus bello venetos agitā coepit qui praelio apud tranisium commisso superati cum carolo magno & pipino filio italiae rege per foedera conuenerant quibus in foederibus actum est vt obolerius beatusque duces apud methamaucum exularent. nec tamē inuenio aliquem a carolo & pipino magistratum administrādis venetiaꝝ rebus fuisse impositum. Eodem autem anno Eracleam veneti destru xerunt, vnde maxima nobilium pars qui postea venetias usque in haec tē pora gubernarunt in urbem confluens illam auxere pariterque eodem an no aquileienses in venetiarum vrbem populariter commigrarunt ut tunc secunda venetiarum vrbis conditio fuisse videatur. Eoque anno agnellus particiacus heracleanus primus dux fuit qui in rivoalto insula electi⁹ pa larium ducale nunc extās aedificauit pariterque eodē āno apud olivolēse castr̄ existēs cathedralis ecclesia ab eo castello appellata ē castellana & p veneta rivusalt⁹ ciuitas dici coepta. agnellus eride dux tertio q̄ secutus est anno eracleam reaedificans ambitu strictiorem appellauit ciuitatem nouam quod & nunc ratione episcopatus magisq; habitationum retinet nomen idemque. Agnellus filiis suis duobus assumptis in ducatus consortes monasterium sancti zachariae aedificauit inibique eisdē sancti corpus reliquiasque locauit. vrsus autem episcopus ecclesiam sua castel lanā sācti petri vocabulo decorauit quo tpōr eius sanguinei sācti severi & sācti Laurentii ecclesias in geminis insulis construxere. conspirarūt ue ro aduersum tres hos duces patrem & filios Joannes tornaricus & bon⁹ bargadinus qui captis comitibus & appensis patibulo interierunt & tamē eorum de quibus sumptum erat supplitium agnati per id temporis sācti danielis ecclesiam construxerunt ad octingentesimum antea & vigesimus septimum salutis annum defuncto Agnello Justinianus particiacus in

Epiſcopus.

Piuusaltus.

Ciuitas noua.

S. Baniel.

Justinian⁹ dux. S. marci trāsla

ducatu solus est suffectus Anno cuius secundo beati marci corpus ex asia est delatum eoque qui secutus est anno quom Justinianus obisset dux io annes frater est suffectus quo anno beati marci ecclesia est aedificata. Et per id temporis ducto in methamaucam exercitu obelerius ibi cum occi sus & ciuitas est destructa cuius demolitionis caedisque obelerii causa fa ctum est ut vocatus in franciam ioannes dux accesserit eoque absente ca stellanus episcopus duoque ciues ruialti ciuitatis curā administrationis ducali attributa potestate gesserunt ioannes autem dux francia reuersus ciuilique tumultu ducatu deiectus & tonsoratus moestitia diem obiit an no postmodum qui secutus est trigesimo sexto & octingentesimo Petrus trundonicus pola oriundus dux est creatus qui ioannem filium ducatus cōsortem habuit ecclesiam quie sancti pauli aedificauit quartoq; abinde anno sclaui capzulas venetorum vrbem ui captam destruxerunt sergio q̄ dictus est os porci tunc pont.ro. In quo anno episcopus Maur⁹ eccle siam sāctae margaritae extruxit petro trundonico vita functo ioannes fi lius ducatum solus optinuit quem a sancti zachariae ecclesia redeūtē po pulus tumultu cōcitato occidit & in eadem ecclesia sepeliuit āno salutis octingentesimo quarto eratque vrsus particiacus solenni tunc more ele ctus quom defuncti Ducis famuli palatium populo non prius red didere q̄ pupuliam sibi insulam certa cum immunitate habitandam impetrauerunt vrsusq; dux anno ducatus sui tertiodecimo ioannem filiū ducatus consortem accepit qui campanas duodecim anno salutis octin gentesimo septuagesimo imperatori graecorum misit fueruntque hae cā panae quas primum graecia vidit. Sessit vero vrsus iste dux maximas res non minus italiae q̄ venetis gloriosas. Nam sarracen⁹ spoliata insta mataque ancona omnem italiae oram quae inde ad idruntum intercedit pariter afflixerunt in quos sinus tarentini oram vastare parantes quom ursius duxisset superarunt christiani fugataque inde classis sarracena gra dum vrbem inuasit. Tuncque vrsus qui illorum terga fuerat insecutus: repulsos a gradu non prius persequi destitit q̄ omnis italiae ora insuperū mare versa reddita est paccatissima vrso duce mortuo Joānes filius dux solus comaclum ciuitatem de rauennatibus cepit & anno inde tertio pe trum fratrem suum ducatus consortem habere optinuit qui nouus dux ecclesias sanctorum Cornelii & Cipriani in methamaucensi littore aedi ficauit. Sed ambo duces intra tertium qui secutus est annum ducatu se abdicarunt. Creatus autem est ad annum salutis octingentesimum octu agesimum septimum Petrus Candianus vir praestantissimus quem scla ui vno superati altero redintegrato praelio interfecerunt. Joānesq; patri ciacus quem ducatu se abdicasse ostendimus ut seditioni occurreret in vr be fatiscenti ducatum resumpsit quomque eum sexto deposuisset mense suffectus est dux ad annum octingentesimum octuagesimum octauū Pe trus cognomine tribunus quo anno reges duos italia postbabitis francis ex italicis habere coepit. Berengarium foroiulien⁹em & Guidonem spo letanum ducem anno autem qui inde tertius est secutus hic dux Petrus tribunus urbis venetiarum partem muro cinxit a riuo castelli usque ad sanctā mariā in iubanico ibique cannale maius ferreis clausit carbena cui⁹

Caprulae dē. Sergius papa. Margarita.

Petrus cādia. Sclaui.

capita binc in praedicta ecclesia inde in sancto Gregorio observabant qui annus italiae infoelicissimus fuit: q̄ vngari a tarvisio mediolanum usque oīa caedibus incendiisq; foedarunt & stagna venetor̄ pelliciatis naubus tumultuariae fabricatis ingressi ciuitatem nouā clugiāq; & caput aggeris populati sunt eos tū berengarius rex cum quindecim armatorū milibus aliquantulum repressit. Et tandem omni pene amisso exercitu ingēti da ta pecunia ut in vngariam redirent deliuit Petro tribuno ducatus sui anno vigesimo tertio vita functo successit vrsus particiacus secundus⁹ per cuius tempora Conradus alemānus ex ea gente primus licet papali con firmatione caruerit imperium inuasit & rebus per italiam fluctuantibus sarracen⁹ maiorem eius partem occupauerunt. Successitq; huic post vi gesimum annū in ducatu alter Petrus candianus qui nactus per debili tatem imperii & italiae occasionem primus venetorum potentiā in lybur nie dalmatisque auxit & genua tunc a sarracenis spoliata veneti in italis mari potentiores esse coeperunt quam quidē potētiā usq; in haec tempo ra per imperii romani tā graeci q̄ latini inclinationem auxerunt. Nā ger mani imperatores & si terra quādoq; aliqualem nullā tamen aliqñ mari potentiam habuerūt Itaque deincepe in hac venetiarum regione breui tati consulētes nihil aliud q̄ motus intestinos aut fabricas locorū quod nostri est propositi attigemus per otonis secūdi imp. tēpora ad annū salu tis nongentesimum septuagesimum quartum veneti petrum candianu⁹ ducem deiicere cupientes quom ille se i palatio tueretur iniecto igni pice & sulphure mixto & palatiū et ecclesias sancti Marci Sancti theodori sā ctae Mariae in iubanico & plusq̄ trecenta ciuium domus funditus cōbus serunt duxq; cū filio & cōplicibus ē interfect⁹ haecque omnia aedificicia suffectusque illi dux petrus vrseolus vir optimus instauravit qui & gradū ciuitatem instauratam muro cinxit quo item tempore monasterium sancti georgii a ioanne mauroceno moniacho est amplificatum Ad annum vero salutis millesimum & nonum adriensis magnae olim adriae vrbis reliqs apud laurerum superatos veneti tanta confecerint occidione ut dicis il le vltimus fuerit ciuitati a qua mare adriaticu⁹ est appellatū. Quo item anno Pepus patriarcha aquileiensis gradum ciuitatem dolo captu⁹ de struxit quam veneti iterum illico restauraunt Anno inde vigesimo domi nicus vrseolus pulso Petro barbolano per arma dux fit & tertio die Ra uennā metu confugit dominicusque flabonicus tūc exul in patriamque re uocatus dux est factus & ad annum quadragesimū & terciū supra millesimū Pepus patriarcha aquileiensis noni benedicti pont. auctoritate atque consensu gradū sibi subiicit ecclesias diruit vrbem spoliat & veneti eiusdē pontificis auctoritate eandem instaurarūt. Annoque inde quadragesimo dñic⁹ & tarenus dux monasteriū sācti Nicolai in littore & propinquo loco monasterium sancti angeli aedificauit. Ad centesimum vero atque mille simum salutis annum incendia bina venetiis fuerunt quibus parrochia les ecclesiae ad viginti simul cum parrochianorum domibus asserūt quo tēpore methamaucensis ciuitas inundatione maris atque incendio vasta ta & pene summersa & terremotusque superueniēs venetias ubique afflixit Tertiodecimo autem abinde anno Quintus henricus imp. Aerona.

Petr⁹ cādian⁹

Incendium.

Mare adriati.

Mon. ste. s.ni.

venetiaſ veniens ſitũque ꝛ regionẽ ciuitatiſ admiratus venetias regnũ appellari decreuit eoque qui ſecutuſ ẽ ãno Marcus iulianus monaſteriũ virginis de caritate extruxit. Duodecimo deinceps anno veneti montonio peloponenſi ſunt potiti Petruſque gatiloſius eccleſiam ſancti clemẽtis ꝛ boſpitale in cannalis orphani ripa aedificauit vnde vicesimoq; inde anno turris campanaria ſancti Marci ercitata eſt. Sed nec adeo cõtinuare potuit quies inchoata quin ad ãnũ ſalutiſ ſeptuageſimũ ṗmũ ſupra vndecies centenũ vitalis Michael dux fuerit interfectus. Augebant tamẽ indies venetorum opes mirabili incremẽto. Nam ad annum quartũ de duodecies centeno veneti francis bello ſotiati urbis cõſtantinopolitanae dominio ſunt potiti. Et anno inde quadrageſimo eccleſia ſancti Frãciſci venetiiſ ꝛ monaſteriũ ſancti Lipiani in torcello aedificatũ vnde trigeſimo inde anno pons riuialti ſubliceus eſt conſtructus quo tempore quom duplicatum eſſet venetiiſ moliturae vectigal populus in tumultum conciens arma cepit. Sed his qui ſe duces incentoreſque ingerebant captis eculeoque appenſis quies illico ciuitati reddita eſt. Maiorem vero plurimique faciendum anno inde undequinquageſimo tumultũ vrbs veneta ſenſit quom baiamons teupolus rerũ nouarũ cupidus una cũ quirinis barociis dozis badoariis ꝛ baliliis regnũ affectauit in quo pro demeritis publico conſilio animaduerſũ eſt quieſque ciuilis ꝛ cõcordia in haec uſque tempora annis duo de quadraginta atque centũ venetiis fuit ſed iã ſatis multa de venetiarũ origine ac inter ipſa conſtituendã rempu. vel aedificatis vel diruris ciuitatibus ꝛ oppidis ſũt dicta ad viros itaq; eiuſdẽ ex noſtro more inſtituto que veniamus habuit ſemper hactenus vrbs veneta viros maritimorum bellorum ꝛ mercaturae gloria claros. Sed ante partum aetatem nullo decorata eſt viro litteris ornato: praeter ḡ Andrea dandulo duce quem Franciſci petrarchae teſtimonio doctum fuiſſe ſcimus Patrum vero memoria Carolus zenus vir inter venetos non ſolum aetatis ſuae ſed priorum ſaeculorum litteris ornatiſſimus ꝛ rebus bello geſtis ita clarus fuit vt alter Camillus merito a venetiſ appelletur quandoquidẽ elugienſi bello quod cum venetis genuenſes difficillimũ ac periculoſiſſimũ geſſere unico nauli ſplio foeliciſſime geſto genuẽſes a venetis ẽt eo bello vinci poſſe prim⁹ docuit ꝛ õi eo bello boſtiũ ferociã ſua fortitudie ꝛſtãtiaq; cõpeſcuit demũque bucicardũ regis francoꝝ naualis exercitus ſupremũ ducem dum opem patauinis afferre cuperet praelio i genti glorioſiſſimoque ſuperauit quae omnia Leonardus iuſtinian⁹ funebri inculentiſſima oratione ꝛ petruspaulus vergerius elegantiſſimis dubus epiſtolis copioſiſſime proſecuri ſunt fuit ꝛ paulo poſt Zacharias tatuiſanus vir doctrina conſilioque celeberrimus oratio cuiuſ extans coram Gregorio pont. ro. habita pro eccleſiae vnione ſuadenda illũ eloquẽtiſſimũ fuiſſe oſtendit hoc autem ſaeculo multos praeſtantiſſimoſque uidimus. Petrum emilianum epiſcopũ vicentinũ litteris multũ plurimũ prudẽtia decoratum Leonardum iuſtinianum magni nobiliſque ingenii virũ qui inter alia humanitatis latina ꝛ graeca ſtudia muſicae adoleſcẽs iuueniſque deditus dulciſſimis carminibuſ ꝛ peritiſſime vulgariter cõpoſitis omnem repleuit italiam ꝛ poſt natu grandior ſcripto ꝛ pronũtiatiõe

Conſtantinopoli venetiſ.
S. Franciſciſ.
Pons riuialti.
Al. dandulus.
L. iuſtinianus.

Superiusque Asola longe nobilius, deinceps amnis est Silus quē plinius asserit oriri in montibus tarusinis apud Torcellum in stagna cadens tor cellumique ciuitatē nunc episcopo ornatam doctissimo Dominico de Do minicis supra Venetā describentes regionem diximus aedificatā fuisse ex ruinis excidioque Altini. Cuius vetustae vrbis parua admodū vestigia ad eā continentes partem quae sinistrorsum Sili amnis ostio est apposita tiunc cernunt. Altinique nomen primus apud veteres ponit plinius. Et post Martialis poeta tanti fecisse videt Altini oppidi situ ut dicat Emu la bianis altini littora villis. Antonin? vero pius in itinerario vias descri bens a rauenna aquileiā dicit aut septem maria recto a rauenna secundum adriatici littus ad altinum transmitti aut eos qui per Bononiā fermedū atheusum patauiumque terrestri petant itinere altinum primo ⁊ post aq leiam accedere. In eo autem qui musionē ⁊ silum amnes interiacet spatio nouale est oppidum nobile. Silusque supra in mediterraneis Tarusium vrbem diuidit cuius nomen prior inter vetustos habet plinius per tēpo ra vero ostrogothoꝝ dignitatem inchoasse videt quam nunc habet. Nam cum Totilae pater Veronam aeque ac Tarusium dominio possideret tarusii tñ continuo est mozat?. Unde Totila qui postea quint? fuit ostro gothoꝝ rex ⁊ quidē praestātissimus tarusii natus educatusque est. postea longobardoꝝ initio regni quom Alboinus rex eius gentis primus italiaꝝ esset ingressus aquileiamque qualisqualis tunc erat. ⁊ caeteras regiōis vr bes per deditionem cepisset Tarusium quia eius incolae deditionem tar diusculē optulissent: spoliareq̃ ac diruere constituerat nisi Foelix illius epis copus vir ꝑmoratus rauenna oriundus regis barbariē sua prudētia ⁊ prē cum instantia delinisset. Ornataque tunc est ea ciuitas altero praestante episcopo Hermolao barbaro qui sicut decet episcopum populo magis ꝑ desse adnitit q̃ praeesse. Regionem vero quam nunc describimus sub no mine absurdo Marchiae tarusinae ⁊ pariter ꝓximam foroiulium olim galliae cisalpinae partē plinius in regione italiae decima ponit quā carno rum fuisse affirmat. Nam quom multa dixisset de fluuio Silo oppido al tino flumine liquentia colonia cōcordia taliaueto anaxo alsa natisone deq̃ aquileia colonia subiūgit: carnoꝝ haec regio fuit quod vocabulum regio nes ipse alicubi etiam nostra aetate retinent. Ad Sili fontem oppidulum est Casacorba, deinceps anaxum est flumen cui nunc plani vulgatissima est appellatio. ad eiusque ostia equilium est insula stagnis paludibusque a cō tinenti diuisa: fuitque ea insula ciuitas eiusdem nominis ab eraclienſibus vicinis aedificata. nāque eracleam in historiis ⁊ in veneta huius italiae re gione ostendimus fuisse post aquileiae concordiae ⁊ altini demolitionem a dictaq̃ vrbium populis aedificatam qui ab Eracleo illius tēpestatis imp. id nomen indiderunt ciuitati. Sed eraclienſes inde Venetias commigra runt ut nunc vrbis vestigia requirant: equileique pariter vbi mutato no mine ciuitas dicit noua episcopio ⁊ quidē tenui nota paruae ⁊ tenues reli quiae vix sciunt. Anaxo seu plani fluuio ad sinistram adiacent oppida re netium limina ⁊ aquoziorum. ⁊ superius arduo in monte est Feltrum ciui tas episcopo nunc Jacobo ornata zeno non minus doctrina q̃ gentis no bilitate conspicuo. Ad dexterā planis primum haeret oppidulū madiriū

Asola
Silus fl.
Torcellum
Tarusium
Casacorba.
Feltrum

Uectorium.

inde in mediterraneis Uectorium. Superius vbi varianus olim nūc calo
rius auget fluuius est oppidum Telega: eidēque amni variano siue calo
rio apposita est Belum ciuitas vetustissima quam Plinius caeteriqz scri
ptores velunū appellant: eidemque nunc cum Filtro in eundem conium
cte episcopatum idē zenas praeest episcopus. Uarianū vero siue Calorio
amnem in alpibus oriundum quas germanicae incolunt gentes dnqz au
gent torrentes quoz conuallibus marginibusque castella vicique plures in
sunt barbaris nominibus appellati. Sed z vbi plauim diximus variano
siue calorio incipere augeri alter influit cordoualus amnis z ipse ex sūmis
defluens alpibus cui Falchachium Tabuliūque oppida. z ꝑplures vici
germanica potius qz italica nomina habentes adiacent liquentia ad mare
sequit amnis vetusti nōis quem ex montibus opiterginis nasci Plī. est au
ctor. cum nunc Liuentiā appellant. habetque ostii bifariam diuisi partem
ad easdē paludes quibus equilium insulā a continēti diximus separi: alte
raque parte ad prima caprulaz insulae stagna paludesque delabitur. vbi
vero in dictas scindit partes ad dexterā Turricium est castellum. Interi
usque vbi liquentiā sinistrorsum torrens auget muttegus opitergū est nūc
oppidulū quā vetusti nominis ciuitatē simul cum aquileia altino z cōcor
dia ab Athila destructam. z postea quom esset reaedificata a lōgobardis
eodē anno quo z forum pompilii deletā fuisse in historiis ostendimus. Ad
mutegidique amnis fontē Conilianum est nobile ditissimūque oppidum
Liquentiā item dextrorsum Meduna auget fluuius supremis in alpibus
iuliis oriundus. Cui dextrorsum Corna z supra ad imeuli torrentis fontē
portoneum superiusque prata. z in mediterraneis portilium oppida sunt
apposita: prataque z portilium duabus ut in regione praestantibus nobi
lium familiis patrii cognominis exornant Ubi vero liquētiam ipse auget
meduna amnis Sacillum nobile ditissimūque est oppidum. Ad liquen
tiae sinistram supra muteghi torrentis influxum est oppidum Busoletū.
z supra vbi mesulus auget torrens curiolonum est oppidum. supius Sera
ualle. Sequit Alsa vetusto nomine fluuius nunc Liminius appellatus.
quod nomen eū inde crediderim nactū esse qui sicut huius regionis princi
pio diximus z eius. z forojulii limes a barbaris fuit dictus. habetque ad
ostium quo in paludes stagnaqz eponerat Crapulas insulam, in quaz opi
terginos Athilae saeuit iam declinantes saepe alias ostendim? cōfugisse.
habetque Alsa siue Liminius ad sinistram oppidum nomine Sextum.

Falchachium.
Tabulium.
Liuentia fl.

portilium.
Sacillum.

Regio decima Forumiulium.

plinius

Equitur regio forojulienſium quos plīn? dicit dictos
esse cognomine transpadanos. Id forojulii nomen no
tissimum z quod ante. L. Julii Caesaris tempora in
ipsa regione inque supereminentibus eidem alpibus iu
liis inchoasse constat. vnde post factum Japigum aut
cisalpinae galliae mutationem habuerit originem igno
ramus. vndecūque autē sit natum nostrae inhaerentes diuisioni regionis
ipsius quam tamen nonnulli aquileiensem appellari volunt initiū ad alsae

seu Liminis fluuii dexteram inchoabimus. Cui portus gruarius oppidū
post cordeualum z superius porcianum oppida sunt apposita. deinceps ē
Taliauentum prisci praesentisqz nominis flumen quod Plinius dicit ma
ius minusqz fuisse cum nunc vnico in adriaticum ostio feratur. Sunt et ad
sinistram primum a ripa remotius oppidum sanctus Uitus. post valua
castellum. z superius in montibus Spilimbergum natura loci munitioni
busque validissimum z populo frequentatum. Dextrorsum vero haeret
taleuento tisana nobile munitissimumque item oppidum. z supra ab am
nis margine semotum cucbagna. superius in monte arduo sanctus Bani
el praestans in regione oppidum. z ad fontem in alpibus Bugonia est ca
stellum. In ea littoris vbique inaequalis z maiori ex parte stagnosi ora tor
rens est in mare cadens cui Palazolum: in mediterraneis castellū haeret
z stagna magnaz in sinum recessumque curuam piscosissimoque imminet
Waranum oppidum populo frequentissimum. Torrenti autem id illabē
ti stagnum continet castellettū. Interius in mediterraneis oppidum nobi
le est Belgradum superiusque Coldroitum. At in maritimis est stagnis
circūfusa gradus insula alter venetiarum regionis z vrbis limes in quam
z in historiis z ipsa in Venetiarum descriptione saepenumero dixim? aqui
leiensem patria profugos sese cum opibus z sacra supellectile recepisse et
vrbem aedificasse gradensem quam pluries diruptam reaedificatamqz tādē
pauci nunc inhabitāt. Aquileia etiā vrbium quondam Italiae transpada
nae primaria potentissimaque atque etiam pulcherrima quintodecimo vt
inquit Plinius a mari semota nunc pene derelicta ē. Nam praeter sacer
dotes canonicos numero haud quāquā multos: ornatissima, speciosissi
maque in basilica diuinae faciendae rei additos praeter pastores piscato
resque rarissimos nulli nunc incolunt populi ut vix castellulum tanta olim
vrbs nunc possit appellari. Suntque z ecclesia superius dicta z patriar
chale atrium z muri oppidulo circūducti z monasterium virginū depu
tatum Peponis patriarchae opez reliquiae. Eam vrbem qui prius con
diderint non est memoriae proditum. Liuius autem in bello macedonico
sic habet. Romae litterae Fabii magnam trepidationem fecerunt. eo ma
iorem qz paucos post dies Marcellus tradito exercitu Fabio Romam
quom venisset exercitum in ligures traduci posse. quia bellum cum histris
esset prohibentibus coloniam Aquileiam deduci. Et paulo infra. Aqui
leia colonia latina eodē anno in agro gallorz est deducta. Floreret autē coe
pit quo tempore primum romani subigendis barbaris ad Danubium in
colentibus manum apponere coeperunt. Unde Octauius Caesar Au
gustus. etsi maiorem bellorz partem per legatos administrauit ut illis ꝑ
pinquior esset in his italiae partibus frequenter obuersatus est. Nā Sire
tonius reliqua bella per legatos administrauit. ut tamen quibusdam pan
nonicis atqz germanicis aut interueniret aut non longe abesset ravennam
vel mediolanum vel aquileiam vsque ab vrbe ꝓgressus est. z Julia eū co
mitata aquileiae aborsu facto puerz amisit. Gloriosissime vero de Aqui
leia scribit Julius Capitolin? in vita duorz maximinorz his verbis. Prae
tereundum ne illud quidem ē qz tanta fide aquileienses cōtra maximinos
ꝑ senatu fuerunt ut funes de capillis mulierz facerēt quom deficerēt nerui

Sanctus Uitus.
S. Baniel.
Bugonia.
Palazolum

Aquileia.

ad sagittas emittendas. ⁊ inferius asserit Capitolinus nuntiū qui ex aquileia ad significandā maximini mortem Romam fuerat missus: tanto impetu mutatis apud Rauennam animalibus cucurrisse ut quarta die Romam venerit. Eius vero vrbis amplitudo maxima vnde pcessit non iniucundum aut inutile fuerit explicare. Primum legiones romanas ibi obuersatas ut claustra italiae tuerentur eam non peperisse opum affluentiam quae fuit aquileiae hinc constare videtur ꝙ nec rauenna neque mediolanū neque in gallis massilia aut in hispanis taraco. apud quas vrbes romanae legiones diutissime fuerunt moratae ad id opulentiae aut diuitiarū potuerunt peruenire. Auxit igitur mirabili incremento ⁊ immense ditauit aquileiam orientalium occidentaliumque mercimoniorum mutua comportatio ibidem instituta ꝙ nullus stante aquileia locus alter circa adriaticum mare fuit in cuius portu et diuersorio occidentales orientalesque pro cō mutandis mercandis coemendisque ⁊ vendendis inuicem rebus conuenirent. Eademque ratio Spinam olim vrbem ut inquit Plinius iuxta padum ⁊ rauennam a Diomede conditam. ⁊ ea omnino destructa Adriam quae mari adriatico nomen dedit. ⁊ postremo diruta aquileia veneriaſ crescere augeri ⁊ mirum in modum ditari fecit. Longum nimis atque supervacuum fuerit res apud aquileiam gestas ex nostrō instituto recensere. quia id a nobis multis in locis diligenter est factum. Sed virorum eius vrbis ornamenta non dubitamus omittenda. Euangelista Marcus dum a beato petro apostolorū christi principe in Alexandriā mitteretur nauigaturusq; naues illic ex more ut diximus operiretur: aquileienses ad christi fidē conuertit sanctumque euangelium suum cuius codex manu exaratus sua venetiis nunc veneratissime seruatur scripsit. Hermacoraſque ⁊ ipse sanctus ad Marci praedicationem conuersus a beato petro aquileiae ⁊ omnis venetiae protopraesul institutꝰ omnem eam regionem deo nostro lucratus est quem Nero imperator ⁊ simul Fortunatum subdiaconem securi percussit. Syrus exinde vir aquileiensis doctissimus papiā ab Hermacora missus mira sanctitatis opera ibi edidit. Fuit et aquileiensis Chromatius ad quem gloriosus Hieronymus multa inscripsit opera multasque extat epistolas. nihilque secisse videtur gloriosius Chromatius ꝙ ꝙ beati Hieronymi notarios atque librarios sustentauit. Praestantem vtrumlo co aquileiensem virum ponimus Rufinum presbyterum latinū graecisq; litteris adeo eruditum ut eius quae extant cum opera tum translationes nullis ciuispiam ecclesiae doctoris operibus secundas eloquentia ornatique ducamus. Visitur aquileiae marmoreus lapis grādes elegantesq; litteras huiusmodi incisus. imp. Caes. Aug. aquileiensium restitutor ⁊ cōditor: viam quoque geminam a porta vsque ad pontem per tyrones iuuentutis nouae italiae suae dilectus posteriorisq; longi temporis labe corruptā munivit ac restituit. Adiacet sinistrorsum aquileia natisoni fluuio cui nūc Lisontio est appellatio. Et eo qui ad talliamentum amnem proximum intercedit campestri in spatio superemines aquileiae ad triginta milia passus. Vltimum praestans dictissimumque regioni oppidum nouo nominis quod nec in gothoꝝ neque in longobardorum aut proximorum aetati nostrae

Euangelium.

S. Syrus.

rebus gestis non inuenitur: hinc quod vulgo fertur austrinos cum ad tre centesimum ab hinc annum condidisse credo. eam enim regionem duces austriae tunc temporis optinebāt. Habet vero nunc Vtinum Jacob ciuē ⁊ aquileiae canonicum eloquentia ornatissimum. suntq; superius ad pmos colles Fusagna superiori loco in montibus glemona vetusti quod gothorū longobardorumq; historiae habent nominis oppidum. ⁊ ad natisonem est in montibus Ventionum. Natisoni finistrorsum est propinquum Mons falcho oppidum regionis egregium arduo in monte situm quod Theodericus rex ostrogothorum primus aedificauit Superatis caesos inter montes est ciuitas austriae nunc Cuidale appellata quā vrbem ⁊ aspectu verrimam ⁊ ut monuosa in regione speciosam cultiq; cultu habitatam fuisse crediderim oppidum illud a gallis prope aquileiam aedificatū de quo Liuius libro. xxviii. sic habet. Eodem anno galli transalpini trālgressi in Venetiam sine populatione ⁊ bello haud procul inde vbi nunc aquileia ē locum oppido condendo ceperunt: legatis romanis transalpes missis responsum est: neque profectos ex auctoritate gentis eos nec quid in italia facerent se scire. Birmilque vrbs ipsa germanos ab italis certiore atque etiam celebratiore modo caeteris omnibus limitaneis uel vrbibus uel oppidis quae aut gallis aut germanis aut sclauonibus vbique in alpibus sūt conterminae ꝙ mores in illa ⁊ omnis vitae apparatus a germānis omnino est dissonus. Supra ciuitatem austriae natisoni cōtinet sosimbergū tarro amni sub ciuitate austriae natisonem illabenti. ⁊ quem Plinius cum natisone aquileiam profluere dicit. Ad fontem in alpibus adiacet Vapocbū. ⁊ infra ad medium sui cursum caelso in monte appositum est Bogrium. ⁊ supra montem falchonem caelsiore item sub alpibus loco Cormona est oppidum in nostris longobardorum historiis celebratū. Sed ad ea quae marus littoribus sunt propinqua post montem falchonem caelso item in colle ē Buinum nobile munitissimumque oppidum ⁊ minore in colle molanum. deinceps vrbs Tergestum romana colonia quom vetustatum etiam apud vetustos scriptores. C. Caesarem in commentariis Plinium ⁊ alios cum historicos tū cosmographos celebrata tertioque ⁊ tricesimo miliario vt inquit plinius distans ab aquileia: vtraque Tergestū sex mi lia passus esse dicit plinius phormionem amnem cui nunc Cisano ē appellatio ⁊ vno de ducentesimo passuum miliario a rauenna distantē: qui ddē amnis fuerit antiquus italiae terminus. Labitur autem is amnis phormio siue cisanus inter muglam proximum Tergesto oppidum ⁊ Justinopolim vrbem caput histriae haud quaq; improprie appellatum quādo ad praedictum phormionem histria incboet. Sed priusq; nouae huic nobis regioni manum apponamus paucula explicemus quae retro in mōtibus de forojulienſibus sunt omissa. In ea montium parte quae in adriaticum e regione duint oppidi est versa. Boricia ē sub alpibus quod oppidum familiae nobili patrium comitatus titulum referenti subditum populo et opibus est refertum. supraque Tergestum pariter sub alpibus ē castrum nouum.

mons falcho.

Sosimbergū
Tarrus fl.
Vapocbum.
Bogrium.
Cormona.

Cisanus.

Undecima regio Histria.

Istriam nunc nō quidē notā quae ante Lae. Alu. tempora italiae censebat. Sed inter caeteras oras vltimo addita ineboemus. Eā Pli. ut in peninsulā excurrere dicit latitudine q̄draginta milium circuitu vigintiq̄n q̄s ꝛ centū. ꝛ quidē a pbormionis siue cisani ostio vbi vltima ē tergestini sin⁹ pars ad pbanatici sinus quem nūc carnariū appellāt intimā concauitatē vbi ē castra nouū siue arsiae fluminis ostiū via difficiliorē q̄dē p arduos mōtes sed breuiorē vix quadraginta milia passus implet quom circuit⁹ mari secundū littora factus supradicta. xxv. ꝛ centū amplissime cōplectat. hinc pulchrē ē cognoscere oram adriatici maritimā supra a venetiis iustinopolim vsq̄ a nobis descriptā vbiq̄ sinuosissimā ꝛ adeo rostuosam esse ut dimidia breuior sit mari q̄ terra directū e regione centū milia passus iter. A pbormione aūt fluuio ad fanatici siue carnarii ꝓmontorii ea sicut dicit Pli. peninsula histriae se in mare italiā versus dextrorsū flectit. Sed ad rē. histriā regionē Iapigiā prius simul cū forojulio appellatā vult ex Trogo pōpeio Iustinus sic fuisse appellatā ab histri amnis q̄ ꝛ danubius accolis: qui cū argon nauim ab argonautis a danubio in adriaticū mare humeris deferri adiuuisset in ea iapigū regiōe consedētes histriā de patriae regionis noīe appellarunt. Pli. vero quom aliquor cōfutasset errorē dicentiū ꝛ q̄dē absurdissime histriā dici a pte histri fluminis in adriaticū delabēte. Subinfert argon nauis flumine in mare adriaticū descēdisse non procul tergesto nec iā constare quo flumine alpinosq̄ diligētiores affirmare humeris fuisse trauectā: subisse aūt histro deinde sabo dein nauporto cui nomē ex ea sit causa inter emoniā alpesq̄ exoriēti. Prima histriae vrbs ē ut dicimus Iustinopolis quā Justin⁹ Iustiniani p̄mi imp. filius atq̄ imperii successor in insula tunc capraria sed prius pullaria appellata aedificauit. Causam aūt eius cōdendae vrbis in historiis fuisse oīdimus ut in eo natura loci munitissimo loco tuti essent histriae populi: variis diutinisq̄ barbarorū incursionibus agitati. Jungit tū cōtinēti ea insula brachio mille passus lōgitudine ꝛ ad decē latitudine ducto in cui⁹ medio arx valida Leoninū appellata castellū oppidanis a terrestri oppugnatione praesidio ē imposita Magno fuit p aetatē nostrā iustinopoli ornamēto Petrus paulus vergeri⁹ iure cōsultissimus ꝛ philosophus: quodq̄ supra saepenumero diximus inter primos huius saeculi eloq̄ntissim⁹. primū a Justinopoli. v. milia passus semotū ē Insula oppidū. ꝛ post tantundē inde distans piranū ciuitas. ꝛ tertio loco salodi ꝓmontorii totidē abest passus. quartūque paris a superioi distantiae humagū nobile oppidū cursu ꝓpe recto ꝛ ad italiā transuerso p mediū pelagus incuruari ferriq̄ videt. deinceps aequalioze ad fanaticū siue carnariū ꝓmōtorii ꝛ tū sinuosissimo inter se ꝓspectu. caetera histriae maritima oppida bīnūr: ab humagoque q̄nq̄ pariter milia passus abest Emonia ciuitas cui nūc ciuitati nouae est nomen ꝓpe quā nauporti sunt ostia fluminis quieti nunc appellati in quē alpibus exoriēti argon nauim plinius asserit fuisse dimissam. post naupor tū prima ē parentium ciuitas vetusta: cui orsarium continet et mons ꝛ op

Iapigia

Justinopolis.
Caprara.
pullaria.

pidum ꝓminens illi impositū. post haec Ruuignuz oppidulū. deinde nra supeminet amplo colli imposita arduo naturaque loci munitissimo vrbs pola romana colonia ꝛ histriae ac italiae vrbiū postrema Ab ea vero vrbe incipiens fanaticū ꝓmontoriū postq̄ longo tractu cōtra ariminū. uel sicut plinio placet contra anconem in mare se ꝓripuit sinum eiusdē nois effecit quē nunc carnariū diximus appellari. estque eiusdē sinus nouū prisco correspondens vocabulū q̄ fanaticus a priscis a tempestatum frequētia atq̄ ut ita dixerim insania. nunc vero carnarius a multitudine cadauerū quae frequētibus ibi tempestatibus fiunt est appellatus. prius vero q̄s ea describamus quae fanatico sinu appositu ad arsiam amnem certissimum atq̄ notissimum italiae ad liburnos terminum ptinent mediterranea quae altissimis in montibus a Justinopoli ad Nauportum siue quietum amnē interiacent explicabimus. Sumtque in mōtibus iustinopoli supeminētibus iurisdictiōis suae castella rasponū ꝛ rogiū. Sunt itē in mōtibus a mari longius q̄s praedicta recedētibus in ea quā diximus flectētis se ad italiā peninsulae curuitate bulea mimianū scūs Laurētius portule grisana. ꝛ superiori loco pimōtium pigmētium ꝛ petra pilosa: quae oia iustinopolitanor sūt oppida ꝛ castella. medioque ferme eor⁹ oium spatio petrā pilosam inter ꝛ portulā ac primontē ē oppidulum nunc noīe Sdrigna quod fuisse constat olim Stridonis oppidum. Unde gloriosissimus ecclesiae dei doctor illustratorque Hieronymus originē duxit. ꝛ transiauportum siue q̄rtū amnē ad arsiam vsque amnē castella nunc in mōtibus oppidaque extant vallis duocastra iustinopolitanis suppositā. supiusque montona ꝛ pissiū. Ne etiā superius ꝓmissum vlterius differamus a fanatico promontorio ad arsiae amnis nostri limitis italiae ostium quo se in carnarium siue fanaticum sinum exonerat oppida ipsi supeminent sinui albona ꝛ terranoua quae duo ꝛ superius dictum pisinum q̄ arsiae ꝛ sinui fanatico propinquent histriae atque italiae vltima sunt censenda. Adhibita ē nobis superiori loco describendis histriae montium oppidis ꝛ castellis solito maior diligentia, quod quidem nulla alia fecimus ratiōe q̄s ut rem minime nobis peritisque regionum dubiam. Sed de qua multos ambigere vidimus praestantissimos italiae atque orbis christiani aliar ꝓuinciar viros doceremus. Stridonē oppidum glorioſi Hieronymi patriā in italia ꝛ quae nunc ꝛ quae Octauii Aug. imp. ꝛ multo magis Plinii atque etiā natalium ipsius hieronymi tpibus erat situm esse ut tantum virum plane italicum ꝛ nō alienigenā fuisse cōstat. Idque verba sua de seipso scripta in libro de viris illustribus certissimū efficiunt hieronymus praesbyter patre natus eusebio ex oppido Stridonis: qō a gothis euersū dalmatiae quōdā pānoniaeq̄s cōfiniū fuit vsq̄ in praesentē ānum idest Theodosii pncipis q̄rtūdecimū haec scripsit Vitā pauli monachi epistolar ad diuersos libr vnū. et caetera. Visit vero apud Sdrignā siue stridonē praedicti eusebii genitoris sancti hieronymi sepulchr. ꝛ fama p aetatis successiones tradita ꝛ litteris lamine inscriptis plumbeae in eo ut ferunt repte notissimū. Videmus vero multos in eam de qua diximus opinionem ductos fuisse ut crederent beatum hieronymū dalmatā fuisse quia litteras illis adinuenerit cōposuerit que a latinis graecisq̄ diuersas quae sint postea appellatae sclauonicae a sclauōibs

petra pilosa
Sdrigna.
Stridon.
Vallis
Duo castra
Montona.
pissium.

Sclaui. Boemi.

germaniae olim populis quos nūc appellāt boemos a q̄bus sicut in hīsto riis ostendim⁹ regio dalmatiae histris contermina paulo post functū vita ipsum beatum hieronymū fuit occupata⁊ semp postea sicut nūc quoq; fit Sclauonia ē dicta. ⁊ q̄dē non solū eas praedictis cōposuit deditq; sclauo nicas litteras. sed officiū quoq; diuinū quo catholici vtūt xpiani ex grae co in id nouū idioma traduxit: quod gloriosius pon. Eugeni⁹ q̄rtus p no stras man⁹ illis cōfirmauit. Quo tpe apud Florentiā ⁊ graecor⁹ vnio cuz ecclesia occidentali ē facta. ⁊ armenii iacobitae nestorini ac ethiopes acce perūt ab eodē Eugenio catholicae ecclesiae documenta. Illis vero q̄ per tinaces cōtēderent beatū Hieronymū si in patria sua idiomate ab italico penit⁹ alieno vsus fuit ⁊ suos cōtribules histros vti docuit atq; voluit vi deri fuisse alienigenā respōdem⁹ maiorē meliorēque q̄z sit histria partē eē italiae calabriā atque brutios quib⁹ in regiōibus sine cōtrouersia italicis ⁊ semp antea viguit ⁊ nunc quoque viget germanicae linguae vsus. Quin etiā circa hastā taurinos iporediēses ⁊ oēm eā alpibus subiectam italiae re gionē cui gentes diu praefuerūt gallicae alieno magis populi illi q̄z ppio ideomate italico abuūtur: pariter apud Vicentiā Veronāque praeclaras elegantissimasque mozib⁹ italiae vrbes licet a germania sint remotissimae multi sunt vici multa oppida ipsis subdita ciuitatibus quor⁹ populi theo ronica frequentius q̄z italica locutiōe vtūtur. Sed iā ad nostr⁹ ordinē reuerta mur. Gesta in histris ptriculatim referre nō expedit sed satis fuerit ea quae supra diuersis in locis sūt dicta in suū hunc locū colligere primā scilicet in uasionē factā in regionē ab histris qui iapigas uel expulerunt vel dominio oppressserunt. Teutana que muliere praestantissima in histris regnante bar baros supuenisse qui oia in histris ferro ignique vastarūt. tertiāque hus po pulis fuisse maximā ⁊ horribilē cladē illā a visigothis illatā de qua nos in romanor⁹ impii inclinatione initio scripsim⁹. quae q̄dē clades illa fuit de q̄ gloriosissimus ipse Hieronymus apud Bethleē degens noluit intelligi ⁊ supradicto in libro de viris illustribus ⁊ in expositionibus minor⁹ duode cim pphetar⁹ ubi textum declarans pphetae Abacuch multas in vrbes prouintiasque desolationes spiritu prophetico praedicentis in hanc maxi me sententiam commentatus est. Non ne hoc impletum esse auduimus in nostrae originis regione finium pannoniae atque illirici vbi post varias barbarorum incursiōes ad tantā desolationē est peruentū ut nec humana ibi manserit creatura nec animal superesse conuersarique dicatur ex his quae hominibus amicari et conuiuere cōsueuerunt. quae quidem desola tio quom ad annos centū continuasset: Justinū impulit ut sicut supra dixi mus Justinopolim munitissimo et tuto a barbarorum incursionibus lo co aedificari curauerit. Proximae vero aetati nostrae in bello quod Ve netos inter et genuenses acerrimum fuit. et Justinopolis de venetis in po testatem genuensium est facta. et ea adiacentesque vrbes maxima calami tate aliquādiu pressae et conculcatae fuerunt. Finita iam ad banc alpium per milia passus quadringenta et quinquaginta ab varo ad arsiam amnē externis nationibus munimento Italiae oppositarum partem sit italiae nostrae latitudo in recentē gloriosissimi Hieronymi doctoris cōmemorati onē qui sic eā ⁊ me sibi deuotū ab omnib⁹ tueat aduersantib⁹ sicut ad hoc

Beatus Jeronimus

Abacuch.

limites originem illum in ea habuisse ostendimus.

Regio duodecima Aprutium.

Absoluta histria regionum Italiae ad alpes liburnicas vltima breuis a phanatico eius sinu promōtorioq; nunc Carnario per liburnicum mare in troenti amnis ostia est traiectus. ut alias a nobis describendas septez regiōes aggrediamur. Samnium Campaniam Apuliam Lucaniam Valentinos Calabros ⁊ Brutios. Licet vero mihi in hac parte quod Liuius patauinus septimo libro habet vsurpare: maius solito negotium meis impendere humeris cui maiora deincepe sint perueſtiganda q̄ his in regionibus celebriora bella q̄z alibi in Italia fuere gesta ⁊ viribus hostium ⁊ longinquitate temporum quibus bellatum est. Facile tamen erit Alexander epirotus pyrrhus Hannibal Balaricus Totila vetustiores earum regionum hostes quas res ⁊ quibus in locis gesserint a maiorum aut nostris historiis sumere. et per singulas ciuitatum locor⁹que descriptiones sicut supra fecimus edocere. Quae vero a quadringentis annis postquā septem hae regiones in vnicam regni appellationem sunt confusae in eo acciderint ⁊ qua ratione factum sit ipsa regni constitutio videtur vnico contextu diligentius enarrandū ne singulis postea in locis cogamur saepedicta identidem replicare. Per Ludouici francorum regis tempora Tancredus miles normannus generosi viri animiq; liberorum duodecim ex duabus procreatorum vxoribus ponderе premeretur. nouas quaerere sedes constituit fortunam meliorē ⁊ opes sub alio caelo viribus sibi et ingenio facere confisus. Qui quom in Italiā peruenisset primum in romandiola substitit. Pandulfus per id temporis capuanus princeps bello aduersus Guaimarum Salernitanum principem multum implicitus qui quom auxilia vndique conquireret banc gentem armis deditam promisso stipendio accersiuit. tantaque ilico et talia Normanni gessere facinora ut viros fortes praestantissimosque eos suo malo senserint hostes. pandulfus vero bebetioris ingenii ingratusq; ipsos spernebat. Unde factum est ut tempore stipendii de quo in romandiola conuenerat finito transiuerint ad Guaimarum cuius principatum multis praeclare gestis breui auxerunt. premebat vero normannos duces ut assolet aulicorum Guaimari inuidia quom peropportune accidit imperatoris Constantinopolitani in calabris brutiis. Lucanis ⁊ Neopolitana vrbe magistratus petere Salernitanum illi subditum imperio auxilia aduersus saracenos Siciliam opprimētes cuius insulae pars maxima graecis per id temporis erat subdita. Graecique fouti ac fideli normannorum opera vsi saracenos omni pene Sicilia deturbarūt. Sed ⁊ ipsi graeci normannor⁹ virtute per singulos dies cum admiratione considerata in eoruz inuidiam suspitionemque q̄z in accepti beneficii munerationem proclivio res esse coeperunt. Id quom normanni qua erant prudentia peruidissent cupientibus graecis faciliter persuaserūt dimittendū esse in pinguis vbertimae q̄z rez omnium apuliae hiberna victorem exercitum qui exhaustam

Alexander pyrrhus Hannibal. Balaricus

apulia capta.

belli diuturnitate & barbarorum crudelitate siciliam instanti hyeme con
sumpturus videbatur. Tra ductis in italiam copiis normanni in apuliam
ddati magnam illius partem sibi subegerunt. Qui ut sedem haberent in
qua mulieres pueros impedimentaq; tuta conseruarent: Melphim vr
bem arduo & natura communito loco aedificauerunt. Erat tunc tempo
ris Constantinopoli imperator Michael etbiriachis qui magnis per le
gatos ex graecia siciliaque & italiae sibi subditae regionibus comparatis
exercitibus in normannos duci curauit: commissumq; est secus Ansidu
canniarum apuliae amnem & olim tem oppidum ingens praelium in quo
normanni superiores victoresque euaserunt. Multa hic de normannoru
successibus & gestis rebus dicenda omittimus quae tertiodecimo histori
rum nostraq; libro continent. Tancredo patre & post pap. Brogone filio
comite ut tunc dicebant apuliae mortuis bunfredus fratrum vnus in eo
comitatu successit. Hicque quom annis septem comitatum tenuisset mo
riens Gotfredum fratrem habuit successorem per quod tempus Leone
quinto pontifice romano Guaimarus Salerni principe a suis interfect
est. Gisolphusque normannus salernitanum optinuit principatū qui pau
lopost Beneuentum romanae ecclesiae vrbem ut caperet est adnix, quod
cum rescisset Henricus secundus imperator e germania romanus: Leoni
pontifici per litteras & nuntios suasit ut theotonicorum copiis quas ipse
Vercellis italiae praesidio reliquerat acceptis duceret in normannos. id
quom fecisset Leo pontifex superatus praelio & cum aliquot cardinalib
captus fuit. Normanni tamen sicut decuit principes christianos maxima
vsi erga pontificem reuerentia cum comitesque honore prosecuti ad vrbē
Romam qua venerat deduci curauerunt: foediciorque fuit normannis et
melius in romano pontifice q in caeteris quibus ad eam seruuerant die
collocata liberalitas q romanae ecclesiae & pōtificis auctoritate ea pmisi
sunt gubernanda tenere quaecunque de italia tunc temporis optinebant.
Exinde Gotfredus fato functus Bagelardum filium reliquit haeredem
quod quom aegre tulisset Robertus cognomine Guiscardus filiorum
Tancredi ordine sextus vir ingentis animi nepote deiecto gentis Nor
mannae principatum assumpsit. Erat tunc secundus Nicolaus pontifex
romanus. Is a capitaneis Romae quos nunc barones appellant egita
tus: Guiscardum ad Aquilam vrbem parum ante conditam in collo
quium accersiuit. et quom Guiscardus Beneuentum & caetera quae iu
rium ecclesiae tenebat restituisset: papa illum terrae Apuliae et omnium
quae in Italia optinebat sub ducatus Apuliae titulo legitimum institu
it possessorem. Robertusque ligium se quod arctissimum seruitutis voca
bulum est pontifici et ecclesiae iureiurando addixit. pauloque post in capi
taneos ducens romanos proceres eos omnes edomitos pontifici parere
fecit. Nec multo post auctus animis Guiscardus Guilielmum fratrē apu
liae praefecit. & in Calabriam ducens sancti Marci vrbem cōmunire ag
gressus est. Inde progressus et castra secus amnem nocatum ad aquas ca
lidas metatus consentinos martiranensesq; subegit. secundū quā victoriā
Sillaceum siue ut appellant Squilaceum accedens per ionii maris litto
ra peruenit regiū quā dum obsidet ciuitatē leucastrum maiam et camaleam

Leo. v. papa.

Robert⁹ guis.

pactione recepit. rogerius interim fratrum Guiscardi natu minimus ca
stris aliquādiu in vibonensi monte habitis vallē salinarum et multa in cir
cuitu normannorum ditioni adiecit. Nicefolam vero oppidum commu
nis proprio curauit praesidio conseruari. Quo item tempore Guiscard⁹
Ganfredo etiam fratri guilliniacum & totam teatinam in nunc aprutii re
gione occupata attribuit gubernandam. Inde reuersus ad regii obsidionē
Guiscardus calabris brutiisque omnibus & ipso regno in suam & fratrum
potestatē redactis tunc primum dux calabriae & apuliae fratq; consensu ap
pellari coepit. forte p id tēporis Bertieminus bescauerti mauror princi
pis Siciliam p saracenor soldano administrantis admiratus: rogerium
Guiscardi fratrem in brutiis agentem occultus adiit. & premio proditōis
impetrato eum impulit ut in Siciliam rebellare paratissimam duceret:
quem Guiscardus naui gio est subsecutus. & prima de siculis in normānō
rum potestatem venis vrbs Messana. & ne plura hic q̄ tempus locusque
postulet dicamus: omnis Sicilia in Guiscardi fratrisque rogerii potesta
tem breui est facta. Tuncque rogerius alexandro secundo pōtifici ro. qui
defuncto Nicolao suffectus erat camelos quattuor praedae de saracenis
Siciliae pulsis factae partem dono misit. Fuit vero mirabilis dicti roberti
& fratq; cursus victoriarum quandoquidem intra decē & octo ānos quorū
vltimus fuit septuagesimus post millesimum salutis annus praedictis ita
liae regionibus & Siciliae sunt potiti. Paulo post quom Henricus tert⁹
imperator germanus Gregorium septimum pon. ro. acerrimo persequē
retur bello contulit se aquinum dictus pontifex. & eandem concessionem
quam secundus Nicolaus fecerat roberto confirmauit. ea tamen adiecta
conditiōe ut marchiā anchonitanam paulo ante picenum appellari solitā
a suis normannis occupatā dimitteret. unde factum ē ut quom Gregori⁹
pontifex in mole hadriani castello sancti Angeli ab Henrico obsideret. ac
cedens cum copiis Guiscardus & romā p portam flumentanā siue flamī
niam ceperit & henrico vi expulso pontificem obsidione liberatus deduxit
salernum ubi diē post parum obiit rantis tam multisque in italia & sicilia
gestis rebus pellendo Constantinopoli Alexio imperatore graeco & qdē
sca electissimo qui christianis inimicaret Guiscardus animum adiecit. sed
dum dirrachio plurimisque epirri & acarnaniae ac graeciae oppidis castel
lis & insulis vi captis maiora in dies molit apud cassiobā insulā febri p iu
lium mensem ex caumate correptus interiit: cuius filio natu miore roge
rio Urbanus secundus pontifex romanus in Melphiensi concilio pater
num in italia apuliae calabriae ducatum cōcessit. Alter vero roberti filius
natu maior Boemundus patris quē semp secutus fuerat dominii in trās
marinis haeres & exercitus ductor relictus est. Qui quom in rogerium
fratrem dominio italico eum excludere cupient em traduxisset exercitum
meliorē sibi a casu oblatam secutus est fortunam. Gallicos enim germānos
hispanos & anglicos proceres in christianam expeditionem ab vrbano se
cundo pontifice ro. apud clarum montem Aluerniae institutā secutus an
tiochiā durissima obsidione cepit: cuius ducatu & amplissimo principatu
ab expeditionis magistratibus donatus fuit. Rogerio normanno post an
tum & vigesimum annum defuncto Guilielmus filius successit. Qui

Dux calabriae Bertieminus.

Alexander secundus papa. Sicilia.

Alexius imp. Alexii imperatoris constantinopolitani filiam in matrimonium promis
sam habere sperans in graeciam profecturus suos apuliae ⁊ calabriae du
catus Calisto secundo pontifici romano commendauit. Sed Rogerius
altero genitus Rogerio normanno Guiscardi germano fratre comes sici
liae nihil pontificem veritus calabriam inuasit ⁊ priusdimidiam cepit q̄s
pontifex de ferenda ope potuerit cogitare. misit tamen Agonem cardina
lem Calistus per quem sedis apostolicae legatum Nicephorum arce quā
obsideret in calabris Rogerius conseruare ⁊ ipsum verbis comminatio
nibusque ab incepto deterrere sperauit. Ipseque pōtifex cardinalium col
legio ⁊ romanorum copiis tumultuarie contractis fortiatus beneventum
vsque se contulit: qua infausta in expeditione multos sibi carissimos se
bribus correptos amisit. ⁊ ipse male patiter vsus valitudine lectica in vr
bem aeger moestusque relatus est. Qua fractus bene gerendae rei occasi
one Rogerius calabriam omnem apuliamque subegit. Guilielmus vero
vrotis spe fraudatus quom ad affines salernitanos in italiam reuersus cō
fugisset diem ibi nullis relictis filiis obiit. Ex eoque t̄pore Rogerius tā
tarum rerum successu elatus non se vltra apuliae ⁊ calabriae ducem sici
liaeque comitē sed italiae regem appellare cepit. Secundus vero Hono
rius pontifex Calisto defuncto suffectus eā dissimulauit indignitatē quā
secundus Innocentius Honorii successor ferre non potuit adeo ut iracun
dia magis ductus q̄s uiribus ad tantā rem aggrediendā necessariis frae
tus tumultuario contractum impetu exercitum in illum duxerit. tāta ve
ro p̄fectus ē celeritate ut Rogerium qui nullos audisset a pōtifice factos
apparatus apud sancti Germani oppidum ex improuiso adortus repule
rit. ⁊ eo oppido vi capto tyrannum in castro gallutio in quod se de fuga re
ceperat obsederit. Sed Calabriae dux Rogerii filius cum exercitu veni
ens ⁊ patrem obsidione liberauit. ⁊ pōtificem cum cardinalibus fusis eoꝝ
copiis cepit. Visus tñ modestia rogerius pontifice cum suis omnib⁹ libe
rato quicquid voluit ab eo praeter q̄s regni titulum impetrauit. reuersus
romā Innocentius adulterinum pontificē nouum sibi suffectum reperit
Petrū petrileonis filium qui se Anacletum pontificē appellaret. Quare
pisanoꝝ triremibus cōstensis in franciā nauigauit. rogeriusq; nouo ⁊ ad
ulterino Anacleto in pontificē adorato regni titulum ⁊ coronā ab eo opti
nuit. primusq; omnium normannoꝝ absurdū vtriusque siciliae regni titulū
habuit. Ad tertiū inde annū Innocentius pon. pisanoꝝ auxilio romā re
uersus Lotharium theotonicum imperatē romanum declarauit. ⁊ in la
teranensi ecclesia coronauit: amboque primarii christianoꝝ principes ad
uersus rogerium cum exercitu profecti omnibus eum spoliarunt quae ci
tra fretum siculum occuparat. Nec multi intercesserunt anni quom Ro
gerius Innocentii pontificis occasione mortis fractus secundo Caelesti
no primum: post secundo Lucio pontificibus romanis rem suam frigide
administrantibus. ⁊ demum Eugenio tertio praesanti romano pontifice
multis agitato difficultatibus omnia de Italia receperit quae Innocen
tius sibi Lotharius que abstulerant. Is ad annum regni Siciliae assum
pti quartū et vicesimū panormi moriēs Guilielmū filiū habuit successorē
cui ab Hadriano quarto primū post a tertio alexādro romanis pontificib⁹

Honorius pō.

Lotharius imp.

regni siciliae ⁊ ducatus calabriae ac apuliae titulis ornato ad animum sui
principatus quintumdecimum panormi defunctō alter Guilielmus filius Guilielmus rex
haeres successorque fuit. hic vero pacis quietisque amator quom in multi
tudine pontificum romanorum intra annos .xxv. inciderit tertium Lucii
tertium Urbanum tertium Claementem nulla ab eorum quoq; molestia
agitatus bono cognomine est ornatus. Tādem ⁊ ipse panormi sine liberis
est defunctus. Erat tunc panormi Tancredus quē Rogerio supra dicto
ex concubina genitum omnes ad eā diem spreuerant: sed regni Siciliae p
ceres ne in romani pontificis suum id regnum recipere admitētis potesta
tem fierent uel potius ut hoc in regnum sublato ⁊ praetenso signum suam
conseruarent tyrannidem huic regni titulum demandarunt. Jāque Tan
credus pro rege habitus Siciliam retinebat ⁊ calabriae apuliaeque ma
num iniicere conabatur. quem Caelestinus tertius pontifex ro. illi obsiste
re constituit. Certum is Henricum Suevum tunc in imperatorem ele
ctum ea confirmauit conditione ut regno Siciliae ppriis recuperato sum
pribus ⁊ censum solueret annuum ⁊ terras iuris ecclesiastici sibi redderet.
idque quo facilius assequeretur Constantiam Rogerii regis supradicti fi
liam virginem in monasterio panormi agentem natu grandiorem q̄s quae
vir filios procreatum videret dispensatione apostolica ab eo uxorem tradu
ci permisit. Ingressi cum exercitu rex ⁊ regina primo imperii sui āno Nea
polim obsederunt. sed quom pestilentia exercitum inuasisset re infecta abe
untes in alemaniam se contulerunt qui anno inde quarto cum paratiore
exercitu reuersi vniuerso regno potiti sunt. Tancredo et Margarito epi margaritus rex
rotarum rege qui praesidio illi aduenerat interceptis. Henrico ad ocrauā
imperii annum mortuo electores imperii dissidentes pars Philippum
Henrici defuncti germanum fratrem: pars Otonem Saxoniae ducem
delegerunt quem Honorius tertius pontifex romanus coronauit. Et
quia paulopost contra eius voluntatem regnum Siciliae hostiliter aggres
sus est excommunicauit. Id enim regnum federicus Henrico sexto ⁊ Cō
stantia monacha genitus optinebat qui adolescens bonae ut videbatur
indolis saracenos omni Sicilia deturbauerat. Sed hic secundus federi
cus ab honorio praedicto pontifice pōst Otonis excommunicationem in
imperatorem declaratus federico primio barbarossa imimanior tam mul
ta in pontificem honorium machinatus ē ut qui coronauerat eum bonus
pontifex imperio ac regnio priuare atque excommunicare fuerit cōpulsus
quem Gregorius nonus pon. honorio suffectus pariter primatum excōmu
nicauit. Isq; sceleratissimus federicus pontifici Gregorio per āños q̄tuorde
cim quibus vixit adeo infestus molestusque fuit ut diem ille moesticia confe
ctus obiisse fit creditus: ferunt Senebaldum de fisco cardinalē genuensem
per tempora honorii ⁊ gregorii pontificum supradictorum nō vulgari cū
federico amicitia vsum esse. et quom is in romanum pontificem Innocen
tium quartum Gregorio successisset: dixisse federicum malo euentu bo
num se amicum cardinalem in vehementem hostem romanum pontificē
permutatum habere. quod quidem ipse rerum successus verum fuisse ostē
dit nanque Innocētius concilio apud Lugdunū cōgregato bis quae prae
decessores sui in federicum gesserant approbatis lamberauium assiae illi in

imperatorem primo. ⁊ paulopost eo defuncto Guilielmū Hollandiae comitem subrogauit. solēniq; sanciuit decreto quod distinctiōe quarta ⁊ sexagesima extat: nullū de caetero qui imperator fit romanus regno siciliae quod peculiare ē ecclesiae romanae membr̄ posse Supuixit postea Federicus annis quinq; quo tēpore multis agitatus ē calamitatib⁹. primo niq;: Henricum filiū quem sibi Constantia regis aragonum filia uxor peperat. lio superatus ditissima impedimenta ⁊ decem milia milites ferro occisos. amisit; alterq; filius legitimo matrimonio ex eadem uxore genitus nomine Enisius bononiensibus quor infestaret agr occisus est. tandē a Manfredo filio ex ancilla suscepto quem Tarenti praefecerat quō leniter aegrotaret suffocatus interiit. post cuius mortem electores illico Conradū de rum filium quem ex filia Joannis hierosolymitani regis uxore susceperat imperatorē declarauerunt qui nullo deterritus paternae pūitionis exēplo regnum Siciliae violenter ingressus est. ⁊ Neapolim accedēs cuz ciues excommunicato deditionem facere obstinatius recusassent urbe per obsidiōnē famemq; potitus moenia multis tri locis aperuit: ciuesq; praesertim primarios male habuit. subtractus tamen est paulopost morte quam Cōradinus frater dato veneno accelerasse dictus est. Ait pontifex Innocētius quartus qui sub ipsum necis Federici tempus exercitum parare coepisset popportune Conradi morte intellecta Neapolim se contulit quem suppa ruit etiam aduersante magnis conatibus Mānfredo potitur regno nisi ei mors breui apud Neapolim subtraxisset. per cuius mortis occasionē Manfredus praetenso Conradini ex Hērico quem patrem Federici mori cogisse dicimus. ⁊ Constantia aragonensi neptis turelae titulo regnum omne mirabili celeritate subegit. adeo ut prius rem confecerit q̄ Cōradini pueri in Alemania agētis tutores veri tantae victoriae certiores facti aut venire potuerint aut oratores mittere principibus regni ac populis factae celeriter deditionis gratiā a rege puero sicut decuit relaturos: quod ipse ne posset accidere Mānfredus dolo ex sua ingenii malignitate vius nuntios de repente simulantes aduenisse subornauit: a quibus in regno palam ⁊ fama pueri regis Conradini interitū luctu omnia lachrymisque in alemania ipsis praesentibus replenisse. Moxque sub ipsum nimirum accurate dissemināto Manfredus regiō pcedens apparatu sese regem appellari salutariq; curauit. Id quom resciisset quartus Alexander pontifex qui Innocentio successerat ⁊ Manfredum de morte excommunicauit ⁊ paratissimum aduersus eum duxit exercitum. Manfredus vero pecunia abūdans quā in suor caedibus ⁊ regni direptiōe cumulauerat ⁊ multos ex aphrica saracenos q̄ florentiae aliūq; lombardiae urbium exiones. qui tūc inuitati erant mercede conduxit quo fractus exercitu Alexandr papam cū ignominia repulit. Creatus post Alexandri mortem quae tūc forte accidit pontifex quartus Urbanus ex trecis gallicus saracenos a Manfredo in italiā siciliamq; pductos p crucesignatos vndique ex christiāo orbe coactos. primum repulit. post Carolum Ludouici regis francor sancti fratrem germanum pyrintiae ⁊ andeganor comitē regni Siciliae citra vltraq; fractū regem declarauit. Carolus vero Romā veniēs senatoriā dignitatē tādiu

Enisius

Innocētius papa quartus

Manfredus rex

alexander quartus papa

dexteram aſcendendo inueniunt primum poſtea eos qui ſiniſtroſū appenino dilabunt ex ſupioꝛe inſtituto noſtro deſcribere: intraq; ea arboris amnium deſcriptionē q̄quid regionis ſamnitiū nobis eſt reliquū cōprehendemus. Attingamq; p̄ius eos amnes qui dextera ſabbati cōfluentia q̄ longe ab appenino in mediterraneis oriunt primuſque poſt eſerniē ſem pratel lus fluuius a proximo eius nominis oppido appellatus ex infimis matheſii montis radicibus ortum habet. Nam matheſium appenini p̄mōtoriū ⁊ in ſublime ſurgens ⁊ longe in mediterranea lateq; diffuſum ſterile ut plurimum atq; perroſum vnico ad hanc p̄rtem caſtello habitatū ē gallo pratelli amnis fonti p̄ximo, ſuiq; monſ in quo primarii ſamnitium habitauere viri fortes utpote montani. vnde monteſii prius appellabant a quibꝰ ſacta verbi corruptela Matheſiū dicit̄ p̄montorium. Hi aūt montes ſunt de q̄bus habet Liuius .ix. Sānites ea tēpeſtate in montibꝰ vicatim habitantes cāpeſtria ⁊ maritima loca contēpto cultu mollioꝛe atq; ut euenit loci diſſimilitudine ipſi mōtani atq; agreſtes depopulāt. Quae regio ſi fida ſamnitibꝰ fuiſſet haud p̄uenire harpos romanus quiſſet exercitus ſub matheſio lacuſ ē decē milia paſſuū circuitu cōplexus: ad cuius inferioꝛa parū a vulturno diſtantia Aylonū ē oppidum inde ſancti Angeli caſtellū de rupe canina appellatū a quo haud longe recedit pes montis oppidum colli ſupimpoſitū arduo ex quo fluuius ortū breui quattuoꝛ milium curſu ſecuſ aliphas vrbē decidens in vulturnū ut eum colle eſſe oporteat illū in quo Fabius maximus hannibalē inſecutus arduo cōſedit loco: ſicut Liuius in .xxiii. p̄ haec verba habet: Hānibal trāſducto p̄ ſaltū ⁊ quibuſdā in ipſo ſaltū hoſtibꝰ oppreſſis in agro aliphano poſuit caſtra. Fabius quoq; mouit caſtra trāſgreſſuſq; ſaltū ſup aliphas loco alto ac cōmunito cōſedit. et de aliphiſ in .ix. Bū haec in etruria geruntur cōſul alter. L. Martiꝰ Rutilius aliphas de ſamnitibus vi coepit. ⁊ infra: Fabius cōſul ad vrbē aliphas cū ſamnitiū exercitu ſignis collatis conflixit minime ambigua res fuit: fuſi hoſtes atque in caſtra cōpulſi poſtera die deditio fieri coepta. ⁊ pacti qui ſamnitiū fozent cū ſingulis veſtimētis emitterent. bi omnes ſub iugū miſſi ſortis ſamnitium nihil cauſum ad ſeptem milia ſub corona venerunt qui ſe cinē bernicium diceret in cuſtodia habitus. Fluuius inde ſequit̄ ſupza petram roiam oppidū ex matheſio oriundus culanum conrectum habēs oppoſitū qui p̄pe puianellum oppidum labit̄ in vulturnū: habetq; ſiniſtroſum iſ fluuius oppidum fauiculum ⁊ loſum in mediterraneis p̄pinquū: ſed iam ad ſabbati ſtipitē ē puētum Iſaminis primo dextroſum ſeritella augetur ex caudiniſmontibus oriundo et in vallē quam Seritella toto efficit curſu haec ſunt oppida Caſtꝝ potonis peſolia monſ ſaticulus de quo Virgilius in .vii. ſaticulus aſper. ⁊ Liuius .xxiii. Marſellus a caſilano caiaciam perit Inde vulturno amne traiecto p̄ agr̄ ſaticulanum trebulanumq; ſup ſueſſu ſam puenit Nolam. Et ſuperius vallis eſt caudina in qua apparēt veruſtae vrbis caudii fūdamenta. Nec longe abeſt harpadū nunc quod priuſ birpinum dicebat. Id oppidū furculis proximum eſt caudinis clade romanorū inſignibus. De biſque duobus locis ſic habet Liuius in .ix. ſamnites eo āno conſulem Cornelii pontii berennii filium habuerūt exercitu educto cū ea caudii q̄ pōt occultiſſime ducit Inde ad Callatiā vbi iā cōſules roma

Aliphae

Loſium.
Seritella.
Peloſia

noe castraque esse audiebat milites decē pastorum habitu mittit pecoraq; diuersos alium alibi baud pcul romanis pascere iubet praecipiens ut vbi inciderint in praedatores idem omnibus sermo constet: legiones saminitū in apulia esse Luceriam omnibus copiis circumsedere. nec pcul abesse dn vi capiant. Saltus duo alti anguſti filuosique montibus circa perpetuis inter se iuncti latet inter eos satis patens clausus in medio campus herbi. dus aquosusque per quem medium iter est. sed antea q̄ ventas ad eum in trandae primo anguſtiae sunt ꝛ aut eadem qua te insinuaueris retro via re peteda aut si re pozo pergas per alium saltum altiorem impeditioreq; euadendum. T. Uecturius caluinus Spurius postumius cōsules erant. Item Liuius de hirpino li. xxiii. Hannibal post cannensem pugnā ex apulia in samnium mouerat accitus in hirpinos a Statio pollicente se cōpsā traditurum. Item infra. Eadem aestate Marcellus a nola cum praesidio optinebat crebras excursiones in agrum hirpinum ꝛ samnites caudinos fecit. ꝛ infra hannibal pfectus harpis ad tiphata. Et Liuius item in bello sotiali libro. lxv. Lucius Sylla hirpinos domuit: Samnites fudit. Liuius. Absunt haec loca a Beneuento fluuiis vbi expedit trāsmissis decimo vallis caudina miliario ꝛ furcule quartodecimo. Ad alteraq; vallis caudii partem oppida sunt sanctus Martinus: peuna scurmina ꝛ Sanctangelus ad scbalas. fluuius deinde sequitur dextra illabens Sabatum ex mōte virginis arduo quidē ꝛ late diffuso nascens. Ad cuius vallem altavilla primum ē oppidum. post mons freddanus castellū. ꝛ in prima valle auellinum cunitas vetusta quam Ptolemaeus Abellam: plinius Abelinū vocat. ꝛ tamen ab auellana nuce appellatum dicit quae ibi plurima habebat. Mercuriale. Virginis monasteriū. Superius ē mercuriale castellum ꝛ longe supra virginis monasteriū quod ex magnae matris deum fano in gloriosae virginis Mariae dei genitricis ecclesiam christianis temporibus ē mutatum. Nam Antonius pius in itinerario viam describens a Beneuento ad columnas ad mercurialem pallum post ad magnam matrem posuit. Altera iter vallis supior rozenti apposita in Sabbatum defluenti hinc atram paludem inde serenum oppida habet deinceps sunt appenini iuga montes tremuli appellata a quibus Sabbatum habet ortum. Inferius ad Sabbati sinistram vrbs ē beneuētum quam vrbem Seruius in Virgilii octauum super uerbo Diomedia ad vrbem dicit a Diomede conditam fuisse. de qua Liuius in. ix. Ad beneuentum quod tunc maleuentum triginta milia samnitum caesa aut capta Sulpitio ꝛ Petilio consulibus. ꝛ libro. xiiii. scribit coloniam a romanis cum arimino fuisse deductam. Et libro. xxii. Hannibal ex hirpinis in samnium transit beneuentum depopulatur agrum. Et libro. xxiiii. vbi et amnis primi mentio ē. ꝛ ad Beneuentum inquit parte altera hanno ex bruttiis cum magna peditum manu: alter ex Graccbus a Luceria accessit qui prius oppidum intrauit. Inde ut Hannonem ad amnem calore tria milia passus ipse egressus mille ferme passus ab hoste castra locat. Nec hostes morati dimicandi fecerunt. decem ꝛ septem milia peditum erant. maxima ex parte Brutii ꝛ Lucani equites tria milia ducenti pugnatum est quattuor horis voloni facti sunt liberi minus duo milia hominum ex tanto exercitu euasere ex victoribus romanis ferme duo milia ceciderūt quā

pugnam Graccbus romae pingi fecit in atrio libertatis in aduētino. Et li⁹ xxv. hanno ex brutiis cum beneuento appropinquasset ad triginta milliaria castra cōmuniuit. quo campani duo milia plaustroruꝫ duxerunt ut frumentum capua deferrent. Fuluius consul ex boniano beneuentū quoꝫ venisset castra ui cepit caesa sex milia capti septē milia. Et libro. xxvii. beneuentanos Liuius ponit inter colonias ex rebellibus decez ꝛ octo quae in potestate senatus sunt factae. Beneuentanā urbem nos historiarū serto ostendimus a Totila ostrogothorū rege destructam fuisse. Et libro. xii. scripsimus sarracenos monte garganū tenentes beneuentum quae pridē fuerat instaurata ꝛ a longobardis ducibus per annos supra ducentos possessa iterum spoliatam dirutamque solo aequasse. Et infra diximus Guilielmus normannum siciliae regem ab adriano tertio pontifice romano ecclesia sancti martini apud beneuentū sese ligiuꝫ hominem fecisse rōanae ecclesiae ꝛ dimissa urbe ipsa pro peculari ꝛ propria. ro. ecclesiae in Regno fuisse quod occupauerat confirmatū. Guilielmus Adrianus pp. Est autem beneuentū in campestri solo cui colles sunt proximi fertiles villis longe ac late frequentati bisque in collibus sexto a beneuento distat miliario mons fusculus. oppidū supra quod est turris ꝛ oppidum mons niditum appellatū sabbati amnis vallis quā sinistrorsum efficit castella hoc ordine continet. Mons falchonus. est primitus Candida deinde ꝛ serpitum. Superioribusque in montibus arduis tremulis appellatis vulturaria habetur oppidum calor fluuius tertio ferme supra beneuentum stadio. Sabbatū influit ad cuius dexterā in colles montesque uergētem quos beneuento diximus supereminere castella et oppida inueniūtur. Iapygium cusanum castrum vetus ꝛ superi⁹ mōtella oppidum nobile Calorique amni secundo supra sabbatum miliario valentinus pons fuit in uia appia positus a valente imperatore appellat⁹ Iapygium. Cusanum. Nunc dirutus et ipsi fluuio sinistrorsum adiacent oppida primo apiciuꝫ ubi alter dictae viae pons fuit eximius post mirabella saufasum cusanum balneolum Cassianum nuscus ꝛ superiori loco insurgit appeninus ubi dicrus oritur calor amnis. Quo item in loco alter fluuius habet originem Aufidus quem per apuliam labi in mare adriaticum ostendemus. Tropoaltus inde fluuius calorem dextruꝫ influit Cui tropoalto dextrorsum silua eiusdem nominis latissima continet Supraquā castella eidem fluuio haerent bonetum Grypa mamardi flomarium ꝛ uicus ciuitas sinistrorsū vero castella habet is fluuius opposita Miletum amandum Iunculum et superius in appenino grumus est mons Crepacorius appellat⁹ ex quo is fluuius ortum ducit Musoanus inde fluuius a crepacorio nascēs Calorem eodeꝫ loco quo et superior tropoaltus influit. Cui dextrorsum adiacent cursanum ꝛ mons calnus. Eoque quod praedictos muscanū ꝛ tropoaltum interiacet spatio In colle est arianum ciuitas. Ara iam priscis tēporibus appellata et muscani dexterae uallis insunt oppida et castella mōs malus: bonus albergus. Casale albulum Castrum franchum sed ꝛ calorem paulo priusquā ipse sabbatum ingrediatur ad valentini pontē Tamarus influit amnis nulli praedictorum quos auget aquarum copiā inferior Ab ipsisque duobus fluuiis pari pene spatio abest padule oppidum in regione primarium. Superiusque dextero haerēt tamaro oppida ꝛ castella Miletum. Amandum. Mōs crepa.

S. Georgius. Molinaria.

Sanctus Georgius molinaria Casale Joannis reganū sancta maria collis apud quem Jacobus caudola apopleri incerit cercellum cossianum Sancta crux quo in loco silua icipit amplissima appenninum binc inde eō plena ut pars in forroriū apuliae amnem pars in hunc tamarum se extendat que cum latitudine quattuor miliaria tū lōgitudine .xx. implet sūtq illiūs quernae arbores sublimitate insignes ramis omnino in verticez carentes Tamaro sinistro haec adiacent loca petra pulcina pauum pestulū farnetrum campus lotarjuā monasterium Bulserri marconum saxū bonozii z in appenino Sepinum vetusti nominis oppidum de quo Liuius xxi. Papyrio ad sepinum maior ius hostium obstitit obsidendoque uiae operibus urbem expugnat uno de quadringentis captis min9 tria milia caesi et post sequitur alta villa z supra ē castrū vetus in grumo adquem tamarus fontem habet Sed iam ad sinistram stipitis sabbatis amnis est redeundum Telesia urbe uetusta colli in planiciae subiacet miliario vno a sabbari stipite remota. Eaque in urbe fluuius oritur cadens in sabbatū rantge frigiditatis ut nullos gignat pisces de qua Liu9 .xxi. hannibal et arpinis in samnium transit beneuentanum depopulatur agruz thcolasiā urbem capit Limatuque oppidum proxime sabbato haeret quattuor de binc torrentes ad castrum pontis oppidum vnicis ostiis in sabbatum cadentem quorum tozentum fontibus ab appenino remotissimis quattuor baerent castella. Sanctus Laurentius Sanctus lupus. pons laridulphi et casaltonum sabbato amne cum suis fluuiorum torrentūque ramis descriptio ad finem Samnitium regioni est peruētum ut campaniā ab ipso sabbato in capuanam urbem verso hac in parte inchoantem describendā aggredi possimus.

S. Laurētius. S. Lupus.

Blondi Flauii Forliuiensis Italiae Illustratae Regio Tertiadecima. Campania Lege Foeliciter.

Amnii regione ad utranque appenini partem absoluta ad proximam continentemque atque connexam illi in cisappeninis campaniam est transeundū uel ea maxime ratiōe ut inchoatos in samnitiū mōribus fluuiorum cursus qui campaniam quoq; intersecant expediamus. Cur autem eam foelicē campaniam postea alii terram laboris appellauerint suo

Foelix cāpania

tempore et loco dicemus licet vero tota haec regio vetustissimis celebrata sit omnium dignitatum monumentis nullum tamen locū nec ipsa nec alia pars italiae habet inqua maior q̄ in hoc campaniae initio dignarum relatu rerum mutatio sit facta. Inchoat campania ad dexterā liris fluuii quem nunc gnarianum diximus appellari quem quidem lirim Strabo dicit ferri desuper ex appenino z auernis labique in mare ad fretalas vicum quae fuerit vrbs praeclara. Cui concordat Lucanus z vmbrolae liris p̄ regna maricae vestinis impulsus aquis. Et cur maricae regna lucanus dicat Seruius in virgilii septimo sic ostendit. Marica fuit uxore fauni quae est dea littoris minturnensium iuxta lirim fluuium. De vestinis z minturnensibus qui fuerint dicturi prius ausones docebimus a quibus italia olim ausonia fuit appellata z proximum mare ausonium pelagus ē

Vestini. Minturnae.

dictum de his tribus populis Liuius sic habet in nono consules sora procesi ausonibus bellum intulerunt et infra ausonum gens prodition ciuium sicut sora in potestatem venit Ausonia z vestina z minturnae urbes erant et quibus principes iuuentutis duodecim numero in proditionem vrbū coniurati ad consules venerunt Quibus auctoribus mota propius castra missique milites partim armati partim inermes ita portae occupatae triaque oppida eadem hora eodemque consilio capta sed quia absentibus ducibus impetus factus est nullus modus caedibus fuit deletaq ausonum gens vix certo defectionis crimine Ausonibus z eodem impetu vestina vrbe deletis vestinum nihilominus nomen ab ipso liris ostio usque sora manst regioni z ausonum omnino interiit minturnaq; qua liris diuideret fuit romana colonia de qua liuius in decimo Ita placuit ut duae coloniae circa vestinum falernumque agrum deducerentur vna ad hostium liris fluuii quae tunc minturnae appellata. Fuit marcellini papae temporibus generali concilio ecclesiae decorata cuius ingentia nunc vestigia cernuntur vbi adhuc rim scaphanique gauriani prope traiectum oppidum extat theatrum pene integrum z aquaeductus forma: incboauit vero paulem minturnarum vrbis desolatio. Hā in beati gregorii registro epistola est quam scribit bacardae episcopo formiensi in haec verba: Et ideo quoniam minturnensium ecclesiam funditus ram clerī q̄ plebis destitutam consolatione cognouimus tuam pro eo petitionem quatenus formianae ecclesiae in qua corpus beati Erasmi martyris quiescit cuique fraternitas tua praesidet adiungi debeat exaudiri necessarium duximus. Fuit minturna vna ex urbibus quae propter aeris grauitatem sacrosancta uacationem a romanis habuit estque locus apud quem. C. Marius sicut valerius maximus scribit urbe profugus quom in palustri canna delitesceret viso asino aquas hilarius petente bonum concepit omen z inde transiectus mare copiis reparatis victor in patriam est reductus de quo Liuius .lxxvii. sic dicit. L. Marius pater quom in palude minturnēsium lateret extractus est ab oppidanis z quom missus ad occidēdū seruus natione gallus maiestate tanti viri perterritus recessisset impositq publicae naui delatus est in aprutcam. hunc eundem locum duodecimo historiarum docuimus illustratum fuisse insigni praelio quod decimi Joannis romani pontificis temporibus gestum fuit in saracenos maxima occidione ibi superatos z tunc italia penitus exactos. Sicq videmus duas vrbes olim praeclaras primo fretalas post minturnas ad liris ostia interisse z pariter omnino deletam esse omnem memoriam ausonū z maricae mōs vero praedicto liris ostio in campaniae intrio proximior varias z fama celebres habet nominationes qui alicubi gaurus alicubi massicus alicubi gallicanus est dictus primaque pars z eidem ostio proximior gaurus dicta gauretanum ut diximus illum appellari facit quē quidē gaurum mōtem Plinius dicit sicut z vesenū campaniae item montes sulpburea fudare quod aquae ostendāt calidae paulo superius etiam nunc scatentes ubi tutrim balneorum z balnea nunc videmus caeteraeq mōtis nominationes eam adiacentibus locis z urbibus ostendentur. Secundū adiacens min

Liuius.

Marcellinus papa. Concilium.

Massicus. Gallicanus. Plinius.

Trifanum. Liuius. Sinuessa.

turnis oppidum in gauro et campaniae initio fuit trifanum quem locum Liuius in octauo dicit medium fuisse inter minturnas ⁊ sinuessam tertio loco fuit sinuessa stadiis quadraginta sicut Strabo sed sicut nūc octuagita a minturnis semota de qua habet Liuius in octauo quod supra de minturnis dictum ita placuit ut duae coloniae circa vestinum falernumq; agrum deducerentur una ad ostium liris quae nunc minturnae altera in saltu vestino falernum agrum contingente ubi sinope graeca urbs dicitur fuisse sinuessa deinde a colonis romanis appellata Huius vero ciuitatis ad caput nunc montis draconis deletae ingentes ⁊ late diffusae in continēti q; maiores in mari quae postea moles fuerunt apparent nunc ruinae. Liuius et .xxii. scribit Fabium maximū per iuga massici montis ducentes probi buisse hannibalem ad romanae coloniae moenia tendentem quom supra dixerit hannibalis milites praedatum iuisse usque ad aquas sinuessanas vi patet aliam montis partem quae a suessa pometia vel aurunca nunc sessa ad calenum oppidum nunc carmilam protenditur fuisse massicum p cuius iuga: Fabius tunc ducebat: Supplet autē vices sinuesse oppidum arx mons draconis dictū uel potius eius suburbium mille pass⁹ a mari semotus ⁊ paulo inde absunt supradicta gauri balnea quae Strabo dicit morbis quibusdam prodesse plurimum post montis draconis arcē in massico monte vicis villisq; plurimis frequentato ad partem in mare versum nullum ē oppidū vel castellū. Ad eam vero ptem qua aduerso liri et dextro massico itur solum ē octo milia passuū qua qua versū inter mare viā appiā lirim ⁊ massicum patens nunc q; cultissimum ⁊ vicis villisque frequentissimū quae suessae casalia appellantur quod quidem solum stante romana republica silis suis tristoliis herbis prata conficientibus optima abundauit unde valerius Martialis poeta Cerulēus nos liris amat quē silua maricae protegit hinc silae maxima turba sumus et quidem etiā nūc ei regio maximū habet in foeno quaestum. M. Licero in oratione contra legem agrariam rulli secunda quom vellet dissuadei venditionem agri campani montis gauri praedictiq; capestris soli in partis tunc culti ⁊ viae berculaneae a gnieta ad ipa prata productae sic habet hac lege tribunitia decēviri vendent agrū campanū accedit ⁊ mons gaurus accedent silueta ad minturnas adiungitur ⁊ illa via vendibilis berculanea multarū diuitiarum ⁊ magnae pecuniae In via autē appia ubi ea primum attingit massicum montem vibe est verue Sucla olim pometia ⁊ quandoq; aurunconum dicta quae varias fecit regionum mutationes q; aurūcorum olim qui et ausones sidicinoq; que ⁊ post volscorū demū fuit vestinorū prout ex sequē tibus facilius apparebit. Liuius in primo Aluci liberi sueſſam pometiā eculatum ierant ⁊ infra de tarquinio superbo is primū volscis bellum in ducentos amplius post suā aetatem annos mouit sueſamq; pometiam ex bis vi coepit. Et infra idem liuius eandem sueſſam rebellē praedae militi romano datam ostendit. Et in octauo aruncī metu oppidum deseruerūt profugique cū coniugibus ac liberis sueſſam commigrarunt quae nunc aurunca appellata moenia eorumque urbe ab sidicinis deleta item in nono sueſſam eodem anno colonia deducta fuerat aruncoq; progressi sueſſa

Hannibal.

Sila.

Liuius.

pometia siue aurunca per appiam silicibus stratā ⁊ per casas viaſ dextro massico calenum octauo miliario inuenient vetustam urbem quae nūc carinula dicitur. Estq; inde falerno agro inde massico monti contigua. q̄q̄ vetusta caleni oppidi vestigia aliquantulū a nunc carinula sunt remota de qua urbe Horatius molle calenū commendat. sinistrorsum appiae viae qua calenum urbem a suessa peti diximus et ipsi pariter ciuitati mons itē massicus supra teanum ciuitatē ut diximus caleſque usque ad calatiā contiuiatus ⁊ licet mons ipse dorso uno a celibus sinistrorsū ad venafrū ⁊ inde ad vulturnū recto cursu protēdatur altera pars facta alicubi viis cauis et siluosa ad calicolam siue nunc caianellū se dextrorsum flectit ⁊ vulturnum sed inferiori loco petit adeo ut inter predictos montes ⁊ vulturnū sed superiorem samnitibus continētem campi relinquantur venafrani semper ātea sicut ⁊ nunc a ciuitate illis origina appellati nāque Plinius de oliuis tractans venafranos campos dicit glareosos sed pingues feracissimosque oleae esse hisque campis adiacent hic mignanum pesantianum varianumque inde sextū et superius sicut diximus ultra vulturnum sunt Allifae sed alia parte volturnum inter interiorem contra caianellū labentem quousque p capuam ⁊ olim casilinū fertur in mare ⁊ omne superius dictum montis tractum ⁊ alteram eiusdem massici partem quae a carinula ad maris littora ⁊ sinuessanū olim agrum nunc montis draconis suburbiū pertinet cāpestre est solum totius italiae amoenissimū quē olim campū stellatē appellauere eidemque campo partim imminent parti insunt calenū primo siue carinulla turris fracolisii teanū sidicinum cales siue calui et calicula siue casanellum sed quod massico monti contigisse diximus ut ad liris ostia pars eius appellaretur gaurus pariter ad aliā contigit partē ⁊ inter carinulā turrimque francolisii galicanus olim sit dictus ubi casanū incolae nūc appellant de campo autem stellatae sic habet Liuius in nono in campū stellatem agri campani samnitium incursiones factae idem in decimo. Samnitium legiones quom partem Appius Claudius praetor partem Lu. volumnius proconsul persequeretur in agrū stellatem conuenerūt pugnatuq; infestis animis caesa samnitium sexdecim milia trecēti Item .xxii. hannibalem telesia potitum auditis capuanis duobus alternis fidentē ac diffidentem ut campaniam ex samnio peteret monuerūt ipse imperat duci ut se in agrum casinatem ducat edoctus a peritis regionū si eum saltū occupasset exitum populo romano ad opem ferendam fortis intercluſurum: sed poenū abhorrens ab latinoq; prolatione nomen casalinum pro casino ducem accipere fecit auersusq; ab itinere per alifanum calatinūque ⁊ calenum agrum in campum stellatem usque ad casilinum descendit ubi cum montibus fluminibusque clausam regionē circūspectasset vocatum ducem virgis caesum in crucem sustulit castris ad vulturnum amnē communitis hannibalem cum equitibus in agrum falernū praedatum dimisit usq; ad aquas sinuessanas ea populatio peruenit ut vero ad vulturnum amnē castra sunt posita ecurebatur amoenissimū italiae ager nullaque passim incēdiis fumabant per iuga massici montis fabio ducente ut vero in extrema iuga massici montis ventum est hostes sub oculis erant falerni agri colonorūque sinuessae tecta urentes qui ergo a telesia nunc etiam id retinēte

Calenum.

Cāpi venafra. Plinius.

Casanum. Liuius.

nomeri et a nobis in samnio supra vulturnum dextro e sernienſi amne de
ſcripta mouebat hannibal ut ad caſinum iret per aliſanum quidē primo
ſed in dextrorſum ad uenafrum ab eoꝝ oppido caſinum fuit ducendus ſꝫ
dux erroꝛe nominis quero ſicut ꝓpꝛie dicit Liuius itinere ſiniſtroꝛſū fle
xit in calatinum cuius urbem nunc caiaciā ꝓ calatia dicunt ⁊ tranſmiſ
ſis quod euitari non potuit anguſtiis cānarum ſiluoſarumque viarū quae
ad caliculam nunc cauanellum ducunt peruenit ad calenum agrum eius
.ſ. ciuitatis quae ꝓ cales ſidicino dicta ē calui et per ipſum ſtellatē ꝑce
dens campum non ꝓius viae intellexit errorem q̄ ad ꝓpinquū caſilini
quod nunc caſtellutium appellant vulturnum perductus clauſam monti
bus ⁊ fluminibus vulturno ac ſaono regionē moeſtus circūſpexit caſtris
itaque ad caſtellucium vel ibi ꝓpe poſitis facile fuit haberbali uſque ad
aquas ſinueſſanas ubi ſcilicet ſaonus in ſtagnū effuſus labi incipit in vul
turnum ꝓcedatum ire ut vero ad ꝓcedictum vulturnum caſtra ſunt po
ſita exurebatur amoenitſſimus italiae ager is ſcilicet qui falernus tunc ap
pellatus pertinebat a carinula ad caſtellutium ſiue tunc caſilinum quod li
uius agrum falernum a campano diuiſiſſe aſſerit per iuga maſſici montis
ea videlicet quae a carinula ad maritimam bozam ꝓtendunt Fabio du
cente ut uero ad extrema ipſius maſſici montis peruenit fabi⁹ hoſtes ſub
oculis erant q̄ ab ipſo monte maſſico vix quattuoꝛ milia paſſus caſtelluci
um ⁊ vulturni fluenta diſtant. Priuſ uero q̄. hannibalis reddit⁹ in ſam
nites deſcribam aliqua referre libet ex quibus campus ſtellas qualis q̄⁹
que fuerit patebit Marcus Cicero legē diſſuaſurus agrariam qua rull⁹
Cornelius decemuir ⁊ collegae agrum campanum ſtellatemque campū ⁊
ſupradicta ad gaurum ſtirimque ⁊ ſileta cū via berculanrea vendere inte
debat ſic habet At enim ager campanus hac lege amittitur orbis terrae
pulcherrimus ⁊ infra a diungit ſtellatem campum agro campano ⁊ in eo
duodena diſtribuit in ſingulos homines iugera quaſi vero paulū nō diffe
rat ager campanus a ſtellati. Nam dixi antea lege permitti ut quae velint
municipia quas uelint veteres coloniae colonis ſuis occupent calenū mu
nicipium complebunt tranum oppꝛiment ⁊ arcēs. Oſtendit vero praedi
ctis in oratiombus Cicero non ſolum viam berculaneā gaurumque ⁊ ſi
leta ad minturnas ſed campum quoq; ſtellatem peculiares fuiſſe populi
romani fundos ex quibus alerentur exercitus. Quod quidem Suetoni
us tranquillus innuere videtur quom dicit. C. Caeſare in conſulatu ſuo
ad gratiam romani populi comparandam diuiſiſſe campum ſtellatem vi
ginti milibus ciuibus romanis quibus tres ſiue plures filii eſſent ut autē
ad hannibalem redeamus dicit liuius fabium tandiu extraxiſſe reliquum
aeſtatis ut hannibal deſtituꝛus ab ſpe ſumma appetiti certaminis iam bi
bernis locum circūſpectaret quis ea regio praeſentis erat copiae non per
petuae arbuſta vineaeque ⁊ conſita omnia magis amoenis q̄ neceſſariis
fructibus itaque quom ſciret hannibali per eaſdem anguſtias quibus in
trauerat redeundum eſſe gallicanū montem ⁊ caſilinum occupat modicis
ꝓſidiis ⁊ infra incluſus deinde videri hānibal ⁊ caſilinū obſeſſus cum ca
pua ⁊ ſamnium ⁊ tantum a tergo diuitum ſoticoum romanis cōmeatum
ſubueberetur poenus tunc intra fortunae minas ſaxa ac lnterni arenas ſta

Liuius.

Suetonius.

gna per boꝛrida ſitu hibernaturus eſſet itaque quom per caſilinum eunde
re non poſſet ⁊ ingum caliculae ſuperandum eſſet ludibꝛium oculoꝝ ſpe
ciem terribilem ad fruſtrādum hoſtem commentus duo milia boum coꝛ
nua faſcibus ſarmentoꝛum igni accenſoꝛum in montem gallicanum nunc
caſcanum turri ſicut diximus francoliſii imminentem a fabio praeoccupa
tum egit ⁊ interea romani qui ad tranſitum ſaltus inſidendum locati erāt
ubi in ſummis montibus ac ſuperſe quoſdam ignes conſpexerint praeſi
dio exceſſere interea toto agmine hannibal tranſducto in agro aliſano po
ſuit caſtra. Fabius quoque monit caſtra tranſgreſſuſque ſaltum ſuper ali
fas loco alto conſedit Tum hannibal ſimulans ſe per ſamnium petere ro
mam uſque in pelignos peruenit fuitque uia nunc etiaꝫ trita ⁊ qua nuper
neapolim iuimus ipſi ab aliſis traiecto amne vulturno ſub formelo mona
ſterii ſancti vincentii ſicut in ſamnio oſtendimus caſtello ad caſtrum ſarni
ſiue ut dicunt ſangri eo exinde ſuperato qui adiacet colle ꝓfectus hanni
bal amnem raſinum ſiniſtroꝛſum relinquens ad furculas pelignoꝝ nūc
palenae dictas peruenit vnde flexo itinere per frētanos oꝛtonenſes apuli
nos retro apuliam reperit. Sed iam ad noſtrum oꝛdinem redeamus vul
turni amnis oſtio dextroꝛſum urbs olim adiacebat ipſius nomine vultur
num appellata Liuius.xxvi. Capua interim ſumma ui a conſulibus obſi
deri capta eſt quaeque in eam rem opus erant compoꝛtabantur paraban
turque Caſilinum frumentum conuectum ad vulturni oſtium ubi nunc
urbs eſt caſtellum communitum ante fabius maximus communierat ꝓſi
dium impoſitum ut mare ꝓximum ⁊ flumē in poteſtate eſſet. Item Li
uius li⁹ xxxii. oſtendit coloniam romanam fuiſſe deductam vulturnū vr
bem ad oſtia vulturni amnis ſitam ubi nunc oppidum caſtellum admare
dictum videmus ſupꝛaque caſtellum admare vulturno dextroꝛſum adia
cet vꝛuluſ caſtellutium appellatus vbi caſilinum fuiſſe nō conjecturis mō
ſed multis quoque ducimur argumentis ꝓimumque nominis ſimilitu
do in caeterarum concurſu rationum non parum valet ſed ⁊ caetera hēt
caſtellutium quae de caſilino apud Liuium ſcripta videmuſ propinquita
tem caſtello quod fabius ad vulturni oſtium communierat ut in biſ duo
bus maritimis oppidis vix tertio inuicem diſtantibus miliario frumētū
deponi potuerit ſardinia auectum quod poſtea capuam imꝑꝛtaꝛetur.
Caſtellutium quoque diuidit ſupra deſcꝛiptum falernum agrum a cāpa
no ⁊ propinquum eſt ſinueſſano olim nunc montis draconis agro. Nec
[illegible] quenquam ruinarum veteris aedificii paucitas quae nunc in ca
ſtellutio apparet caſilinum enim parua urbs nequaquaꝫ moenium ſtruc
turarumque munimento ſed praeneſtinoꝝ peruſinoꝝque qui forte ꝓ
ſidio inerant virtute eam pertulit duriſſimam obſidionem. Si vero fuerit
qui apud vicos ſuperiore loco appoſitos vulturno cancellum ⁊ arnonum
fuiſſe caſilinum ideo opinentur q̄ in praedictoꝝ aliquo matuſcule cer
nantur veruſtates conſiderare debebunt Solam eoꝝ a mari ⁊ a vultur
no caſtello diſtantiam ne maritima appellari potuerint aduerſari ⁊ prae
ter id eſſe apud caſtellucium non apud cancellum aut arnoꝝ eam amnis
vulturni tortuoſitatem quam Liuius apud caſilinum fuiſſe dicit Amo
num etiam paululum a priſco mutatum eſt vetus romanum nomen quo

Formelum.

Raſinus fluui⁹.

Caſtellū admare
Caſtellutium.

Liuius.

et non casilino liuio si voluisset uti potuisset. Nam petrus noster candido in pararellarum Plutarchi translatione vitam fabii maximi et gesta hannibalis ad casilinum describens sic habet. In ultimas campaniae oras casilinum usque delatus est qua vulturnus fluuius quem natorzonum rõani appellant defluit. Ea regio montibus undique obsessa versus mare dũtaxat importuosum ac fluminis ostia aperitur. Caetera de casilini obsidione notiora sunt q̃ ut ea hic poni oportere iudicemus. Et ad id unum in casilini praeconium libet dicere casilini obsidione factum esse ut salua fuerit ab hannibale res romana quandoquidem eius loci obsidionis causa hannibalis animi ex recenti victoria carnensi ardentes refrixerunt et inclusus capuae exercitus ille ferocissimus campanis deliciis enervatus ẽ nec et armorum post amissam casilini nominis vetusti gloriam qua a nõnullis ornari consueuit suo etiam careat praeconio rem nouam ipsius vici occasiõe dicemus falconis auis aere et rapacissime aucupium quo inclytus rex alphonsus aragonius apud arnonum plurimo vtitur ante ducentos annos omnino incognitum fuisse. Nam et si Seruius grãmaticus capuam dicit ab augurio falconis eo nomine appellatam q̃ etrusci eius urbis conditores capim in auguriantes viderint quo nomine falconem appellabant tamen quis fuerit hominibus dictae auis usus non scribit pariter. Plinius quom multa ponat rapacium auium nomina accipitres scilicet maiores et minores aebiliones quos aliqui falcones fuisse volunt tamen nullam aucupii usus earundem auium facit mentionem vt etiam nõ sit dubitandum quin si tẽporibus virgilii eius aucupii usus fuisset Eneã facturus fuerit et didonẽ eas quoque aues in venationem tulisse ubi dixit Passilique ruunt equites et odora canum vis. Eudem usque confidenti assertione dicere ante ducentessimum ut diximus annum nullam gentem aut nationem consueuisse rapaci aliqua Aue mansueta alias aues: terrestres Aut aquatiles Aue aerias capere Supra castellucium siue casilinum et duodecimo a mari miliario amni vulturno adiacet vrbs Capua nouo quidem loco quidue milia passus a priori capta est semotus. Nec id multis differi oportet quãdo vetustae vrbis fundamenta portae theatra templa et caetera aedificia moles magnae apud sanctae mariae basilicam cui de gratia est cognomen internoscuntur. De capuae autem origine et nomine sic habet Liuius in quarto peregrina res sed memoria digna traditur eo anno facta. Vulturnum etruscorum vrbem quae nunc capua est ab samnitibus captam capuãque ab duce eorum Capuo vel quod propius est vero a campestri agro appellatam coepere autem priuf bello fatigatis etruscis in societatem vrbis accepti deinde festo die graui somno epulisque incolas veteres noui coloni nocturna caede adorti. Notissima vero sũt et relatu longiuscula quae. Liuius de capua tradit sed digniora summatim accipiemus libro. xxiii. dicit hannibalem quom descendisset ad mare inferum oppugnaturus neapolim flexisse iter in capuam luxuriantem longa foelicitate ac indulgẽtia fortunae eamque recepisse et infra eundem hannibalem castris apud casilinum communitis praesidioque modico imposito in hiberna capuam concessisse vbi exercitus ille campanis emarcuit deliciis quem vero finẽ habuerit capuanos cũ hannibale amicitia et si vulgo notissimũ est paucis dicemus ea

Falconus.

Capis falco. Plinius.

Capua.

pua a romanis capta dicit Liuius quoidam ex romanis censuisse delẽdã esse vrbẽ pualidam propinquã inimicã caeteq̃ praesẽs vicit vtilitas nã pp agrum quem omniũ fertilitate terrae satis cõstabat in italia primũ eẽ vrbs seruata est ut esset aliqua aratoq̃ sedes vbi frequentadae multitudo incolarum libertinorumque et institorum opificumq̃ retenta ager õis et tecta publica populi romani facta caeterum habitari tãtũ urbẽ capuã frequentarique placuit corpus nullum curiatis nec plebis consiliũ nec senatus esse siue cõsilio publico siue impio nec saeuitũ incẽdiis ruinisq̃ i tecta ioxta muros q̃: marcus aũt Cicero quom lege agraria suprad̃ictã dissuaderet q̃ capuã deduci coloniã volebat oratione prima habet aliqua quae nõ dubitamus Titum liuium quãdo suprad̃icta scribebat plegisse. Capuã deduci coloniã volunt illã vrbẽ huic volunt illã vrbẽ huic vrbi rursus opponere Aui locus pp vbertatẽ agroq̃ abundantiãq̃ rex omniũ superbiã et crudelitatem genuisse videtur: maiores nostri capua magistratus senatũ cõsilium cõmune õia deniq̃ insignia rei pu. sustulerũt neq̃ aliud quicq̃ nisi inane nomẽ capuae reliquerunt q̃ videbãt si quod rei pu. vestigiũ illis moenib⁹ cõtineretur vrbem ipsã impio domiciliũ ꝓbere posse et in oratiõe ite in rubinis secunda. Et enim ager campanus diuidit orbis terrae pulcherrimos et capuã colonia deducitur vrbẽ amplissimã atq̃ o. natissimã et infra. vnus ne fundum pulcherrimũ populi romani caput vestrae pecuniae pacis ornamentũ subsidiũ belli fũdamẽtũ vectigaliũ horreũ legionũ solatiuq̃ anno nae dispire patiemini. at vero hoc agri cãpani vectigal quom eiusmodi sit vt domi sit et õibus ꝓsidiis oppidoq̃ tegat neq̃ bellis sit infestũ nec fructi b⁹ variũ nec caelo et loco calamitosũ. Et infra cãpani semꝑ superbi bonitate agroq̃ et fructuũ magnitudie vibis salubritate ac pulchritudine ex hac copia et õiuq̃ re affluẽtia primũ illa nata ẽ arrogãtia q̃ a maiorib⁹ nõis alterũ cõsulẽ postulauit deinde ea luxuries q̃ ipsũ hannibalẽ armis etiã tunc inuictuq̃ voluptate vicit hãc ipsã vrbẽ cõtra ac Cicero suaserat. Julius Caesar coloniã deduci voluit de quo Suetonius quom in colonia capua deducti lege iulia coloni ad extruẽdas villas vetustissima sepulcha diruerẽt idq̃ eo studiosius facerẽt quod aliquãtũ opis antiqui scrutãtes repiebãt tabula aenea in monumẽto in q⁰ dicebat capiſ ꝓditor capuae sepult⁹ inuẽta ẽ eãdẽ vero capuã urbẽ quã roman⁹ ꝑpetuo in tã iusto odio fuauit et quã Cicero tãtis extulit laudibus rex uãdalor gẽsericus ad annũ ſcccxxxtesimũ postq̃ romanis fuerat subdita ferro igniq̃ destructã reliquit hãc tantis destitutam et cum ostrogothis a narsete omni potẽtatu deiectis eodem loco eosdemque inter parietes et muros capua rehabitata esset ad annum inde circiter centesimum a lõgobardis sub triginta ducibus tũc a gentibus iterum destructa fuit Quis autem et quo tempore postea eã ad hunc in quo nunc est duos mille passus remotum transtulerit locum nec alicubi legimus nec ab his qui inhabitant cuiquis scire potuimus Plinius in italiae descriptione quom ad capuã peruenit campum illi adiacere dixit leborinum totius italiae amoenissimum et libro septimo decimo de terrarum diuersitate tractans leborinũ capuae campũ nobilẽ appellat cuiusque solum dicit arduum opera et difficile cultu bonis q̃ virilis.

Arrogãtia. Luxuries.

uberius pascere est vero hoc totum campestre solum quod a tipbatis mō
te vrbi imminente ad neapolitanos puteolanosque colles pertinēt vulrur
no ab ipsa urbe capua ad eius ostia quibus se in mare exonerat est clausū
z periti regionis capuani ciues affirmant campos qui aduersam vrbem
nouam ad atellae vrbis vetustae ruinas aedificatam circumstant in trecen
torum annorum publicis priuatisque monumentis dici leborios eam ue
ro vim habuit leborinae terrae appellatio ut campaniae nomen in suū mu
tari optinuerit Idque nos meliuscule q̄ a prauis cronicarum scriptori
bus est traditum referre confidimus. Capua vbe vetusti in eā romanoz
odii et binae desolationis execrabili infamia laborante vicini vrbiū oppi
danorumque populi campanos se appellari ignominiosum periculosūq;
ducentes id declinarunt patrium nomen et sese leborinos pro cāpanis di
xere effecitq; obstinata eorum pertinacia ut quicquid vrbium z locoz
in campania censeri solebat de terra laboris diceretur. Sed corruptum
nunc laboris uerbum in eā partē ab ignorantib⁹ accipit vt laboris terrā
cui labor vtiliter impendatur dictam existiment quanq̄ nō desint qui ma
gis absurde dicant terram banc a labore quem illi capiendae e dominio
subigendae impendi oporteat sic a maioribus appellatam. Atella vero
urbs cuius saepe meminit Liuius et quam Cicero supra de lege agraria
cum teano opprimi aegre ferendum ostendit fuisse ubi nunc est noua urbs
aduersa praeter alias ratiōes hoc uno constat argumento q̄ sanctae Ma
riae ecclesia haud longe ab aduersa cognomen in atella vetustum retinet
libet que utriusque vrbis et veteris z nouae dignitates referre primū atel
la haud quaq̄ minora in re parua q̄ capua in magnis praebuit campa
nae luxuriae documenta si quidem pro superbiae z crudelitatis origine
quam Cicero tribuit Capuae haec atellanarum carminū lasciuiam mo
dulationemque quod nomē indicat et Macrobius affirmat inuenit quid
vero hae fuerint Atellanae. M. Varro Aulus gelius Macrobiusque z
Iuuenalis satyrici saepe indicant earumque artis cū non expediat nec
sit huius temporis et loci inquirere documentum satis supraq; fuerit ob
scoenam notare lasciuiam pueri z puellae luxuriemque spumantes natu
maiores cōpositum metro ac musica modulatiōe lasciuis z omnia dictu
factoque pudenda exprimentibus uerbis carmen motu quoque corporis
z gestu quaqua uersum etiā retupinato ita in choreis z ad impudicorum
mensae promuntiabant gesticulabanturque ut nihil praeter ipsum cocun
di exquisitissimum deesset effectum meliora aut originis z disciplinae rudi
menta habuit urbe aduersa Robertus Guiscardus uir gloriae z laude di
gnissimus magnam z praestantem eā italiae partem quae regnum siciliae
aut neapolitanū est appellata a sarracenis graecisq; lacerata ad regni ipsi⁹
formā pm⁹ redegit qui neapolim capuāq; una eadēq; pmēs obsidione ca
stra aquid atellā habuit cōmunita in quib⁹ quom aliquot pseuerasset ānis
ciuitatem condidit ab ipsoque aduersandi praeclaris z potentibus ui bibus
affectu aduersae illi nomen in rei gestae memoriam dedit. Sed iam
ad maris litrus est redeundum. Post vulturnū sequitur clanius amnis
apud Suessulam oppidum medio pene inter Capuam z nolam urbes
tractu in montibus oriundus efluq; is fluuius de quo virgilius clanius nō

Terra laboris.

Atellanae.
lasciuia, atella.

Atella.

aequus acerris quia acerrarū urbis agrum sicut z capuanū z olim atel
lanum nunc aduersanum multis inundat in locis adeo ut longiusculis pon
tibus eum capuam inter z aduersam urbem oporteat iungi ad quos pon
tes molas esse multas videmus eidez clanio haud longe a mari infero tur
ris apposita est parum vetusta nunc patriae appellata z in ruinis linterni
Scipionis aphricani villae aedificata. Planque Ptolomaeus Pompo
niusque mela Plinius z guido rauennas Iginii imitator linternum inter
vulturnum z cumas ponunt Liuius autem vno in loco cum supradictis
sentire in alio discrepare videtur, Nā libro vigesio secūdo quom difficulta
tes afferret quibus hannibal coactus videretur ex falerno agro qua vene
rat angusta via in samnium redditurus quod supradiximus sic habet poe
nus tūc intra fortunae minas ac linterni harenas perhorrida situ hiberna
turus esset quom ergo ad sinistram vulturni tūc ageret hannibal nec ipm
amnem ibi praealtum vado neque pōte ad casilinum communito ac prae
fidiis firmato transmissurus videretur oportuit ad falerni agri partē esse
linternum ubi eum Liuius nisi angustias superasset hyematum fuisse dicit
et libro. xx iii. idē Liuius quom fraudem scribit qua capuani cumas suis
partibus adiicere sint conati sic habet interim Titus sempronius consul
sinuessae quo ad conueniendum diem edixerat xercitu lustrato transgres
sus vulturnum flumen circa linternum posuit castra et quibus nulli dubiū
fuerit constare linternum fuisse sicut dicti asseruit cosmographi ad eam
vulturni partem quae spectat in cumas necessariumque erit z dicere et
tenere limum qui loca perābulauerit z linterni sicut infra ostendimus sci
pionis statuam tempestate disiectam viderit sciuisse villam quidem ultra
vulturnum sed eius agrum harenosum stagnosumque citra extitisse. Est
um quem fama est monentem sepulchro inscribi iussisse ingrata patria ne
ossa quidem mea habes Quae facta in monumento ingratitudinis pa
triae inscriptio effecit vt locum nuper certius explorarius inuenerimus.
Nanque ad dictum amnē clanium paulo supra ostium quod habet in ma
re turris est riuus aedificioq; veterum superaedificata quā ut dicim⁹ tur
rim patriae vocant vbi id monumentum fuisse tenemus. Et praeter id
patriae vocabulum praet eroq; supradicta Ptolemaei. Plinii Liuii z alioz
testimonia certitudinem quoque attulit nobis euidentiorem fons aquae
accidulae quem Plinius linterni fuisse dicit cuius aqua vini modo faciat
temulentos. Scatet enim nūc etiam inter praedictas aedificiorum ruinas
aqua quam Pastores affirmant epotam omnes capitis langores curare
Nos eaque accurate gustata saporem quidem ut caeterarum quae bi
buntur bonum esse cognouimus sed quāuis fumos ab ea in nares sicut a
vino consueuit non ingratos olfauerimus quos potatio habeat effectus
forte ob haustus moderatiōem intelligere nequiuim⁹. Seneca epla. Li.
linterni honestius Scipio q̄m vbis erubescebat Sepulchri autem eiusque in
scriptionis z monumēti ac statuae si nullum nunc extat certū indiciū mi
nus miror q̄ Liuius patauinus qui minus centum annis ab illius aetate
abfuit qd ipse viderit li⁹. xxviii. scribit. Scipione alii romae alii linterni
mortuum et sepultū ferunt vtrobique monimenta ostenduntur z statuae

Pontes.
Molae.

Linternus.
Cn. scipois se.
Ingrata patria

Seneca.
Sepulchrū sci.
Liuius.

Cumae.

Templū apollinis

Sibyllae antr.

Lamae.

Nam et linterni monumentum: monumentoque statua superimposita fuit quam tempestate dissectam nuper vidimus ipsi τ romae extra portā capenam in scipionum monumento tres statuae sunt duae publii τ Lucii Scipionum dicuntur esse tertia poetae. Q. Ennii et Seneca epistolae lxxvii. litterio videtur id ignorasse sepulchrum. Nam dicit in ipsa Scipionis villa iacere haec tibi scribo adoratis manibus eius τ ara quam sepulchrum esse tanti viri suspicor linterno cumae ad quintū adiacent rusticae interque utrunque locum qua in parte littus inter stagnum τ mare tenuissimum est villa fuit Seruilii vaciae quam seneca epistola. lv. describit dicitque praetorium hominem illum diuitem nulla alia re notum fuisse q̄ eius villae otio in quo consenuerit ut occupati aliquādo clamauerint o vacia sola scis viuere quom tamen ille iudicio senecae sciret latere nō uiuere Unde dicit de se ipso Seneca solitum quotiens illac transiret iocando dicere nō de uiuo sed tanq̄ de mortuo hic situs est vacia. Cumanae urbis originē habent tradit Liuius in. viii. Cumani a calcyde euboica originem trahūt classe qua adiecti domo fuerant multum in ora maris eius quod incolūt potuere primo in insulam enariam et petaculas egressi deinde in continentem ausi sedes transferre virgilius τ tandem euboicis cumarum illabitur oris τ hic ubi delatus cumeam accesserit urbem super quo Seruius euboea insula est de cuius ciuitate calcydae profecti sūt ad nouas sedes quae rendas τ haud lōge a baio qui locus a baio vlyxis filio illic sepulto nomē accepit inuenerunt uacuum littus vbi uisa muliere grauida cultratem cōdiderunt Liuius in secundo Accersito deinde auxilio τ a latinis populis τ a cumis Cumanae cohortes arte aduersus uim tilae declinauere paululū effusaeque palātel hostes conuersis signis a tergo adortae sūt τ infra insignis hic annus nūtio tarquinii mortis nioztuus est cumis quo se post fractos opes latinorum ad aristodemū tyrannū contulerat τ libro quarto eodem anno a campania cumae quā graeci tunc urbem tenebant capiuntur τ octauo ciuianos fuesulanosque eiusdem iuris cōditionisq̄ cuius capua esse placuit. Est uero caelius i urbe cumana collis in cuius cacumine fuit templum Apollinis de quo Virgilius Arces quibus altus apollo praeminet Et quidem nunc ea in urbe quam vidimus omni destituta habitatore praeter rupes saxo stupēdas uiuo pinnae cernūtur murorū excelsae et ubi apollinis arx fuit sacellū est christianum et ipsū vetustate cōsumptum nihilque extat integrum nisi cauerna frontispitio decorata manufacto. quam Sibyllae antrum fuisse sotius itinerii nostri prosper camuleius uir doctus eam ingressus quibusdam coniecturis affirmauit. Fuit quoque cumis propinquus ad tria millia passus bomarum locus sacer de quo Liuius. xxiii. Campani adacti sunt rem cumanā suae iurisdictionis facere primo sollicitantes ut ab romanis deficerent ubi id parum processit dolum ad capiendum eos comparant Sacrificiū ad bamas nocturnū erat huius vero olim celebris loci mons arduus qui a balneis nunc triperigulanis uix mille quingentos abest passus ruinis ad uerticem tegitur aspiciendis et quibus nulla est propior tripgulis hominū habitatio aut cultura ad ptē uero q̄ cumae spectant i auernū τ baias distat pariter ab utrisq̄ urbibus fornix lateritio ope sublimibus columnis sustētatus cuiusq̄ rōano

foxxcm·

Misenus mōs.

Misenatium.

Piscina mira.

L. luculli do.

Suetonius.

Sinus baianus

operi comparandae. Abest deinde quinto a cumis miſenus mōs virgilii carmine celebratus. Et nunc miſenus ab illo dicitur. Eidem que qua spectat in cumas lacunae ed iacent nunc mare mortuum appellatae circa q̄s locus in quo Suetonius tranquillus scribit octauianū Augustū classem apud miſenum instituisse ingentem quae versas in tyrrenū mare imperii romani prouintias hinc galliam τ utrunq̄ hispaniā inde mauritaniā aphricamq̄ τ interiectas insulas tutaretur erat q̄s eius classis praefectus Plinius veronensis quando apud veseuū montē incendio est absūptus Distat a miseni promontorio hinc cumae sicut diximus quinto inde lucrinus auer nusque totidem mille passus τ cū a cumis vix quattuor milib⁹ τ terrestri via absit auernus illa quinū undique milliū maritima longitudo terrā ambit omniū olim italiae pulcherrimā in qua baiae fuerunt ciuitas opulēta. Itaque omne solum etsi quinis vt diximus productū est milibus latitudinem parū variata duo alicubi τ minus alibi milia explet ut digiti vnius spatium praeferat quo in terrarum ut ita dixerim digito tā multa cernuntur collapsa veterum operum monumenta ut extra vrbis romae moenia nihil illi toto in orbe terrarū aedificiorū magnitudine ac pulchritudine parem credam existimēque fuisse vt non iniuria dicat Horatius nullis in orbe locis mare quo inuicem dirimuntur ex Suetonii tranquilli in vita Iuli colligunt lae sententia vix tria milia passus τ sexcentos implet vnde sinus vtrobiq̄ dictus olim baianus a misceno in initiū auerni sinū quinto τ totidem ab auernio in puteolos millibus est productus. Fuerit vero operosum singula describere quae aut digitus ille terrestris aut sinus baianus habet sī digniora quantum fieri potest breuiter attingemus Primum Misenus ipse mons qua in promontorium coarctatur τ si natura cauernosus fuit tamen tanta excauatus est operum laboribus tantis vel marmoreis vel latericio τ lapide quadrato compacto in sublime ductis sustentatur columnis ut ubique pensile videatur eruntque ut appareat intus balnea erant natatoria erant ad coenas luxumque triclinia superius vero incontinenti τ qua vergit in praedictum miscenatum classis locum fundamenta visuntur hic qui non uiderint incredibilia ubi piscinam vulgo mirabilem dicunt nam cū ea pulcherrime ut constat aedis desuper destructae fūdamenta fuerint pars haec extans subterranea sublimibus sustentata laterītio columnis ducentos quinquaginta longitudine centūq̄ τ septuaginta latitudine passus patet τ ita est integra ut nona videatur quā lucii luculli domum quae illi erat in baiano fuisse tenemus τ quia in loco omnium italiae calido est sita uidetur cē illa de q̄ Plutarchus scribit Lucullū pbelle cuz Cn. Pōpeio ac Marcō Ciceronē τ pleriq̄s illius saeculi principibus uillas locatū fuisse cū ipsis ōib⁹ romanis in luculliano nunc fracato apud lucullū aedificare cogitāb⁹ pōpeio impiriā aedificādi in luculio damnāti q̄ domū pulcherrimā sumptuosissimāq̄ nimia multis porticib⁹ fenestrisque aptā aedificati quidem idoneā sed hyemi omnino inhabilem fecisset ille respondit

Gruco. virtuti suae pompeium detrahere qui gruco se prudentiores existimet aesti ua loca byemaliaq; alterniis inhabitantes Dese enim, dixit qui hanc in luculano aestati idoneam fabrefecerit: alteram in semper vernanti baiano byemalem pulcherrimamq; eraedificasse. sepulchra vero et villas alioq; monumentorum uestigia, partim omnino prostrata, parti semiintegra tā multa eo in quinum milium peninsulae et digiti territorio cernuntur vt continuatam ibi vrbem totiusq; dispessa per agrū uillas fuisse appareat sed iam sinum describamus baianum: de quo nihil est quod admirabili? dicere possimus q̄s q; omnia eius littora decem milia passus a miseno ad puteolos in circuitu protenta aedificiis et quidem omnium quae raro alibi viderimus maximis, contecta ac continuata fuerunt: quom eorum pars collibus imposita caelsissimis et in apertum prominentibus pelagum bra chiis sustentata fuerit insanarum molium opere in profundissimum mare iactis extant tamen aliqua pene integra termae scilicet ad ipsum baianū sinum intimum: qui vnicus nunc locus priscam baiani appellationem me moriamque conseruat sunt et aliae pene similes termae illis propinquae quarum conditoris et nominis notitiam habere nequiuimus Sed balne um longe infra auernum petentibus et lucrinum est obuium nedum aedi ficii structuram sed et picturas quoque aliqua ex parte integram cōserna s in quo versuū pars pictorum extat ex quorum verbis carptim lectis conii cere licet id fuisse Ciceronis balneum cui id carmen liberum eius asscrip sisse Plinius asserit supraq; illud idem Ciceronianum aliud est balneum in longam tortuosamque fossam saxo excauatum quod sine aliquo aquae celentis usu solo uapore sudores prouocat copiosissimos et sicut ferunt medici saluberrimos Fuit vero maioribus thermarum huiusmodi usus quas ab actu fricandi tergendique necessario frictolas appellarunt easq; aeque ac balneas viduis et virginibus christianis euitandas esse gloriosus ecclesiae doctor hieronymus admonuit. Tritolam nūc corrupte appellāt Incipitque ad eam sinus baiani partem lucrinus esse De quo in virgilia ni versus expositione. An memorem portus lucrinoq; addita claustra ser uius sic habet in baiano sinu campaniae contra puteolanam ciuitatē lacus sunt duo Auernus et Lucrinus qui olim propter copiam piscium vectiga lia magna praestabant Sed quom maris impetus plerunque perrūpens exinde pisces excluderet et redemptores grauia damna paterentur suppli cauerunt senatui q; profectus Caesar ductis brachiis exclusit partem ma ris quae ante infesta esse consuecuerat reliquitque breue spatium per auer num quo q; copia piscium posset intrare q; fluctus nō esset molesti quod op? iulium dictum est de eodem Suetonius portum iulium apud baias im mi so in lucrinum q; auernum mari lacum effecit et Serui? in virgiliani versi? expositione diuinos que lacus sic dicit Auernus et Lucrinus lacus antea siluarum densitate sic ambiebantur ut exalans inde per angustias aquae sulphureae odor suauissimus supuolātes aues necaret vñ q; auern? dictus quā rē Caesar audiens deiectis siluis amoena reddidit loca q; infra in Vir gilianum versum Acheronte refuso. Acheron fluuius dicitur infernorum sed constat locum esse haud procul a baiis undique montib? septū adeo ut

Moles brachia Thermae baiāi

Frictolae.

Lucrinus.

Caesar.

Acheron. flu.

nec orientem solem possit aspicere nec occidentem sed tantum meridiona lem Baiani sinus latitudinem de qua dicimus. Suetonius in calligulae vita sic ostēdit. Baianum medium interuallum q; puteolanae moles trium milium et sexcentorum fere passuum ponte iunxit ꝯtractis undiq; onera riis nauib? et ordie duplici ad ancoras collatis superiecto aggere terreno ac directo in appiae viae formam per hunc pontē vltro citroq; cōmeauit biduo continenti primo die falerato equo insignis quoque ciuica corona et scutum tenens q; gladio atreoque clamyde postridie quadrigario habi tu curriculoque biiugi famosorum equoꝝ sed q; Nero illius successor ma iores circa baianum excogitauit insanias de quo Suetonius inchoabat piscinam a miseno ad auernio lacum contectam porticibus quasi conclusa quo qnicquid totis baiae calidarum aquarū esset conuerteretur fossa ab auernio ostiam qua nauibus necnon via iretur longitudine centū sexaginta miliū latitudie q̄ otiguae q̄remes cōmearēt. De eodēq; scaelestissio im peratore Suetonius agrippinam matrē litteris baiis euocauit ad solēnia quinquatrium simul celebranda datoq; negotio tetrarchis qui liburnica qua aduecta erat velut fortuito concursu confringeret protraxit conuiui um sed quom nando euasisset iugulari fecit Seruius virgilianum expo neus versū Infernique lacus dicit lucrinū q; auernum significari inter quos est spelunca per quam adinferos descendebatur. Sed iam satis de vetu stioribus ad recentiora veniamus Helius Spartianus de Alexandro impera tore optimo Mammeae christianae filio sic habet in baiano palatiū fecit cū stagno mammeae matri quae mammea tūc dictū hodieq; vocat fecit et alia opera in baiano magnifica in honorem affinii suorū q; stagna stupē da admisso mari fuit baiano sinui propinqui? bauli locus herculis quem Seruius dictū putat quasi boueli q; illic habuerit animalia haec sūt quae de baiano sinu siue vetusta siue recentiora ducimus dicenda: restat vt ea p sentibus applicemus ad frictolas nūc tritollam Lucrinus incipiebat cer nūt enim regione illius in littore brachia muroꝝ quae Caesar vt violentū ercluderet mare iecit. Auernus vero a Lucrino nūc separatus est q; bre ue spatiū a Caesare relictū quo piscium copia posset intrare mare superin ducta barena conclusit quae quidem claustra diligentissime de industria conseruatur ne crescentes cedenti mari aquae balneis afficiant quae vic? nunc tripergula appellatus plurima q; ut medici perhibent omniū italiae saluberrima habet Addicent vero ea omnia auerno lacui salsū in aquis re tinenti saporem quae quidem aquae ita habet altas ut nullis etiam lōgis simis fumibus saxo aut plumba magni ponderis ad perpendiculū colliga to eius profunditas tangi possit mirumque est cernere stupendi q; insani operis aedificia quae aut in circuitu auerni aut in eius aquis ripae proxi mioribus fuerunt facta quom tamen viae silicibus in circuitum stratae q; aquarum formae dulcium superioribus in collibus pene sint integrae. Ergesti depressa haec Lucrini q; auerni loca et puteolos petituri: Via incedunt sillicata ad quam vndique maiorum suprædictis aedificiorum in Baianum superne despectantium ruinae cernuntur, quousque ad viam est ventum atrellanam quae ab urbe roma atellas per appiā q; post ab atellis ducebat ad baias qua quidē in via baud lōge a puteolis et baia

Pōs trīmilliū.

Bauli.

Seruius.

Prosūdus exi.

Aedificia auer.

Atque dulces.

no medioque ad nunc aduersam spatio tam integra adhuc sunt veterum
operum monumenta ut si ostia addantur & fenestrae videantur habitatio
nem non incomodam praestatura eademque via ad balanu superciliu ubi
sanctae mariae sacellum est post tergum relicta maiorum etiam omnium
quae hactenus circa balanum descripsimus aedificiorum ruinae in subli
mi erectae cernuntur quas incolae belgermanum appellant fuerũtq; ope
ra sicut litterae pila incisae marmorea ostendunt quae tib; rius Caesar bel
lo germanico feliciter perfecto. vnde germanicus est appellatus ad facti
eius famam memoriamque extruxit. Eique pulcherrimo etiã nunc opi
proximum est pene integrũ extatis theatrũ cuius occasione factum esse di
cit Suetonius ut cum celeberrimis ludis quibus Caesar intererat. Au
gustus senatorium virũ frequenti consessu nemo recepisset idem princeps
spectandi modum correxerit. Hinc sũt puteoli de qua ciuitate vetusta
sic habet Liuius in quarto exitu eius anni. Q. Fabius ex auctoritate se
natus puteolos per bellum captum frequẽtari fecit emporiũque cõmuni
uit atque praesidium imposuit & infra de hãnibale ad lacuz auerni per spe
ctem sacrificandi te ipsa ut tentaret puteolos descendit sacro deinde ppe
trato ad quod venerat & dum ibi morãtur pernastato agro cumano usq;
ad miserum promontorium puteolos repente agmen conuertit ad oppri
mendum praesidium romanum & infra. P. Cornelius Scipio Aphrica
nus & C. Laelius petua magna inter se concordia senatũ sine vllius no
ta regebant & portoria naualium capuae puteolisque instituerunt & infra
consul atinius tulit ut quinque coloniae in oram maritimam deducerẽ
tur quarum una fuit deducta puteolos belius spartianus dicit adrianum
imperatorem quom mortuus esset apud baias sepultũ fuisse puteolis in
villa Ciceroniana vbi Antonin⁹ successor templum pro sepulchro ibi cõ
secrauit. Puteolis nostro ordine transmissis locus occurrit medio inter
ipsam et urbem neapolitanam spatio fama apud veteres celebratus nãq;
illa quam plutarchus tradit lucũm lucullum habuisse prope neapolis
et apud eam montem excidisse atque ita excauasse ut mare introduceret
vnde. Cn. Pompeius & M. Cicero illum appellare solitti fuerunt xer
xem togatum ea est cuius ruinae ingentes balneo superemunt agnani
dicto quanq; non balnea loco sed alterae sunt frictolae superioribus meli
ores et qui rerum biuiusmodi magnarum ingenio viribusque factarũ peri
tiam habent facillime scissuram praeuiderit intelliguntque manufactam
unde defossus reiectusque mons iam praebuit nunc etiam leui opera re
parabilem qua mare nunc agnani lacum ita impleret ut ad villae muros
porticusque navigari posset procedentesque eo itinere ad cauernam pueni
unt griptam nunc appellatam ubi pausilippus mons pulcherrimus olim
sicut Plinius tradit vilis habitatus ad sexcentos passus excauatus pla
num iter puteolana curribus iter praebet quis aut ad memorabile opus
fecit ignotum est nobis qui tamen legimus factam apud senecam cozdubẽ
sem ipsius loci mentionem epla quingesimaseptima vbi dicit excepit me crip
ta neapolitana nihil illo carcere longius nihil illius facibus obscurius quae
nobis praestant non ut per tenebras videamus sed ut ipsas cernamus. si
locus haberet lucem puluis differret in aperto quoque res grauis & mo

Spectãdi mo. Puteoli.

Bellus spartianus

Villa Luculli. Mons excaua.

Cripta neapo.

lesta: quid illic vbi in se volutat & quom sine vllo inspiramẽto sit inclusus
in ipsos a quibus excitat⁹ est recidit. & Bonatus in Virgilii expositiõe tra
dit ipsum poetã sepultum fuisse Neapoli via puteolana ad secundũ lapidẽ
quod sepulchr̃ circa praedictam criptã saepe quaesitum nequim⁹ inueni
re. Sequit Neapolis vrbs vetusta atque praeclara: cuius originẽ Liui⁹
in octauo refert in cumanos bis vbis palepolis fuit haud procul vbi nunc Neapolis.
Neapolis est duabus vrbibus idem populus habitabat cumisserant cõun
di palepolimq; quam tenerent graeci dicit infra Liuius a Publio Plan
tio consule captã fuisse & infra iam publius inter palepolim neapolimque
loco opportune capto diremerat hostibus sotietatẽ auxilii mutui. et infra
itẽ dicit. Neapolim auxilio nolanor̃ romanis deditam fuisse. vsi vero sunt
semp postea neapolitani erga romanos & alios dominos cõstantissima fide
primum romana republica cãnensi clade consternata cum ad ierionẽ iam
hyeme impendente cõsisteret bellum neapolitani legati romã venerunt ab
bis quadraginta patherae aureae magni põderis in curiã delatae quas q
dem senat⁹ cõtra morẽ suũ accepit & neapolitanis gratias egit. Quom q;
Hannibal Neapoli sũmope potiri quaesiuerit neapolitani in romanorum
partibus pstiterunt. Liuius in. xxiii. de Hannibale ipse p agr̃ campanuz
mare inferum petit oppugnaturus neapolim ut vrbem maritimã haberet
& infra. Hannibal capua recepta cũ itez neapolitanor̃ animos partim spe
partim metu nequicq; tentasset in agrum nolanum exercitum duxit. & in
fra quarto Inde ad populãdum agrũ neapolitanũ magis ira q; spe potiun
dae vrbis duxit. Flouit aũt semp postmodũ neopolitana vrbs romana re
sub consulibus & pariter sub principibus integra adeo ut apud eam graues
viri animor̃ a curis laramentum quaererẽt: & discoli lasciuiae diuersoriũ
Suetonius de Nerone. Reuersus e graecia neapolim q; in ea primũ arte
musicam ptulerat albis equis introiit disiecta parte muri. & infra. Nero
de motu galliar̃ neapoli cognouit die ipso quo matrem occiderat. Sed &
viros videmus litteris celebratos Virgilium diu Titum Liuiũ aliqñ et
Horatium Neapoli moratos fuisse. & Seruius asserit Virgiliũ scripsisse
georgica Neapoli quam Parthenopẽ appellauit ac otii ignobilis notauit. Virgilius.
Franciscus quoq; petrarcha praestanti vir ingenio a Roberto rege neapo F. petrarcha.
litano gallicana oriundo pgenie rogatus Neapolim bis se contulit nulla
quidem maioris lucri spe suasus q; ut optimo atq; humanissimo regi do
ctoo & virtuosos viros vnice amanti gratificaret: eamq; vim habuit inita
inter diuitem regem & doctum integrumq; sed rerum inopem virum & ta
men animo & virtute diuitẽ poetam ut per vnicã eiusmodi amicitiam cõ
seruatus nunc viuat rex Robertus. Nam quod omnibus in quorum ma
nus haec venient faciliter ostendere ac quoad vixerimus pbare poterim⁹
extra vrbem neapolitanam paucissimi ac pene nulli sunt viri quãtũvis do
cti: qui Robertus rex quis & vnde aut quo tẽpore fuerit alia nouerint ra
tione uel causa q; q; eum in amicissimi Francisci petrarchae operibus siue
latinis siue vulgaribus legendo recognouerũt. Seruius in Virgiliani ver
sus expositione. Nec tu carminibus nostris indictus abibis Oebale dicit
Oebalus filius est Theolonis & Nympbae Sebetridis. hic autem est in
tra Neapolim sed telo diu regnauit capreis filiusq; eius trãsiit ad cãpaniã

M

ꝛ multis subiugatis populis suum dilatauit imperium. At postꝙ roma
ni imperii inclinatio coepit crebrescentibus barbarorum insultibus neapo
litani partes romanorum ꝓ posse supraque secuti sunt. ꝛ quod in histori
is copiose ostendimus rex Vādalorum Gensericus classe ingenti ab aphri
ca ducta romanam vrbem captam spoliatamque ꝛ omni humano habita
tore destitutam reliquit qui ꝛ Capuam quoꝙ euertit Ad neapolim vero
quom venisset eam diu obsidione pressam capere nequiuit paucis ab inde
annis Belisario Justiniani imperatoris duci adeo constāti animo restiterūt
neapolitani ut quom postea ꝓ lapideum aquaeductus foramen scalprīs di
latarum vrbs in eius potestatem facta esset neapolitani sola principis hu
manitate ab excidio sint seruati. Multis postea interiectis annis quom sa
racenī omnem oram maritimam quae a Caieta regium vsꝙ ꝓtenditur ꝓ
bellum ꝓtinuissent neapoli quoꝙ sunt potiti quam ad annos triginta pos
sederunt: quousqꝙ Joannes decimus pontifex romanus vir excellētissim⁹
pellendis italia saracenis animum adiecit quo hortante ꝛ auxilia summini
strante neapolitani omnium primi id diu inuisum abiecerunt iugum secu
tique eius vrbis exēplum caeteri cāpaniae lucaniae ꝛ bruttiorum populi eā
scilicet incolentes oram quae a neapoli continet praeto siculo dominio sa
racenorum abiecto sese in christianam vindicarunt libertatem. Qua affli
cti clade saraceni auxiliaribus copiis ex aphrica mauritaniaque accersitis
oppida ꝛ vrbes quae sibi erant in italia reliquae praesidiis cōfirmatas ma
ioribus retinere conati sunt pbormias minturnas sinuessam vulturnū, lin
ternum cumas atꝙ baianum naui puteolani neopolitāis ab initio in rebel
lione consenserant. Praestitit vero pseueratque sanctissimus pontifex in
sua expellendae barbariei aeternis digna laudibus voluntate ꝛ italos om
nes quantūvis inter se aliis rationibus laceros atꝙ discordes in fidei chri
stianae tutelam orando suadendoque magis q̄ꝫ ꝙ nequisset iubendo arma
ri optinuit. Quibus in magnum coactis exercitum pontifice Joanne du
ce ventum est ad minturnas. ꝛ quod in ei⁹ vrbis descriptione dixim⁹ prae
lium apud eam gestum est in quo saraceni maxima clade ſpati sunt. vnde
factum est ut ea gens impia ꝛ nō magis christiano q̄ꝫ italico nomini inimu
ca regionem praedictam a pbormiis ad baianum ꝛ quicquid vrbium op
pidorum munitorum locorum in ea praesidiis optinebant incendiis et to
to conatu reliquerint dirutum adeo ut ea quam hucusque vix conādo po
tuimus singulis in locis ad nominis antiqui notitiam perducere manserit
solitudo. Lucra vo ē semp postea opibus vrbe neapolitana ꝛ foeliciter sub
Ioāne decimo ichoatas i barbaros inimicitias foelicissime retinuit. Nāqꝫ
quō Leonis quarti papae tēporibus saracenī scōꝝ petri ꝛ pauli apostolo⁹
vtrasque vrbis Romae basilicas vi captas incēdio absumpsissent vrbēque
Romam diu obsessam capturi viderent nullis maioribꝰ ex omni italia q̄ꝫ
neapolitanorum viribus ꝛ seruata est Roma ꝛ barbari sūt expulsi. Nimis
multa huic operi ꝛ loco essent illa quae de neapolitanorum variis casibus
scribi possent dum guiscardis germanisque ꝛ gallicis regibus qui Neapo
lim a trecentis annis regia ornarunt dignitate obaedientissime parent sed
omnes eorum laudes accumulat gloriosa calamitas in magnam conuer-sa
foelicitatem dum pro seruiata gallico Andeganensi principi Renato fide

durissimam ab Alphonso aragonum rege obsidionem ptulerint quousqꝫ
pari cum Pisani tempoꝝ euentu p aquaeductus cuniculum ab ipso
rege capti atꝙ ad banc in qua nunc beati florent fortitudinem eiusdē regis
praesentia clementiaqꝫ seruati sunt vt non immeritō is rex triumphi con
suetudinem diutissime intermissam longo tandem postliminio in italia re
uocauerit. Habet vrbs neapolitana basilicas moenia ꝛ arces ꝛ publicas
priuatasque aedes superbas, ꝛ caeteris italiae maioribus cōparandas in
quis praeclarum est virginis Clarae monasterium quod a sancta Arago
nae regina Roberti regis inclyti vxore aedificatū facile omnia italiae mo
nasteria antecellit eiqꝫ primum esse videtur sancti Martini extra vrbis
moenia cartusiense coenobium aedificii magnificentia pulcherrimum. Con
stet tamen arcem vnam castellum nouum appellatum mari imminēte Al
phonsi regis laude ꝛ memoria dignū opus caeteris quae in italia sunt, ex
tent veteribus siue nouis operibus monumentis ꝛ structuris praeferendū
esse si turrium eius murorumque altitudinem ꝛ crassitudinem ꝛ pulchritu
dinem siue aulae cubiliumque ꝛ singularū eius partium amplitudinem ꝛ
ornamenta penitus eiusmodi rem existimet. Ornata fuit neapolis patrum
nostrorum aetate Bonifacio nono pontifice romano ex Tomacella gente
oriundō qui primus nonmodo vrbem romam sed ꝛ ipsum quoque ponti
ficatum in dominii potestate continuit. Pauloque post alterum Neapo
lis pontificem romanum habuit Joannem xxiii. ex gente Cossea qui alio
quin prudentem Sigismundus imperator in germaniam seductum a con
silio Constantiensi ꝓ ecclesiae faciendā vnione priuari curauit. magno ite
per id temporis ornamento neapolitanae vrbi fuit Ladislaus, rex galliae
regum ꝓsapia neapoli genitus ꝛ nutritus qui militiae omnino dedi⁹ prae
ter id neapolitanum omne regnum armis quaesitum vrbem quoque ro
mam perusiamque ꝛ assisium de iuribus ecclesiae ꝛ cortonā de etruria ce
pit quā vendidit florentinis constansque fuit omnium eius aetatis prudē
tium opinio ipsum italico regno ꝛ quoidpostea facillimū erat imperio ro
mano nisi florentem eum mors intercepisset breui potiturū fuisse neapoli
tanae vrbi secundum litteras pompei a perusiis scriptoribus proximi descri
buntur qui vicus olim fuit amoenissimus romanisque gratissimus adeo
ut Marcus Cicero legem de qua saepe diximus disluadens nilli agrariae
aegre ferendum ostendat pompeios a decēuiris venundari. et quia doctos
qui hōc tēpore neapoli apud regem in pretio habent errare videm⁹ pom
peios ꝛ herculanum vbi nunc turris est octaui fuisse affirmantes verum te
stimonium ostendendo certius pompeiorū loco afferemus primumque di
cimus vbi nunc annuntiata ꝛ castellum est ad mare pompeio vico oblon
gum villisque speciosissimis frequentissimum fuisse. Liuius in nono. per
idem tempus classis romana a. P. Cornelio quem senatus maritimae
orae praefecerat in campaniam acta quom appulsa pompeios cēt fortu
uales ad populandum nucerinum agrum profecti facta praeda exuti sūt.
qui ergo nucerinum praedaturi fuerunt agrum nauales milites Sarni
ostia potius ingredi oportuit q̄ ad distantem ferro miliario turrim octaui
facere excessionem. Herculanum vero vlteriue ꝛ multis distans milibus
fuisse infra ostendemus. ꝛ quidem turris octaui nominis noui vicus cui

distantiq; ab vrbe neapolitana dederit appellationē nullas habet vetustatis reliquias praeter supiorē Plinii mentis locū quē ibi fuisse necessarium tenemus. nulla. n. in pte alia vesevi montis incēdia quibus impzidēter inspiciendis Plinius ē necat? naui potuerunt adiri. ? quidē ea omnis oza vbi cumq; saxa etiā in litroris supcilio terrae supeminent incendii vestigia ostendit adeo certa ut nihil praeter flammā fumūq; desit quo illa passim nunc etiā ardere aduena suspicet: fuitq; id incendiū de quo Suetonius Tranquillus in Titi Vespasiani vita sic dicit. quaedā sub tpe tristia acciderunt ut cōflagratio vesevi in campania curatores restituendae campaniae consularium numero sorte duxit bona oppressoz. in vesevio quoz haeredes non extabant restitutioni afflictae ciuitatum attribuit. vesevū vero montē vitiū agroz̄q; cultura ditissimū nunc appellant summū q; in conspectu neapolitanae vrbi positus ? hinc cāpis inde mari maiore parte circundatus videt esse summus. In mediterraneis campestribus que aduersum vrbem vesevūque montē interiacet duo extāt loca ytetq; memoria celebrata. Merelanium olim nunc marlianum oppidum ? vrbe acerra. de qua Liuius xxiii. hannibal acerras cepit vacuas ? incendit. ? libro. xxvii. acerranis permissum ē ut aedificarent quae incensa erant ad quā historiā allusit Virgilius in georgicis vbi terras laudabis culturae excellentioris dicit: Talē dices arat capua ? vicina vesevio oza iugo: ? vacuis damus nō aequ? acerris quo in loco Virgi. id quod supradixim? de terra lebozia innuit. oēm eam regionē quae vndiq; clanio amni adiacet lebozinā olim appellatā feracissimi esse soli sicut de ea plinii scripsisse oñdim? : q̄ tñ de terris tractans ad satione vitiū optimis dicit campaniā vbiq; optimā vitibus esse. quae tenues exalat nebulas ? cretam in pompeianoz agro ac argillam cunctis ad vineas generibus antepoñi: quoniā excipit cum illis inuicem sabulum album sed iam ventum ē ad supiorē clanii amnis partē quom ab acerris distet. qttuor milia passuū Suessula oppidū nūc vacuū iuxta quod sicut a pncipio diximus fontē is fluuius habet. Sarnusq; post hāc nobis describēdus ozditur videt occurrere quem caetera explicuerimus de Suessula de qua Liuius in septimo. Tertia pugna ad Suessulā cōmissa est. qua fugat? a. M. Valerio Samnitium exercitus. ? in. viii. Lumanoq; Suessulanoq; eusdē iuris conditionisque cuius capuā esse placuit. ? infra. Inter Capuam ? Suessulam castra castris conferamus. ? libro. xxiii. Hannibal sup Suessulā p montes Nolam pueni. Et infra. M. Claudius proconsul ad eum exercitū qui supra Suessulā nolae praesideret missus. Et inferius claudiana castra erant supra Suessulā. Sed iam aliqua de cāpanis ppter dimidiatum in samnio sicut ostēdimus vulturnū supius omnia repetenda sunt. Ea in parte ad qua Sabbati amnis stipite vtrinque descripto, samnium omne finitum esse ostendim? . Isclet? sequit omniū campaniae hac in parte fluuiozum primus in vulturnū supra capuā quinto ferme miliario cadēs qui isclerus et montibus Caudinam vallē claudentibus ortum habet. et inter Sortitellam fluuium superius in samnio descriptum ? ipsum isclerū sunt montes altissimi. in quibus paenam est gripta oppidum cui supemineat mons nunc tabor olim tabumus quē Seruius Virgilii in georgicis exponēs cāpaniae montē esse dicit qui vites ab industria contra naturam

Vesevius mon

Marlianum. Acerrae.

alat. Et idem super versu item virgilii aeneidos. xii. Ac velut ingēti silla sumo ne taburno. dicit taburnus mons est campaniae valli autem ex mō te taburno in isclerum vergenti imminet collis pacis ? vallis quā isclerus efficit dextrorsum habet lunatulam et excentriū. Superiusque in monte est Airola nobile oppidum comitatus titulo insigne duobus miliaribus a furculis caudinis distans pertinent in haec usque loca montes ardui caput ad aduersam regionem imminentes qui ? longiusculo tractu ad nolam vrbem feruntur tiphata olim appellati in quibus oppida sunt Beronida caserta comitatu insigne magdalonum ? superius duragannum in proximaque valle furculis caudinis superiore argentum est ? infra marigliano vetusti ut diximus nominis oppidum Proxime ad medium mōtē est cancellū oppidū supius fozinū. Sunt vero hi mōtes tiphata de quib? sic habet Liuius in. vii. Nam samnites omissis sidicinis ipsam arcem finitimoruq; cāpanos adorti vnde aeque facilis victoria praedae atque gloriae plus esset. Tiphata imminentes capuae colles cum praesidio firmo occupassent descendunt inde quadrato agmine in planitiem quae inter capuam tiphataque interiacet. Et idem infra praelium ad tiphata arror in quo oculos romanis ardere dixerūt. Fusi caesique samnites. Et li. xxiii. hannibal ad tiphatis castra habebat qui rapidum currens gracchum non inuenit ? infra inter capuā castraque hannibalis quae in tiphatis erant et inferius hannibal praesidio medio relicto in tiphatis profectus cum exercitu toto ? libro. xxiiii. hannibal profectus arpis ad tiphata in veteribus castris super capuam consedit. Liuius item libro. xxxii. Cornelius petit Scipio aphricanus. C. laelius Petus sub tiphatis capuae agrum vēdiderunt Ad eiusdem mōtis declivia quae auersa a capua regione in caudinae vallis suprema desinere incipiūt Sarnum est oppidum a sarno fluuio ubi fontes copiosissimos habente dictum in quibus fontibus scribit Plinius ligna ? folia quom ceciderint in lapides durescere. Sed inter eos fontes ? vesevum montem longe supra a nobis descriptum. Nola est urbs vetustissima ? in historiis celebrata quā Justinus a Japigia condita fuisse asserit cuius agrum esse fertilissimum Virgilius in bucolicis sic scribit talem diues arat capua ? vicina vesevio nola iugo licet oza ponerit pro nola: nolanis sicut Seruius scribit iratus quia eum aut hospitio non acceperant aut aqualem noluerant ei concedere in suum agellum velut iudicibus subiectum derivandam. Liuius in. ix. In campanam reditum maxime ad nolam armis repetendam quae capta est a. C. Liuio consule ? libro xxiii. hannibal capua recepta cum iterum neapolitanoz animos pti spe pti metu nequicquā tentasset in agrum nolanum exercitum duxit. Item infra M. Claudius proconsul ad eum exercitum qui supra suessulam nolae praesideret missus Item inferius ? nolae sicut priore anno senatus romanorum placebo hannibalis erat Item inferius eadem aestate Marcell? ab nola quam praesidio obtinebat ? inferius hannibal praesidio modico relicto in tiphatis profectus cum caetero exercitu in nolam iam pergit. Et libro xxiiii. Aduentu hannibalis nolana nota est plebs Liuius. Item libro iii. de nonagesimo. Sylla nolam in samnio recepit ? agros eius legionibus diuisit. Si autem Liuius hos in loco nolam in samnitibus annumerauit

Taburnus.

Plinius.

Nola.

minime mirandum quod eo in foedali bello quod tunc ꝛ scribebat nola vicinis samnitibus ita obstinate consenserat ut ex ea regiõe haberi potuerit Suetonius tranquillus morte Octauii Cesaris Augusti describẽs eum dicit a capreis nolam delatum in eodem cubiculo in quo pater octauius obiisse et centuriones eum a nola bouillas humeris detulisse Plin⁹ uero sarnus descriptio cuius bis supra a nobis est inchoata in mare infer cadit ad loca annũtiatae nunc proxima ubi olim pompeios fuisse ostendimus Isque fluuius de quo virgilius in septimo ꝛ qua rigat oppida sarnus ꝛ nocturnae aurae editor a Lucano appellatus nunc dicit Scafati a scafis quae ibi tenentur viatoribus in agrum nucerinum traiiciendis Hã proxima ad quatuor millẽ passus est urbs nuceria quam M. Licero legem dissuadens agrariam Rullo cornelio propositam quaeritur in decẽ uirorum libidinem peruenturam. His uerbis neapolim pompeios nuceriam suis praesidiis deuincient. Liuius autem libro. xxii. sic habet Nucerini atellani quia id maluerant Atellani callatiam migrasse iussi. Nucriae dextrorsum montes immittent in quor medio oppidum est a situ nomen nactum inter montes enim appellatur vallisq; bis montibus sinistrorsus proxima sanctum seuerinum habet nobile oppidus a quo clara et⁹ cognominis familia originem habet eaque vallis omnigenum fertilis frugum: vinis⁹ praesertim vermiculis abũdat. Ad infimam uero eius vallis partem apud oppidum quod aqua malorum appellatur fluuius est qui paucis delapsus passuum millibus hiatu terrae absorbetur ꝛ post centesimũ ferme passus spatium integer ꝛ quantus fuerat in amplam scaturiginem euomitur Cauaque urbs a situ appellata valli ꝛ fluuio dextrorsũ in monte immnet sed a nuceria vrbe ad praedictas causas progressi montes dextrorsum linquimus caelsos aplissimosq; in mare inferum excurrentes ꝛ promotorium faciẽtes quod minerue cognomen priscis temporibus habuit nunc ab amalphi oppido appellatum cuius oppidi nomen nullo in veteri loco inuenimus primaque eius loci mẽtio nobis occurrit vbi in historia ostendimus ad annum salutis quintum vigesimum undecieqs centesimũ. Othonem imperatorẽ theotonicum ab innocentio secũdo pontifice romano cõtra Rogerium siciliae comitem fuisse vocatum Rogeriosq; italiae continẽti pulso amalphim ciuitatem ꝛ riuellum cum castellis circũuicinis spoliatum fuisse Sed fama est qua a malphitanos audiuim⁹ gloriari magnetis vsum cuius adminiculo nauigantes ad arcton dirigũtur Amalphi fuisse inuentum: quicquid vero habeat in ea re veritas certum est id nocturnauigandi auxilium priscis omnino fuisse incognitum. Nam licet legam⁹ hispanos ad hesperi sideris directionem nauigasse in italiam. Unde sicut operis principio diximus italia hesperiae appellationẽ habuit nullum tũ ad eam rẽ caelo nubibus obscurato a magnete aut ab alio instrumento petebatur auxilium ipsis uero in montibus ꝰ malphitanis vini oleiq; feracissimis qua in mare inferum ꝺsinũt ꝛ meridianũ excipiũt solẽ regio ẽ oĩz italiae amoenissima cedri maliq; cõ arãtiũ vocitamus ꝛ punicorum caeteroqque malorũ ferax: quos neapolitana urbe impriis gaudet sunt que hoc in promotorio prter amalphim oppida in mare pariter versa maiaꝛ minus noie appellata tũ caput ursi et vlteriꝰ veterũ uicus villis amoenissimis

habitatus. Post promotoriũ ẽ salernũ urbs ad filerim fluuiũ cuiusque ⁹ fluuius i appenino qua in parte drumẽtũ in mare superũ curzens suos bẽ fores uallẽ nũc describi oportuit quã Siler amnis sinistrorsum a mari ad appeninũ oppidis alicubi castellis ꝛ vicis habitata habet. Sed eã dexterã que simul lucaniae regionis cõtiguae descriptionẽ aggressuri describem⁹ ut mõtes lucaniae excelsos ꝛ pleraque insuperabiles melius ostẽdamus sũt. n. illi de quibus dicit liuius i nono quom difficultates enumerans qo inuẽtur⁹ fuit alexãder magn⁹ si i italiã traiecisset iterrogat qs illi bãitus fuisset lucanos mõtes ꝛ salt⁹ apuliae cerneti sz iã apuliae manũ apponam⁹.

Blondi Flauii Forliuiẽsis Italiae Illustratae Regio quartadecima. Incipit Apulia.

Portuit supra samnitiũ regiõe ad tiberni amnis õtera a nobis expedita ad eiusdẽ fluuii sinistrã trãsire et ibi inchoantem apuliam exordiri sed cõeram sicut ostensum ẽ samnio cãpaniã prius describere coacti fuimus itaque ad apuliam finita cãpania redeundum est eam regionẽ a duce eiusdem nominis sic appellatã ptolemaeus bifariã diuidit ut apulos daunos ꝛ tiphernos ad bairium urbem peucetios inde usque ad salentinos esse velit. seruius uero in octauo virgilii uerba exponẽs diomedis ad urbẽ sic habet Diomedes tenuit partes apuliae ꝛ edomita omni gargani montis multitudine in eodem tractu multas cõdidit ciuitates benentũ equin tucium ꝛ arpos quae ꝛ agrippa est dicta pars uero ad quã Virgilius facit missum fuisse melappum melappia ꝛ pecẽna a fratre. Itẽ daunia a dauno rege gesta in apulis referre operosũ esset sed aliqua ex more nostro sũmatim attingemus Apuli prius bello q̃ amicitia romanis noti fuerunt nam Liuius libro octauo dicit C. sulpitio. Q. Emilio consulibus ad defectionẽ samnitium accessisse nouum apulie bellũ cuius tunc ager sit uastatus ꝛ libro nono Publium consulem in apuliam profectum aliquot expeditis una populos aut ui subegisse aut conditionibus in sotitatem accepisse et infra inclinatis semel in apulia rebus reatini quoq; apuli ad nouos consules. Q. Junium bubulcũ. Q. Emilium barbulam foedus petitum uenerunt pacis per omnem apuliam praestandae po. ro. auctores. Id audacter spondendo impetrauere ut foedus daretur neque ut aequo tũ foedere sed ut ti dition⁹ po. ro. essent sicque apulia ẽ pdomita libro autem decimo. Magnus motus seruilis eo anno in apulia fuit tarẽtũ puntia. L. postumius praetor bẽbat is de pastorũ iuratiõe qui uias latrociniis pascuaque publica infesta bãcrãt quaestionẽ seuere exercuit ad septẽ milia hominũ cõdemnauit multi in fugerũt ꝰ multis suptũ ẽ supplicii sũt prima apulorũ ad tiberni sinistrã oppida capua marinum in littore ꝛ intus xᵉ militario larinũ nouũ oppidũ alteri latere uetustissimo eiusdẽ nomĩs proxed duo millẽ pas⁹ demolito ꝺ eᵃ L. li. lᵉ. xxii. p⁹ ꝺscriptã hannibalis fugã ab agro falerno sic bẽ bat. expedigniis flexit it retroqs apuliã repetẽs galerũ pugit ad urbẽ dcatoꝛ i larinate agro castra mutuit. L. cae. i metariis

forcum.

Inde Caesar septem omnino dies ad continium commoratus per fines marrinorum frentanorum & larinatum in apuliam peruenit. Quarto supra larini veteris ruinas miliario est casacalenda oppidum cui ad duos mille passus proxime sunt ruinge Serionis oppidi vetustissimi de quo Liuius libro. xxii. quom ad gerionem iam hyeme impendente consisteret bellū: neapolitani oratores venerunt romam et infrā q̄ diu pro gerionis apuliae castelli inopis tanquam pro cartaginis moenibus pugnauit. Superius sunt louciscum morronum castellum lineum perrella mons sagranus Jacobi copiarum ductoris egregii patria a qua cognomē habet ide coacta rocbetta ratinum bussum baranellum vinculatorium quod a bouiano & tiferni amnis origine quinque milia passus abest. Medioque in mōtium a mari ad bouianum tractu montiagano ad sinistram quarto procul mum est miliario campus bassus a quo oppido patria quoque & cognomē habent comites campi bassi quorum Carolus copias cum prudentiae & fortitudinis laude ducit. A tiferno autem fluuius nunc fortorius viginti milia passus in littore distat. Qui quidem fluuius in mare se eyonerat p pe lacum laesinae appellatum passus quadraginta milia in circuitu cōplexum Lesinaque oppidum quattuor a mari milibus distans lacui cui dat nomen mille passibus est propinquum Intus autem quarto supra lesinā miliario proximum est ad mille passus amni fortorio & arduo in colle oppidum in regione egregium Serra capriolla appellatum superius fūt oppida & castella sanctus iulianus collis tortus macbia petra crateli cāpus petrae geldonum & in summo circus maior cui proximum fortorius amnis habet ortum Ad sinistram vero fortorii sanctus nicander oppidum quinque milia passus a mari distans lacui lesinae imminet ad eam partē quae mōti gargano est proxima Interius que porcina oppidum quindecim a fortorio duo a gargani montis radicibus milia passus abest sextoq; supra forcinam miliario oppidum sanctus Severus Sexdecim a fortorio & sex a gargano milibus recedit. Priusquam ultra procedamus Garganum prisci praesentisque nominis montē fama notissimū describamus ab infimas radices in planiciem desinentes ducentorum milium circuitu patet. Qua vero in parte ad occidētē solem versa fortorii amnem et maris badriatici sinum spectat. Lacum habet varrani appellatum triginta milia passus in circuitu complexum cui quidē lacui castella circūimminent caprinum cognatum & sitella et qua mons ipse in mare prominet rodium ut nunc appellant oppidum inferiora optinet quod quidem promōtorium & oppidum Ptolemaeus Plinius q̄ & caeteri omnes prisci Tyrium appellarunt supra est oppidum vicus dictum & superius montis sūmitatem optinet praeclarum sācti angeli oppidum a quo mōs ipse praeclaris temporis ut plurimum nominationem habet ornaturque templo cū aedificiis caeteroque apparatu tum maxime ipsa religiositate conspicuo quod archangeli Michaelis patrocinium apud deum nostrum implo raturi totius christiani orbis populi maximo per vniuersa anni tempora concursu frequentant Qua vero Garganus spectat in orientem solē oppidum est portuosum nūc beltia olim uestice appellatum. Unde ostendim⁹ in historiis Alexandrum tertium pontifice romanum a Guilielmo

secundo nouāmnoz gētis rege aduersum soluisse cum trecentis triremib⁹ ut pacem cum Federico primo imperatore pessimo compositurus veneti as nauigaret. Locꝝ in loco quom sit secundum Gargani promontorium Ptolemaeus adriatici maris sinum finire ac ionium mare asserit inchoare. Qui etiam dicit Diomedis insula Gargano ad triginta milia passus e regione primam esse. Estq; haec insula de qua beatus Aurelius Augustinus de ciuitate dei scribens aliquā dicit q̄bus ab ipso transcriptis vnusquisq; p auctoris grauitate fidē quā volet poterit adhibere. Diomedem ferunt deificatum & sotios suos in aues esse conuersos non fabuloso poetico mendatio sed historica attestatione: quin etiā templū eius esse aiūt in insula diomedea nō longe a mōte gargano & hoc templū circūuolare atq; incolere has alites tam mirabili obsequio ut aquam impleant & aspergant & eo si graeci venerint aut graecoꝝ stirpe pgeniti non solum quietas eē vex & insup aduolare. Si autem alienigenas viderint subuolare ad capita cum grauibus ictibus ut etiā pbibeant vulnerare. Nam duris & grandibus rostris satis ad haec praelia perbibent armatae. Eam vero insulam tremiti appellatā & Diomedis ut videt templū illud nunc inhabitāt religiosi canonici regulares appellati quos nō minus hoc in loco q̄ venetiis sicut ostendimus & fouit & dilexit gloriosus pon. quartus Eugenius: quoz vitae austeritas & sanctimonia adeo cunctis est admirabilis ut cum aduenis omnibus sint hospitales ac munifici a nullis uel perditissimis quarūcunq; gentiū & nationum pirratis vllam hactenus acceperint laesionem. eorum nos quosdam narrare audiuimus. Has aues Diomedis nomen retinentes magnitudine asseris insulam habere multas. Sed omnino omnibus innocuas nec aliquod eis aut templo praestantes obsequium. De Gargano monte habent aliqua Virgilius & Seruius quae ad vniuersae apuliae notionem plurimum faciunt. Nam quom Virgilius in nono dicat Garganii conde bat iapigis arces: exponit Seruius Iapigia est pars apuliae in q̄ mons garganus qui vsque in adriaticum pr:ndit pelagus. Lucanus etiā dicit Apulus adriacos Garganus erit in vndas. Garganum montem adiacentiaque oppida saraceni per Grimoaldi longobardorum regis tempora ad annum salutis paulo plus septingentesimum coeperunt quos idem rex expulit populis christianis vbique conseruatis ut nullum gens longobarda in ducentis regionum suarum annis talem praestiterint traliae operam Ad annum exinde paulo plus minus centesimum Carolus magnus imperator & francorum rex saracenos Garganum opprimentes quom expulisset omnia pacifice possedit quae ab ipso Gargano ad hordubā hispaniae vrbem intercedunt. Prius autem q̄ expolita mari post garganum montē prosequar alia describam quae ad amnem fortorium inchoaui. Supra sancti Severi oppidū quarto miliario est turris maior castellum duodecim milibus a fortorio recedēs & supra totidem milibus a turri maiore abest castellutium oppidum vnde paruo distat spatio mons rotanus & supra est Cellentia post oppidum sancti Mariae: inde Vulturaria & prime sancti oppidum quod dicitur Gaudii: supraque id est Rosenum superi⁹ fortori amnis fororii mons Falco castellum est proximum. Finis.

S. Augustin⁹. Diomedis aues.

Fortorium.

Blondi
Index.

a
Blondi flauii.
circuitus
ludi
affirmamus
pridem
b
berculi
soror
augures
tirum
c
eam nanq;
huicq;
rorum
mons
d
peritissimus
M. Scauro
opinio
quid me
e
erigitur
P. Q. R.
lissent
a lucina
f
nisse audiuerat
et triremes
mos ea
triremes vigiti
g
flictusq;
venerunt
A
Blondi flauii
quor nomina
vero iordanus
vicum virginis
B
abinde anno
nocturno
et populis
ciuibus
C
circundatus
hostes affutu.
alicubi ut
sic laudat
D
tes inquantū
Regio quarta
filium attulisse
est ceretanis
E
celeberrimum
dum libertatis
ui torrentis
asculi moenia
F
tamen
supra sexaginta
ruitum diebus
legi in
G
praeparatis
suus id
vbiq; per
praelio insigne
H
ostia castel.
capita hinc
tam latina
cutionis
I
cuius aedes
superiusq;
seu liminis
rebus gestis
K
administrauit
ad corfinium
oriundo
oppidum
L
pugnam
dictum
pometia
gna per
M
lesta
durissimam
alas ꝛ item

UNIVERSIDAD Y PRO... BIBLIOTECA ... DE ZARAGOZA

Hieronymus Broianicus veronensis.

Iliala q̄. debet Saturnio turba latenti
Iliadae tantum martia tuba suo.
Ille suae dederat Magnae primordia genti.
Indidit ille tuo nomina clara solo.
Scriptori Blondo debent ambae ꝛ atque prementi.
Raguisij genito terse Bonine tibi.

Impressum in inclyta ciuitate Veronae Millesimo quadrigentesimo octuagesimo secūdo Die septimo februarii.

Dugna yjabela jalafs

D beatrice et sādonal

aliphip
b alip
ha gim ce
ca
ga
ta
zei
ra del del ha ha gim ce
ke b alip
ye lamalif huen he xim cin quaf fe gaf hai dar

Justinianus parentius
petrus tuuerdenicus
petrus tribunus
petrus cādianus
petrus vrseolus
dominicus silius
Michael vitalis
marcus sanutus
Thomas Mauroceni
Jacobus viadenus

castr pili
ciuitas bucela
pesulu
pinetarii
scus angelus
pesculi
castr judicis
capra cota
maiele
anglora uel aglonia
scus petrus d auelana
castrum sangri
aufidena
bouianu
ciuitela
rocha [illegible]
opu
pesculu
[illegible]
naticu
rinu
casale
burdinu
poluerru
ernu
casalagra
pilicornu
pena castelu
uastu anonis
mos dorisius
obuia
gipsu
carpinianu
[illegible]
gelinu
tripalu
monte nigru
castelucciu
rocha uiuaria
riuentu

salcitu
fossa [illegible]
bagnodu
ciuitas noua
tremole
quilimacu
guardia alferi
luparia
carcabotalu
lucitu
lumesani
castr pirani
tocheta
casale
riparadi
lispinetu
torna [illegible]
bouianu urbilisma
pene
pescu
pesta
lobrotulu
sora

Sum ma sinens rex ferdinandes a ona
Rex ludiuicus ber cepra sedille [illegible]
Vinete mansi coniuncti foedere reges
per mare per terras regna tenere diu
Quis me foelim quis negat me ec beatam
Ecce habet reum [illegible] sa gna decus
Arce hac robur abes magnum tibi maxime regum
Corda hominum stabili corroborata fidem

Dn arich

zua
uenguda
gilem
peroto
Beatrice
leonora

Beatrice
Margarita

Damia
ysabela

uicino al maystro d
monte al zardino
casa d dn frat° d uila

4 r g
c
e g
g
l
e
m

g · m · L · c i e

I-46

JOHANNES CANONICUS

Quaestiones super Physica Aristotelis. Patavii /Bonus Gallus/ 25 abril 1475.
207 fol.- 4º
L. rom.- 2 col.- 36 lin.
H. 4344

R. 21560

(I-47)

ANDRES, Antonio

Quaestiones super tribus rerum naturalium. Formalitates.- Santo Tomás de Aquino: De ente et essentia(1½ Patavii.- Laurentius Canozius.- 1475.
61 hoj.- Fol.
L. gót.- 2 tam.- 2 col.- 43 lin.
Gw. 1667
(1½ Falta De ente et essentia

Encuadernado con:
ANDRES, Antonio. Scriptum in Artem veterem Aristotelis et in Divisiones Boethii. Bononiae /Johannes Schriber/ 1481.

I-48

BLONDUS, Flavius

Roma instaurata. De origine et gestis Venetorum. Italia illustrata.
Veronae.- Boninus de Bóninis.- 20 diciembre 1481 - 7 febrero 1482.
Partes I-II.- Parte I: 6 hoj., 56 fol. Parte II: 93 fol.- Fol.
Gw. 4423
Hain, 3243

R. 2844

I-47

ANDRES, Antonio

Scriptum in Artem veterem Aristotelis et in Divisiones Boethii. Bononiae. /Johannes Schriber/ 1481.
164 hoj.- Fol.
L. gót.- 2 tam.- 2 col.- 53 lin.
Gw. 1670